BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
34 MC
50

6 . E . 41 .

Digitized by Google

Digitized by Google

VITTA COCCINEA
SIVE
COMMENTARIVS
SVPER EVANGELIA
PASSIONIS ET RESVRRECTIONIS CHRISTI DOMINI,

Tam ad Eccleſiaſtæ, quàm Interpretis munus accommodatus.

AVCTORE

R.do admodum & Eximio Patre Magiſtro FR. BARTHOLOMÆO DE LOS RIOS ET ALARCON, *Ordinis S. Auguſtini Religioſo, S. Theol. Doctore, & Regis Catholici in ſacellis Regijs Burgundiæ & Caſtellæ Concionatore.*

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu



ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM,
M. DC. XLVI.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

SACROSANCTÆ

ET INDIVIDVÆ

TRINITATI

VNI DEO;

BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ

DEIPARAE;

S. PATRI NOSTRO

AVGVSTINO,

DOCTORI ECCLESIÆ MAXIMO;

TOTI CVRIÆ CÆLESTI;

HVNC COMMENTARIVM

SEQVE, SVAQVE OMNIA ÆTERNVM

OFFERT, DICAT, CONSECRAT

F. BARTHOLOMÆVS DE LOS RIOS

ET ALARCON.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO ANTONIO DE ALARCON,
ORDINIS MILITARIS S. IACOBI EQVITI,
SVÆ MAIESTATIS CATHOLICÆ
A SVPREMIS AC REGALIBVS CAMERÆ ET CASTELLÆ CONSILIIS, ÆRARII REGII SVPREMO PRÆSIDI.

ILLVST.^me^ Domine. Non diu mihi ancipiti iudicij lance deliberandum fuit, cuius potiſſimùm nomini hoc præſens opuſculum, more iam inde ab vltima antiquitate deriuato, dedicarem. Siue enim neceſſitudinem expenderem, quæ mihi cum Illuſtriſſ. domo veſtra intercedit, alteri certè non debui: ſiue nominis Alarconij ſplendorem intuerer, alteri conuenientiùs offerre non potui. Nam, vt conſanguinitatis vinculum omittam naturæ legibus ſacroſanctum, ea in me Ludouici Alarconij glorioſæ memoriæ patris Tui beneficia extant, ea benignitatis Tuæ prolixæ atque inexhauſtæ non vno tempore exhibita teſtimonia; vt ingratiſſimus eſſe

mortalium meritò arguar, niſi, quæ pariare non poſſum, aliquo ſaltem grati, ac memoris animi ſigno agnoſcam. Hæc autem velut è catalogo ſeriatim referre, neque huius eſt loci, nec patiēter audire, pudoris eſt Tui: quem (ex Senecæ præcepto) magis benefacere delectat, quàm videri benefeciſſe. Quare hàc littoris oram immoto veluti velo præteruectus, ad Alarconij nominis glorioſiſſimos natales me confero. In quos dum propiùs intueor, cui tandem conuenientiùs de Crvce ac Paſſione Domini Tractatus inſcriberem, quàm eius ſtirpis non degeneri ramo, quæ pro Crvcis gloria cum Chriſtiani nominis inimicis fortiſſimè dimicans, nouum atque immortale nomen ſibi ſuiſque peperit; & noto bellis clypeo impreſſam Crucis effigiem, numquam interituræ gloriæ monumentum, ad Poſteros tranſmiſit? Astvria, nobilis eſt Hiſpaniæ regio, cui cum Chriſtiana religione Gothicæ nobilitatis reliquias, ductore Pelagio, conſeruatas debemus. Huius altera pars (nam bifariam diuiditur) vulgo nunc *de Santillana* dicta, ſtirpe ac factis nobilem habuit domū *de Zauallos*: è qua, longâ ſed intemeratâ ſerie prodijt Fernandvs Martinez Zavallvs, primus Alarconij nominis, ac ſcuti gentilitij auctor. Eius enim potiſſimùm virtute ac conſilijs cùm oppidum Alarconium in Hiſpania citeriori ad Sucronis ripam (cæſis, qui illud occupauerant, Mauris) expugnatum eſſet; ab Alphonſo Rege loci Præfecturâ donatus, *Zaualli* co-

Digitized by Google

li cognomen in *Alarconij* commutauit. Verùm ne ſuis magis viribus, quàm ſuperni Numinis auxilio, immortalis facti laudem aſſcribere videretur; nigras tres faſcias albo in campo (quod *Zauallorum* vetus inſigne erat) deſerens, Crucem auream ſcuto ſanguineo inſertam ac cæruleo limbo crucibus decuſſatis (quia in S. Andreæ feſto nobilis hæc victoria obtigiſſet) cinctam, nouum gentis inſigne, ac relatæ per Crucem adoreæ teſtimonium ad Poſteros eſſe voluit. In quo Conſtantinum Magnum imitatus eſt, qui Crucis ſignum in quo vicerat, Imperatorio labaro intextum per omnes exercitus ſuos volitare iuſſit, hoſtibus terrori, ſuis certiſsimum ſpei ac victoriæ omen. Neque res euentu caruit. Sæpe per CRVCEM Conſtantinus, ſæpe Alarconiæ gentis poſteritas, exuuijs hoſtilibus triumphales poſtes exornauit: in hoc Conſtantini ſtirpe felicior, quòd illa paucos intrà annos extincta eſt; hæc per quatuor iam ſæcula, titulis Togâ Sagoq́ue partis onuſta perduret: nobiliſsimis Hiſpaniæ Italiæq́ue familijs, Albornotijs, Zunigis, Syluis, Mendozis, Caracciolis, Sanſeuerinis, alijſq́ue per connubiales tędas inſerta. Huic natales ſuos debent Comites de Valuerde: huic Marchiones de la Bala Siciliana. Atque horum quidem princeps atque auctor extitit fortiſſimus heros FERDINANDVS ALARCONIVS. Qui poſtquàm moto in Mauros Granatenſi bello egregium ſui ſpecimen dediſſet, mox Martinum Alarconium turmę Cataphra-

taphra-

phractorum, ſub Conſalui Magni auſpicijs, Ductorem, in Italiam ſecutus; militaris virtutis ac ſcientiæ omnibus exemplum factus, largam laudum ſuarum materiam eorum temporum ſcriptoribus ſuppeditauit: ac tandem ab inuictiſſimo Imperatore Carolo eius nominis Quinto, Marchionis Balæ, ac Præfecturæ Caſtri-noui titulis, virtutis ergò donari meruit. Plures hîc referre poſſem Illuſtriſſimæ ſtirpis nō degeneres alumnos, Crucis Chriſti propugnatores ſtrenuos, pacis belliq; artibus inſtructos; niſi probè noſſem, qui proprias laudes ægerrimè admittis, multò minùs permiſſurum vt alienis veſtiaris. Quare nec in parentem Tuum Ludouicum Alarconium à Philippo Rege Tertio collatos honores referam: nec, quanti illum ob raram prudentiam, fidem ſpectatam, aliaſque non vulgares aut vulgari modo cultas virtutes æſtimarint inæſtimabiles Heroinæ, *Margareta*, & *Iſabella Auſtriacæ*. Satis in Te laudis ſitum eſt, ſi in hunc campum excurrere liberet: vt nihil neceſſe ſit ad *genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi*, recurrere. Quærant hæc illi, quos Hiſtoriæ Romanæ princeps ſtatuis aſſimilat, *in quibus præter nomen nihil eſt additamenti*. Quæ hactenus de proſapia Tua, quamuis leuiter ac ſtrictim, attigi; eapropter ſolùm adducta ſunt, vt Crucis Dominicæ in ea cultum & virtutem demonſtrarem: cauſamque ederem, cur hunc potiſſimùm lucubrationum noſtrarum qualem qualem fœtum ſub Illuſtriſſimi

nominis

Digitized by Google

nominis Tui commendationẽ in publicum prodire voluerim. Quamquam & huius rei cauſam in Te vno reperire poteram. Vnde enim procedere credam illã animi Tui in aduerſis conſtantiam, in proſperis moderationem, in Legationibus fidem, in cauſis diiudicandis iuſtitiam, in conſilijs ſinceritatem, in dicenda ſententia libertatem; niſi à Crucis meditatione, quæ virtutum omnium ſchola eſt: quamque non minùs interiori in animo fixam geſtas, quàm externo habitu, Regis Maximi dono, circumfers? Vidit Te atque admirata eſt Italia regni Neapolitani generalem Viſitatorem: ſuſpexit Cantabria Præſidem: Luſitania ac Catalaunia exorientium illic tumultuum Moderatorem: Caſtella, regij atq; interioris Concilij, Cameræ etiã Regię, Senatorem. Mox Princeps effectus nobiliſſimi Senatûs, cui Regij ęrarij cura cõmiſſa eſt; inter tot blandientis Fortunę dona, nihil illi in Te conceſſiſti: nuſquam à virtutis ſemitâ, nuſquã à veteri vitæ inſtituto ac modeſtiâ deſciuiſti. Et quod pręcipuè ſæculũ noſtrum admiretur, cùm redux adeſſet ex Luſitaniâ Comes de la Puebla, in cuius iam dignitatẽ ſucceſſeras, vltro Regem adiuiſti: atque vt collatum in Te ampliſsimum munus, nauatæ per illum operæ, ac fidei multis experimentis probatæ cederet, etiam inſtitiſti: magis in Reip. ac Regis Tui bonum (cuius vel maximè intereſt viros fortes promeritis honoribus inſigniri) quàm Tua ipſius, aut Tuorum commoda, intentus. Hęc

phractorum, ſub Conſalui Magni auſpicijs, Ductorem, in Italiam ſecutus; militaris virtutis ac ſcientiæ omnibus exemplum factus, largam laudum ſuarum materiam eorum temporum ſcriptoribus ſuppeditauit: ac tandem ab inuictiſſimo Imperatore Carolo eius nominis Quinto, Marchionis Balæ, ac Præfecturæ Caſtri-noui titulis, virtutis ergò donari meruit. Plures hîc referre poſſem Illuſtriſſimæ ſtirpis nō degeneres alumnos, Crucis Chriſti propugnatores ſtrenuos, pacis belliq; artibus inſtructos; niſi probè noſſem, qui proprias laudes ægerrimè admittis, multò minùs permiſſurum vt alienis veſtiaris. Quare nec in parentem Tuum Ludouicum Alarconium à Philippo Rege Tertio collatos honores referam: nec, quanti illum ob raram prudentiam, fidem ſpectatam, aliaſque non vulgares aut vulgari modo cultas virtutes æſtimarint inæſtimabiles Heroinæ, *Margareta*, & *Iſabella Auſtriacæ*. Satis in Te laudis ſitum eſt, ſi in hunc campum excurrere liberet: vt nihil neceſſe ſit ad *genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi*, recurrere. Quærant hæc illi, quos Hiſtoriæ Romanæ princeps ſtatuis aſſimilat, *in quibus præter nomen nihil eſt additamenti*. Quæ hactenus de proſapia Tua, quamuis leuiter ac ſtrictim, attigi; eapropter ſolùm adducta ſunt, vt Crucis Dominicæ in ea cultum & virtutem demonſtrarem: cauſamque ederem, cur hunc potiſſimùm lucubrationum noſtrarum qualem qualem fœtum ſub Illuſtriſſimi

nominis

nominis Tui commendationē in publicum prodire voluerim. Quamquam & huius rei cauſam in Te vno reperire poteram. Vnde enim procedere credam illā animi Tui in aduerſis conſtantiam, in proſperis moderationem, in Legationibus fidem, in cauſis diiudicandis iuſtitiam, in conſilijs ſinceritatem, in dicenda ſententia libertatem; niſi à Crucis meditatione, quæ virtutum omnium ſchola eſt: quamque non minùs interiori in animo fixam geſtas, quàm externo habitu, Regis Maximi dono, circumfers? Vidit Te atque admirata eſt Italia regni Neapolitani generalem Viſitatorem: ſuſpexit Cantabria Præſidem: Luſitania ac Catalaunia exorientium illic tumultuum Moderatorem: Caſtella, regij atq; interioris Concilij, Cameræ etiā Regię, Senatorem. Mox Princeps effectus nobiliſſimi Senatûs, cui Regij ęrarij cura cōmiſſa eſt; inter tot blandientis Fortunę dona, nihil illi in Te conceſſiſti: nuſquam à virtutis ſemitâ, nuſquā à veteri vitæ inſtituto ac modeſtiâ deſciuiſti. Et quod prę cipuè ſæculū noſtrum admiretur, cùm redux adeſſet ex Luſitaniâ Comes de la Puebla, in cuius iam dignitatē ſucceſſeras, vltro Regem adiuiſti: atque vt collatum in Te ampliſsimum munus, nauatæ per illum operæ, ac fidei multis experimentis probatæ cederet, etiam inſtitiſti: magis in Reip. ac Regis Tui bonum (cuius vel maximè intereſt viros fortes promeritis honoribus inſigniri) quàm Tua ipſius, aut Tuorum commoda, intentus. Hęc

 alia-

aliaque, quę ſciens prætereo, non ex Politicorum credo Maximis, aut Hetruriæ ſchola hauſiſti; ſed ex eius doctrinæ fontibus, quam ex Crucis cathedra ęternum Patris Verbum, atque altiſſima ſapientia, Chriſtianis omnibus imitandam propoſuit. Quo magis confido laborem hunc noſtrum Tibi non fore ingratum: in quo vt & animi mei in Te proni atque obſeruantis qualecumque teſtimonium, quâ ſoles benignitate, admittas, rogo.

Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ

Deuotiſſimus

M. F. BARTHOLOMÆVS DE LOS RIOS ET ALARCON.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

CHriſtvm è *Crucis cathedrâ docentem, atque omnia ad ſe myſtico* Septem Verborum *eloquio trahentem, nuper typis publicauimus. Sed quia per Dominicæ Paſsionis hortum, per* montem *illum* myrrhæ, *(a)* ad areolam aromatum, *(b) obambulans, varios eâdem operâ floſculos & laudata ſponſo germina priuatum in vſum collegeram; rogatus à non nemine ne hæc piarum animarum ſolatio inuiderem, in faſciculum quendam redigere occæpi: nunc Interpretis, circa Textus Euangelici filum preſsius hærentis, nunc Concionatoris liberius euagantis munere aſſumpto. Vt ad ſeptem illa Saluatoris verba accedente reliquâ Paſsionis hiſtoriâ,* Christvm Patientem *conſummaremus. Cui pro nobis mortuo ne debitum funeris officium deeſſet, & ſepulchrum deinde ſtruximus: ac tres de Dominica Reſurrectione Tractatus ſubiecimus, velut palmæ in cruce reportatæ lemniſcos. Hoc verò quidquid eſt opellæ noſtræ, libuit* Vittam Coccineam *appellare: cui Prædicatorum labia comparat Sponſus in Canticis; ita dilectam ſibi Eccleſiam alloquens:* Sicut vitta coccinea, labia tua; & eloquium tuum dulce. Coccinea, *inquit, qui ſanguinis color eſt. Quia ſcilicet omnis Eccleſiæ prædicatio, Chriſti ſanguine purpuraſcit, iuxta illud Apo-*

a Cant. 4.
b Cant. 6.
Cant. 4.

1.Cor.1. *ſtoli* : Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum. *In hunc omnes veteris legis figuræ reſpiciebant, in hoc noui Euange-*
Hebr.9. *lij annuntiatio fundata eſt* : *qui* aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęternâ redemptione inuentâ. *Rectè autem Vitta dicitur, crucifixi Ieſu prædicatio. Primùm, quia vittis olim victimæ redimiri ſolitæ* : *item homines piaculares, ſiue aliorum ſaluti ſe deuouentes; vt videre eſt apud Suetonium*
Epheſ.5. *in Caligula. Chriſtus autem, teſte Apoſtolo*, tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & HOSTIAM: *& tanquã ho-*
1.Pet.2. *mo ſacer ac piacularis*, peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuper lignũ. *Deinde ſicut vittâ puellares capilli conſtringuntur & alligantur in capite: ita prædicatio Paſſionis Dominicæ conſtringit cogitationum noſtrarum capillos, ligatq́; in capite Eccleſiæ Chriſto, ne diffluant ad terrena & vana. Hac vittâ illigatus erat Gentium Apoſtolus, aſſiduus crucifixi contemplator ac prædicator, quando velut*
Rom.8. *æſtu quodam ſacro afflatus clamabat* : Quis ergo nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an perſecutio? an gladius? *Nequaquã. Subdit enim*: Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos: *vittis ſcilicet coccineis illigati, vinculis charitatis conſtricti. Idem vt tibi contingat, Lector Beneuole, opto: atque vt laborem hunc noſtrum boni conſulas, etiam rogo. Vale.*

CEN-

CENSVRA.

QVatuordecim hi Tractatus de ſacroſanctis Dominicæ Paſſionis, Mortis, ac Reſurrectionis myſteriis à R[do] admodum & Eximio Patre M.F. BARTHOLOMÆO DE LOS RIOS ET ALARCON, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, S. Theol. Doctore, & Regis Catholici Concionatore, egregiâ ſtyli elegantiâ, profundaque eruditione, è ſacris præſertim litteris probatiſſimiſque antiquorum Patrum monumentis hauſta conſcripti, cùm optima fidei ac morum documenta contineant, vberrimoſque fructus manantes de fontibus Saluatoris legentibus omnibus adferre poſſint, digniſſimi ſunt, qui publicâ lucis vſurâ fruantur. Ita cenſeo hâc xx. Martij M.DC.XLVI.

ANTONIVS SANDERVS, *Presbyter, S. Theol. Licent. Canonicus & Scholaſticus Yprenſis, Librorum Cenſor.*

Digitized by Google

APPROBATIO.

Dominicæ Paſſionis myſteria coloribus ſuis depingere, eaq; mentibus fidelium imprimere, quibus ad Saluatoris ſui amorem excitentur, conati ſunt quidem non pauci Id verò quàm præ cæteris feliciori calamo, excellentioriq; artificio præſtiterit admodum R.[dus] *atque Eximius Pater Magiſter noſter* F. BARTHOLOMÆVS DE LOS RIOS ET ALARCON, *Ord. Erem. S.P. Auguſtini, S.Theol. Doctor Duacenſis, & Regis Catholici Concionator, fidem faciunt tot veluti teſtes omni exceptione maiores, quos de huiuſmodi myſterijs conſcripſit Tractatus quatuordecim. In quibus omnibus propter ſingularem doctrinam, tam ſacram, quàm prophanam, & eximiam quam vbique ſpirant pietatem ardentiſſimis diuinæ charitatis effectibus æſtuantem; quàm multa, quamq; efficacia incentiua faceſq; ſubminiſtrentur, quibus corda noſtra, quauis licèt glacie frigidiora, eius potiſſimùm amore inflammari queant, qui* humiliauit ſemetipſum factus pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis; *quiſque experiri poteſt. Quapropter eoſdem illos Tractatus digniſſimos cenſeo, qui in lucem prodeant, hoc præſertim ſæculo, quo magis magiſq;* refrigeſcit charitas multorum. *Datum Bruxellæ 7. Aprilis* 1644.

FR. GVILIELMVS TASSELON, Ord. Erem. S. P. Auguſtini, S. Theol. Doctor & Profeſſor in Vniuerſitate Louanienſi, atque eiuſdem Ordinis per Belgium Viſitator.

LICEN-

Digitized by Google

LICENTIA ORDINIS.

QVandoquidem Paſſionis Dominicæ meditatio, omni tempore fidelium mentes occupare debeat, tanquam vnicum calamitatum humanarum remedium aut ſolatium: eius autem præcipua Myſteria, veluti in imagine, hoc Opere quod elaborauit R.dus admodum atque Eximius Pater Magiſter noſter FR. BARTHOLOMÆVS DE LOS RIOS ET ALARCON, Ordinis noſtri, S. Theol. Doctor, & Regis Catholici Eccleſiaſtes, elegantiſſimè exponantur; eius in lucem emittendi facultatem damus. Bruxellæ in Monaſterio S. Auguſtini, 11. Aprilis 1644.

FR. IOANNES RIVIVS, *S. Theol. Doctor, Ord. Erem. S. Auguſtini per Belgium Prior Prouincialis.*

SVMMA

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHILIPPVS, Dei gratiâ, Hiſpaniarum & Indiarum Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ & Brabantiæ &c. Comes Flandriæ &c. diplomate ſuo ſanxit, ne quis Librum, cui titulus eſt: VITTA COCCINEA ſiue COMMENTARIVS *ſuper Euangelia Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti Domini Saluatoris noſtri*, Auctore Magiſtro FR. BARTHOLOMÆO DE LOS RIOS ET ALARCON, Ordinis S. Auguſtini Religioſo, S. Theol. Doctore, & in ſacellis Regiis Burgundiæ & Caſtellæ ſuæ Maieſtatis Catholico Concionatore Latinè, Gallicè, aut Flandricè, præter Authoris voluntatem intrà decem annos Imprimat, aut alibi terrarum impreſſum in has inferioris Germaniæ ditiones importet, aut diuendat; qui ſecùs faxit, præter librorum confiſcationem, ſex Florenorum Carolinorum illatione pro quoque libro mulctabitur; vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ 7. Februarij 1645.

Signat.

Loyens.

Ego ſupranominatus Mag. FR. BARTHOLOMÆVS DE LOS RIOS ET ALARCON, Regis Catholici Concionator, permitto GVILIELMO LESTEENIO Typographo Antuerpienſi, vt ſemel tantùm excudat hunc Librum à me compoſitum, cuius titulus eſt, *Vitta Coccinea, ſiue Commentarius ſuper Euangelia Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti Domini Saluatoris noſtri.* Datum Bruxellæ in Couentu S.P.N. Auguſtini, Kalend. Aprilis 1646.

INDEX

Digitized by Google

INDEX TRACTATVVM ET CAPITVM.

PROOEMIVM.

TRACTATVS I.

De Mandato Chriſti Domini.

C. I. CHRISTVS *per omnem vitam maximè Humilitatem & Amorem tam opere, quàm verbis docuit. Vtriuſque præclarum ſpecimen, ac Sermonum ſuorum Epilogum, ſub finem vitæ exhibet.* 1

Cap. 2. *Euangeliſta Ioannes præ reliquis electus ad Chriſti ſupremum Amorem & Humilitatem deſcribendam. Amoris myſterium in vltimo Chriſti ſermone obſeruatum.* 7

Cap. 3. *Expenduntur Euangeliſtæ verba* : Ante diem feſtum &c. Vt tranſeat &c. In finem &c. 12

Cap. 4. *Dominus Ieſus non Voluntatem tantùm, Amoris ſedem; ſed Intellectum quoque exſtimulat in hominum dilectionem.* 17

Cap. 5. *Tempus patiendi, adeoq́; totus vitæ Chriſti decurſus, Chriſto* hora *reputatur. Patiendi occaſiones vndequaque arripit, vt amare ſe probet.* 23

Cap. 6. *Inſtans Paſſio, ſola Chriſti hora: hora amoris, cuius martyrium in anima præ corporis diuulſione ſublimiùs, Chriſtoq́; gratiùs.* 31

Cap. 7. *Hora Chriſti, natura humana reparatio.* 39

Cap. 8. *Tempus mortis,* hora eius. 41

Cap. 9. *Duplici amore iactatus Dominus, vtrumque conſociat mirabili modo; effectus vnius elucet in ſanctiſſima Euchariſtia.* 50

Cap. 10. *Sapientia Dei, hominibus imperuia.* 55

Digitized by Google

Cap.11. *Chriſti dilectio in finem, qualis & quanta fuerit, latè varijs modis deducitur.* 63

Cap. 12. *Exitus Filij à Patre in ſalutem noſtram inſcrutabiliter benignus.* 79

Cap.13. *Lotio pedum, ſchola virtutum.* 86

Cap. 14. *Seruitus imperio præponderat: cuius poſſeſſio, benedictio: à Deo etiã aſſumpta.* 92

Cap. 15. *Humilitas virtutis magiſtra. Quos ſuperbia deiecit, humilitas in ſtatum reponit.* 98

Cap. 16. *Chriſti amor peccatores & infideles non reſpuit.* 104

Cap. 17. *In nocte cœna clariùs eluceſcit Chriſti charitas, quã vel in ipſa paſſione & morte.* 106

Cap. 18. *Mirus Euangeliſtæ ſtylus in huius facti enarratione.* 115

Cap. 19. *Humilitas Petri, amoris index. Quò quis humilior, charitate Saluatori vicinior. Humilitas, virtutum baſis: earum perfectio ſoror charitas.* 121

Cap. 20. *Rectores ſumma decent, non mediocria: exemplo Chriſti prouocantur ad ardua.* 128

TRACTATVS II.
De Venditione Iudæ.

PROOEMIVM. *Iudas omni gratiâ impinguatus, ſuâ peruicaciâ ſterilis, meruit exſcindi.* 137

Cap. 1. *Manſuetudo Chriſti erga Iudam, quale nobis documentum.* 140

Cap. 2. *Timor pœna, ſeruilis: de culpâ conceptus ſummo bono aduersâ, filialis.* 144

Cap. 3. *Iudas ob vnguenti profuſionem irâ ſuccenſus ſtimulante auaritiâ molitur proditionem; ſeparatq; ſe à Chriſto, cui adhærere bonum eſt, quem derelinquere æterna perditio.* 149

Cap. 4. *Oſtenditur deteſtanda fœditas ſceleris Iudæ vendentis Dominum inimicis ſuis exiguo pretio. Peccator minori pretio ſæpe animam diabolo offert. Chriſtus proſtans venalis, paruo ære à quouis emi cupit.* 161

TRACTATVS III.
De Alapâ Chriſti.

Cap. 1. *INſolentia militis Chriſtum alapâ cædentis*

dentis exaggeratur. Per hanc alapam Chriſtus deleuit noſtræ præuaricationis dedecus: pro Lamechi homicidio & totius mundi ſceleribus ſatisfactionem dedit, hominemq́ ex ſeruitute diaboli liberauit. 169

Cap. 2. *Poſt alapas, aliasq́ iniurias nobis illatas, imitanda Chriſti manſuetudo, & ſerenitas ſeruanda tum in vultu, tum in verbis.* 174

Cap. 3. *Alapa, quam à Malcho recepit Chriſtus, fuit maxima omnium iniuriarum, quas in Paſſione ſuâ tolerauit.* 180

Cap. 4. *Quinque rationes adferuntur cur Chriſtus propter hanc alapam reſponderit, qui ad cæteros omnes ſuæ Paſſionis cruciatus obmutuit.* 185

TRACTATVS IV.

De militum inſolentiâ.

Cap. 1. *Nocturnam hanc militum inſolentiam videtur Iob capite 16. prædixiſſe: cuius verba referuntur & explicantur.* 189

Cap. 2. *Facies Chriſti à militibus fœdè conſpuitur* 193

Cap. 3. *Chriſti facies à militibus ignominioſè velatur.* 195

Cap. 4. *Chriſtus colaphis caditur, illuditurq́ his verbis:* Propheta nobis, Chriſte, quis te percuſſit? *& alijs blaſphemijs offenditur.* 199

TRACTATVS V.

De ſpineâ Coronatione Chriſti.

Cap. 1. *Chriſti coronatio ex obſcuro loco Cantic. 7. deſcribitur, vnde ſumma huius Tractatûs deſumitur.* 204

Cap. 2. *Magna vis amoris Chriſtum mouit vt exiret, id eſt, intrepidè egrederetur ac hilariter, portans ſpineam coronam.* 208

Cap. 3. *Grauiſſimos dolores attulit Chriſto ſpinea coronatio, qui ſignificantur in hac voce,* portans. 214

TRACTATVS VI.

De verecundiâ ac nuditate Chriſti in Cruce.

Cap. 1. *Nuditas Chriſto fuit grauius tormentum quàm paſſio, flagellatio, crucifixio, crurifragium.* 222

Cap. 2. *Nuditas corporis grauior ac triſtior fuit Chriſto, quàm Noëmo.* 228

Cap. 3. *Chriſtus ſuâ nuditate nudum Adamum veſtiuit, & diabo-*

Digitized by Google

diabolum de illo triumphantem ſuperauit. 232

Cap. 4. *Apprehenſio nuditatis plus Chriſtum afflixit, quàm apprehenſio omnium tormentorum.* 238

Cap. 5. *Cur Deus noluerit ſe videri in antiquo teſtamento, ſeq́ & figuras de Chriſto abſconderit: & tamen in Cruce nudum ſe omnibus videndum propoſuerit?* 242

TRACTATVS VII.

De eleuatione Chriſti in Crucem, ſiue crucifixione.

Cap. 1. *EX Chriſti crucifixione poteſt clarè ſpectari admirabilis iuſtitia Dei & miſericordia.* 247

Cap. 2. *Hodie vexillum crucis Chriſtus leuauit, & poſuit illud in medio terræ, omnesq́ nationes ad ſe conuocauit.* 254

Cap. 3. *Chriſtus cũ crucis vexillo de diabolo triumphauit.* 258

Cap. 4. *Chriſtus erecto ſigno crucis omnes nationes ex quatuor plagis terræ collegit, & ad ſui cultum & imitationem extenſis manibus vocauit & traxit.* 262

Cap. 5. *Rubrũ crucis vexillũ, & Chriſti crucifixi imaginẽ in memoria noſtra gerere debemus, vt ex diabolo & peccatis victoriam reportemus.* 266

TRACTATVS VIII.

De magnitudine dolorum Chriſti.

C. 1. *OStenditur immenſus Chriſti amor patiendi pro homine peccatore.* 272

Cap. 2. *Quanta fuerit in Chriſto ſenſuum omnium ad mortem vſque viuacitas; quàm intenſus dolor accreſcens ex furore Patris, amore Filij plura pati volentis, odio peruerſaq́ Iudæorum voluntate, cui traditus erat.* 279

Cap. 3. *Deſcenditur in particulari ad grauiſſimos Chriſti dolores, quos perpeſſus eſt ab ingreſſu in Ieruſalem vſque ad domum Pilati.* 286

TRACTATVS IX.

De Titulo Crucis.

Cap. 1. *VEritas & innocentia, quibuſcunque machinis eam ſubdoli adoriantur, in fine tamen ſuſtollit ſe & glorioſè inclareſcit.* 299

Cap. 2. *Quid mouerit Pilatum vt ſcriberet hunc titulum regiæ Chriſti dignitatis teſtem? Quàm differant Dei hominumq́ conſilia: illa pernicioſa, hac*

Digitized by Google

hæc optima atque admiranda; etiam ex malo bonum, in dæmonum, ſatellitumq́ eius confuſionem elicientia. 304

Cap.3. *Summa Iudæorũ ingratitudo ex titulo Crucis manifeſtatur & conuincitur.* 311

Cap. 4. *Examinantur ſingula Tituli verba, atque in Iudæos regeruntur.* 317

TRACTATVS X.
De Apertione Lateris Chriſti.

Cap. 1. *LOquitur Chriſtus mortuus: Pilato & Iudæis mortem ſuam exprobrat: Latronem ſecum crucifixum baptizat.* 325

Cap. 2. *Solus Ioannes, cæteris Euangeliſtis tacentibus, lanceæ meminit. Quæ viderit, hauſeritq́ dilectus diſcipulus ex iſta lateris apertura, paucis enucleatur.* 330

Cap. 3. *Lancea in mortuũ Chriſti corpus adigitur. Quàm aptè Eccleſia tantæ non ignara crudelitatis, vocet* diram *in hymno ſuo.* 335

Cap. 4. *Grande myſterium eſt lateris apertio, typicè olim in multis adumbrata.* 341

Cap. 5. *Plurimum gratiæ, myſterij, & multiformis amoris ex reſerato Chriſti latere, in nos deriuatum eſſe monſtratur.* 346

Cap. 6. *Ex miraculoſa effluxione ſanguinis & aquæ ex corporis mortui latere, profundiſſima myſteria eliciunt Sancti Patres.* 349

TRACTATVS XI.
De ſepulchro Domini.

Cap. 1. *CHriſtus mortuus à Ioſepho & Nicodemo ſepelitur.* 356

Cap. 2. *Chriſtus flos morte ſuccisus, in horto poni debebat, vt reuiuiſceret.* 360

Cap. 3. *Chriſto præ cæteris monumentum honoris debetur, ob innumera toti Orbi beneficia præſtita.* 371

Cap. 4. *Chriſtus viuus & mortuus benefactorum omnium maximus, præſtantiſſimus, glorioſiſſimus.* 370

Cap. 5. *Nouus homo in nouo tumulo locatur.* 373

TRACTATVS XII.
De Dominica Reſurrectionis.

Cap. 1. *ACcelarata Chriſti reſurrectio, Fidei noſtræ baſis, quam in vanum niſi ſunt obſcurare Iudæi.* 379

Cap. 2. *Solemnitas Reſurrectionis*

nis feſtu omnibus maior, cuius typus in ipſis Mundi incunabulis exſtitit. Tres reſurgendi ſpecies: & quânam reſurgere debeat Chriſtianus. 385

Cap. 3. *Colloquia de Chriſti Paſſione, magnes efficaciſſimus ad attrahendum de cælo Deum.* 395

Cap. 4. *Chriſti Reſurrectio multis ſtabilita apparitionibus, gaudiũ parit inæſtimabile, maximè ijs qui puro corde Chriſto reſurgenti applaudunt.* 399

Cap. 5. *Dies Reſurrectionis, dies exultationis: cum die Natiuitatis confertur, atque etiam præfertur.* 405

TRACTATVS XIII.

De Feria II. Reſurrectionis.

P*ROOEMIVM.* 410

Cap. 1. *Triſtes diſcipulos Dominus peregrinus interrogat, vt inſtruat, cuius ſermo ignitus mẽtes accẽdit. Oratione tenetur Deus, & multa bona hoſpes animæ largitur.* 411

Cap. 2. *Luctus Deo veniente abigitur. Bonum ſui diffuſiuum pijs omnibus commune. Varijs modis Deus animæ illabitur pro cuiuſque ſtatu.* 420

Cap. 3. *Cur ſeruator noſter à duobus diſcipulis non permiſerit ſe agnoſci, & in peregrini habitu poſt Reſurrectionem ſuam apparere voluerit?* 426

Cap. 4. *Chriſti amor, quantum in hoc Euangelio eluceat. Verus animarum Paſtor, in exemplum propoſitus ad procurandam proximi ſalutem.* 430

TRACTATVS XIV.

De Feria III. Reſurrectionis.

Cap. 1. S*Vmmo miraculo fores clauſas penetrans Chriſtus, precatur ſuis pacem.* 436

Cap. 2. *Pax Chriſti, bonorum omnium penus, Domini morte parta.* 440

Cap. 3. *Non terret, ſed mulcet Dominus diſcipulos. Cur ijs vulnerum plagas monſtrarit?* 445

Cap. 4. *Chriſtus glorioſi corporis dote non inſoleſcens; videri ac palpari à diſcipulis voluit, in veritatis, & amicitiæ conſeruatæ teſtimonium.* 448

VITTA

Digitized by Google

VITTA COCCINEA

SIVE

COMMENTARIVS

SVPER EVANGELIA PASSIONIS ET RESVRRECTIONIS CHRISTI DOMINI, SALVATORIS NOSTRI.

PROOEMIVM.

SCRIPTVRÆ ſacræ effato, *Militia eſt vita hominis* Iob 7. *ſuper terram.* Militia planè grauis ac dura. In qua hoſtes potentiſſimi, ijque innumeri; continuæ excubiæ, induciæ nullæ: teſſera caſtrenſis, Aut cadendum aut vincendum. Sed quomodo vincemus tandem, aut quibus armis? Aſſiduâ meditatione Paſſionis Chri-

Meditatio Paſſionis Chriſti nos

Digitized by Google

armat contra inuiſibiles hoſtes. 1. Petr. 4. Chriſti. Idque ex ſaluberrimo Petri Apoſtoli conſilio. *Chriſto*, inquit, *paſſo in carne*; *& vos eâdem cogitatione armamini*. Id vnum ſpectant hoſtes noſtri Mundus, Caro, Dæmon, vt nos in peccatum inducant. Sed omnes eorum inſultus facilè eludet, quiſquis ſe meditatione Paſſionis Chriſti aſſiduâ armauerit, animoque reuoluet beneuolentiæ Diuinæ ſigna in illâ nobis exhibita. Ioſeph olim à Dominâ ſuâ ſollicitatus, reuocans in memoriam beneficia ſibi ab

Gen. c. 39. v. 9. eius marito collata; *Quomodo*, inquit, *poſſum hoc malum facere & peccare in dominum meum*? Ad quæ verba S. Gregorius 30. Moral. *Bona*, inquit, *quæ aſſecutus fuerat*, *memoriæ intulit*; *& malum quod ſe pulſabat*, *euicit*. Hæc autem meditatio quomodo inſtituenda ſit, indicat breuibus

Hebr. c. 12. v. 3. Gentium Apoſtolus, *Recogitate* (inquit) *eum*, *qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùm ſemetipſum contradictionem*: *vt non fatigemini*, *deficientes animis veſtris*.

Modus expendendi Chriſti paſſionem ex Apoſtoli verbis erutus. Quibus verbis quatuor potiſſimùm in Chriſti Paſſione ſeriò nobis perpendenda innuit. Primum, Quis ille ſit qui pro nobis paſſus eſt? Idque indicant verba: *Recogitate eum*. Is autem Deus eſt æternus, immenſus, omnium

condi-

conditor ac Dominus. Ad quem Regius Propheta: *Tui ſunt cœli, & tua eſt terra.* & Iob: *Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.*

Secundò; Quid pro nobis paſſus ſit? *Qui talem*, inquit, *ſuſtinuit contradictionem.* vbi vox *talem*, Homeri Ilias eſt nuci incluſa. Quæcumque enim ſingula aliquando homines afflixerunt, in Chriſtum iuncta concurrunt. Paſſus eſt primùm ab omni hominum genere ac conditione; Gentilibus, ac Iudæis; maſculis, & fæminis; Principibus, ſacerdotibus, popularibus; amicis denique ac familiaribus, Iudâ prodente, Petro negante. Deinde paſſus eſt in fama per blaſphemias; in honore & gloria, per irriſiones; in rebus fortunæ, per veſtes ei ablatas: in anima, per triſtitiam, tædium, & timorem in Horto: in corpore per flagella, ſpineam coronam, clauorum fixuram: in Senſibus denique omnibus; Tactu, per membra ſingula; Guſtu, potatus felle & aceto; Olfactu, ſuſpenſus in loco fœtido ac noxiorum ſupplicijs deſtinato; Auditu, crucifixo illudentium blaſphemijs impetitus; Viſu, ex matris ac diſcipuli quem diligebat aſpectu. Quæ omnia per ſe toleratu grauiſſima, in Chriſto dolorem magno incremento auxerunt, ex corporis

Digitized by Google

tenerrimâ complexione, mali in animo viuaciſſima apprehenſione, nullo ſolatij admixto temperamento: vnde procedebant hæ illius voces: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

Tertiò, A quibus hæc paſſus ſit? nempe, vt ait Apoſtolus, *à peccatoribus*. Parum erat Deum ab hominibus, Creatorem à creaturis, Regem à ſubditis, Dominum à ſeruis pati, niſi & *à peccatoribus* ipſa pateretur ſanctitas, & iuſtitia.

Quartò, Quamobrem tantos in illum dolorum aceruos Iudæi congeſſerint? *Qui talem ſuſtinuit contra ſemetipſum contradictionem*. Quid enim aliud eſt *contra ſemetipſum*, quàm, contra illum ipſum? Non ebrietatem, non ſuperbiam, non rebellionem, non latrocinia, non cædem, non vitium vllum in eo inſectari poterant: ſed *illummet ipſum* impetebant. Satis ad mortem ignominioſiſsimam, ſatis erat ad pœnarum gehennam; innocentem eſſe, Regem eſſe, Chriſtum eſſe, Dei filium eſſe.

Alius modus ex eiuſdem Apoſtoli verbis. *Epheſ. 3.*

Alium modum expendendi Chriſti Paſsionem tradit idem Apoſtolus ad Epheſ. c. 5. his verbis: *Vt det vobis, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris: vt poſsitis comprehendere quæ ſit latitudo,*

titudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum. Vbi per quatuor dimenſionum ſpecies clariſsimè Crucem deſignat, atque vnà quatuor prærogatiuas quibus Chriſti Paſſio omnes Martyrum paſſiones antecellit. Ac primũ longitudine: quia tota Chriſti vita nihil aliud quàm cõtinuata fuit paſſio, cuius luctuoſiſſimam cataſtrophen iam inde à vitæ principio maturâ animi cogitatione præcepit, iuxta illud: *In capite libri ſcriptum eſt de me*, &c: *Principatus eius ſuper humerum eius*. Secundò, *latitudine*; quia Chriſti paſſio non vno alterove pœnarum genere contenta fuit, ſed innumera planè tormenta crudeli varietate ſæuientia, complexa eſt. Tertiò, *ſublimitate*: ob perſonæ ſcilicet patientis dignitatem. Quartò, *profunditate*: quia Chriſti paſſio planè ſolida fuit, ſiue mera ac pura paſſio, nullo amicorum ſolatio temperata. A diſcipulis enim in horto deſertum ſe vidit, ab Angelo in Caiphæ ac Pilati domo, à Patre in cruce. Vnde meritò conqueritur apud Iſaiam: *Circumſpexi, & non erat auxiliator; quæſiui, & non fuit qui adiuuaret.* Atque hanc dolorum vndequaque congeriem in vnum Chriſti caput redundantem conſiderans ſponſa in Canticis, Chriſtum *Faſciculum myrrhæ* iure merito appellat;

Iſaiæ 63.

Chriſtus faſciculus myrrhæ.

Cant. 1.

Digitized by Google

appellat; in quo ſcilicet omnes omnium dolores, ac cruciatus colligati ſint. Notandum verò ac nobis imitandum, quod addit: *Inter vbera mea commorabitur.* Nec omittenda pulcra ibidem Diui

BERN. Bernardi admonitio: *Hunc faſciculum iugiter medullis cordis ingere: hoc faſciculo aditum pectoris munito: hunc denique non retrò in humeris, ſed ante præ oculis perpetuâ recordatione geſtato. Retro enim ſi portas, portabis & non odorabis: onus te premet, odor non reficiet: obligationem ſenties, conſolationem non percipies.*

Atque hæ ſunt regiones, hi cancelli, quibus præſentes Tractatus circumſcripſi. His præcipuè momentis ac ponderibus, ab Apoſtolo præſcriptis, Chriſti Paſſionem expendemus; vt rectè contra viſibiles atque inuiſibiles hoſtes armari poſſimus. In hoc Mari Rubro, mihi, exiguo lembo, aut vt meliùs dicam lintre, nauigandum eſt. Sed cuius tandem ope, aut conſilio transfretabimus? Tranſijt olim Iordanem Iacob

Geneſ. 32. baculo ſuo paſtoritio confiſus: *In baculo meo tranſiui Iordanem.* Verùm non mihi fluuius aliquis tranſeundus offertur, ſed vaſtus dolorum

Thren. 2. Chriſti oceanus: *Magna eſt velut mare contritio tua.* Mare, cuius abyſſum verentur primi Eccleſię

gigan-

gigantes, atque fundum reperire deſperant: *Gi-* *Iob* 26.
gantes gemunt ſub aquis. Dei magnitudinem, virtutem, potentiam, gloriam deſcribere, mens humana, licet impar tanto oneri, non exhorret: Fide in eum vires atque animos addente, quæ creaturarum omnium publicâ confeſſione firmatur, quarum omniũ communis vox eſt: *Soli Deo honor ac gloria*. At cùm nobis Deus proponitur infirmitate noſtrâ circũdatus, flagellatus, vulneratus, abiectus, irriſus, in crucem actus, cum ſceleratis deputatus: cuius tãta Fides eſt, quæ primo aſpectu non vacillet, non titubet, non defectura ſit, niſi ſpeciali gratiæ diuinæ auxilio ſuſtentetur? *Beatus*, inquit Chriſtus, *qui non fuerit ſcandalizatus in me*, id eſt, qui videns abiectionem & paſſionem aſſumptæ humanitatis meæ, non incipit dubitare de Diuinitate meâ. Si igitur adeò ſuperat capacitatem humanæ intelligentiæ Paſſionis myſterium; quomodo non excedet facultatem vel Tullianæ eloquentiæ? In prædicanda diuinæ naturæ excellentia, in Chriſti gloria enuntianda, conſpirant Angeli & creaturæ omnes quæ *in cælo, & ſuper terram, & ſub terrâ, & quæ in mari*; laudantes & adorantes *viuentem in ſæcula ſæculorum*. At cùm patitur Deus-homo, *Apocal.* 5.

Dei gloriam faciliu eſt explicare, quàm Dei hominis paſſionem.

omnia, velut ſtupore aut lethali frigore percuſſa obmuteſcunt: ſilent Angeli, Diſcipuli hiſcere non audent, filiæ Hieruſalem nil niſi flere norunt: *cæli*, qui mille linguis iuxta Propheticum dictum *enarrant gloriam Dei*, ſilentio ac tenebris ſe inuoluunt: Sol ipſe, cęleſtis harmoniæ pater & Apollo, plectrum abijcit, ſeque obſcurâ ferrugine induens è cæli theatro tacitus ſe ſubducit. Quâ fronte igitur infantia mea Deum patientem ac crucifixum, *Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam*, dignis verbis enuntiare præſumet? Audebimus tamen: ipſo nos Homine-Deo, ſponſo animarum quas ſanguine ſuo redemit, in hortum aromatum, & ad myrrheam meſſem inuitante. Hac tamen lege, vt quiſquis hæc noſtra leget, benignè condonare paratus ſit, ſi in tanti ac tam luctuoſi myſterij enarratione alibi ab ordine exacto, alibi extrà eloquentiæ leges exerrauerimus. Summo ſacerdoti Aaroni olim indultum fuit, ob mœrorem quem conceperat ex filiorum ſuorum interitu, debitas Legis cæremonias neglexiſſe. Quo æquius erit nobis condonare beneuolum Lectorem, ſi Chriſti Domini dolores atque acerbiſsimam mortem deſcribenti, aliquid in ordine confuſum, in voce diſſonum atque interruptum, exciderit.

Pſalm. 18.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS I.

DE

MANDATO CHRISTI DOM.

SIVE

LOTIONE PEDVM.

Antè diem feſtum Paſchæ, ſciens Iesvs *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem; cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ioann. 13.

CAP. I.

Chriſtus per omnem vitam maximè Humilitatem & Amorem, tam opere quàm verbis docuit. Vtriuſque præclarum ſpecimen, ac ſermonum ſuorum epilogum, ſub finem vitæ exhibet.

Finis coronat opus. Actor Ludorum ſcenicorum, in quinto atque vltimo potiſſimùm actu probatur. Agitator Circenſis, confecto curriculo, maximè attentus eſt ac ſudat circa metas. Chriſtus ad finem vitæ appropinquans & tranſiturus ex hoc mundo ad Patrem, ſatagit pulcherrimam coronidem imponere operi ad quod venerat. Venerat autem, vt illuminaret hos qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, *ad dirigendos pedes eorum in viam pacis.* Luc. 1. v. 79. Id eſt, vt mundo per peccatum primi parentis ignorantiæ te-

nebris inuoluto monſtraret viam, quæ ducit ad vitam. Quæ autem hæc via ſit, ipſe aperit Ioannis 14. *Ego ſum via, veritas & vita.* Cùm enim (vt ſubtiliter Auguſtinus ſerm. 55. de verb. Dom.) Verbum apud Patrem eſſet *Veritas & vita*; aſſumendo hominem, factum eſt *via: vt nos per ipſum, & ad ipſum & ad Patrem iremus.* Venerat igitur in mundum, vt mundi Doctor eſſet ac Magiſter. *Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti Magiſter.* Magiſter planè diuinus. Magiſter non ſolùm *verax*, qualis dicitur Marci 12. ſed & *bonus*, qualis appellatur Matthæi 19. Nempè non verbo ſolùm docens, verùm & exemplo: *Potens in opere, & ſermone.* Qualem eum deſcribit Iſaias cap.30. *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via, ambulate in eâ.* Cuius ſcilicet non ſolum ſermonem audietis, ſed & exemplum videbitis. Idem indicat vox Patris cæleſtis in mõte: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite.* Pronomẽ *Hic*, vox eſt opera demonſtrantis: *audite*, ad ſermonem ſpectat. Igitur Chriſtus, Magiſter eſt verax, & bonus: cuius doctrina, ipſa eius vita eſt; partim in opere, partim in ſermone conſiſtens.

Ioan.14. Avgvst. Chriſtus Magiſter verax & bonus. *Ioan.3.* *Luc.24.* *Iſaia 30.* *Matth.17.*

Iam verò quidquid toto vitæ ſuæ decurſu à carceribus ad metas vel egit, vel docuit; ad duo præcipuè capita reuocari poteſt, Humilitatem & Amorem. Quamquam Humilitatem Amor includere videtur: quoniam, vt ingenioſè ait Poëta,

Non benè conueniunt, nec in
vna ſede morantur
Maieſtas, & Amor.

Humilitas & Amor, doctrinæ Chriſti compendium.

Quomodo duæ hæ virtutes per omnes eius actus ſe diffuderint, vel leuiter in Euangelica hiſtoria verſato facilè patebit. Sermonum verò omnium ac doctrinæ illius compendium duobus his locis com-

comprehendi, exiſtimo: Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accendatur?* En Amorem? Matt. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* En Humilitatem.

Nunc ad id quod primò probandum ſuſcepimus, veniamus. Sicut qui in ſcena primas partes ſuſtinet, omni diligentiâ in quinto atque vltimo actu excellere ſtudet, & quaſi ſeipſum ſuperare: ita Saluator noſter, poſtquam per omnem vitam Humilitatis & Amoris erga genus humanum innumera atque egregia ſanè ſigna ediderat, iam appropinquans ad calcem, *pridie* ſcilicet *quàm pateretur*, ſeipſum velut ſuperauit, atque vtriuſq; virtutis planè eximium & palmarium ſpecimen exhibuit: amoris quidem, in Dominica cœna; Humilitatis verò, in Lotione pedum. Amor naturâ liberalis eſt: vnde & Poëtæ nudum fingunt, quia omnibus pro amato

Amoris ſpecimen in vltima cœna editum.

ſe exſpoliat. Quod & Paulus inſinuat; 1. Cor. 13. v. 5. *Charitas non quærit quæ ſua ſunt.* Chriſtus per triginta tres annos ſe ſuaque omnia generi humano impenderat: Act. 10. *Qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes.* Verùm iam ad finem veniens, præterita beneficia parua ducit, ac pro nihilo reputat. Verus Amor cùm omnia fecit, numquam ſibi ſatisfacit. Ioan. 13. v. 3. *Igitur, ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus*; quaſi nouis donis ſinum repletum geſtans, tempus, quod ſibi ad benefaciendum breue & exiguum reſtare videt, celeritate redimere ſtatuit: ac liberaliſſimè affectum omnem ſuum ac dona gratiarum in diſcipulos non tam diſtribuit, quàm profundit. Ioan. c. 13. v. 1. *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Neque adhuc tamen immenſus ille amor ſatis ſibi munificus videtur, niſi exſtructo regali epulo, poſt omnia tandem & ſeipſum, id eſt corpus & ſanguinem ſuum in cibum

Digitized by Google

& potum, non dilectis ſolùm diſcipulis, ſed & inimico Iudæ ac breui ſe tradituro, propinet. Quaſi diceret: Si nondum vobis amorem meum ſatis probare potui,

Pſalm. 33.

Guſtate nunc eum, *& videte quàm ſuauis eſt* ille cordis mei *Dominus* ac triumphator: cumque non in os ſolùm, ſed in ipſa interiora viſcera veſtra recondite. O amorem planè ſtupendum! Amorem ſine more, ſine exemplo! Niſi fortaſſis exemplo ei fuerit Humilitas, paullò antè in Lotione pedum exhibita, neque minori ſtupore digna. Vt omninò hîc appareat verè dixiſſe

Hieron.

Hieronymum ep. 35. *Nihil Saluator amat medium.*

Humilitatis ſpecimen in lotione pedum.

Videte igitur profundiſſimæ Humilitatis exemplum, reſeruatum in finem vitæ & quintum veluti Actum.

Ioan. c. 13. v. 4.

Surgit à cœna: velut facinus aliquod heroicum editurus. *Ponit veſtimenta ſua*, quem alæ Seraphinorum trementes cooperiunt; & *cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe*: quaſi cum maieſtate ſua, vel potiùs cum primi hominis ſuperbia, & ſuperbiæ principe diabolo luctaturus.

Ibid. v. 5.

Sumit vrceum: *mittit aquam in peluim*: omnia per ſe expedit: nullum in huius miniſterij ſocietatem admittit. Seruit ille, ſub cuius imperio geminus Orbis contremiſcit. Seruit ſolus, cuius nutum

Matt. c. 26. v. 53.

plusquam duodecim legiones Angelorum, in obſequium pronæ, expectant. Præcinctus ſeruit, non moroſus. Videte reliqua.

Ioan. c. 13. v. 5.

Et cœpit lauare (in terram ſcilicet ſe proſternens) non caput, non manus, ſed *pedes*; infimam ſcilicet corporis partem, & numquam non ſordidam: nam,

Ibid v. 10.

Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. At quorum tandem pedes? Diſcipulorum, id eſt, vilium piſcatorum, addo & ingratorum: nempe Petri mox eum negaturi, Iudæ iamiam tradituri. O amor! O humilitas! O Dominus *magnus* dicam *&*

laudabilis

Pſalm.47. *laudabilis nimis*, an, paruus & amabilis nimis? O *verbum verè abbreuiatum!* Procumbit antè homines Deus, antè peccatores ſanctitas, antè mortales immortalis, antè creaturam Creator, Sol antè ſtellas, lux antè tenebras, dies antè horarum minuta, antè ingratitudinem amor, veritas antè mendacium: ſordes in ſe recipit puritas, lauat genuflexus in cuius ſolo nomine flecti iubetur Philip.c.2. v.10. *omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* O actionem verè heroicam! quam aggreſſurus meritò ſe præcinxit: ne ſcilicet cæli vnde venerat, memoria, aut æterna illa, per quam Patri æqualis erat maieſtas, foras ſe prorumperent, atque humilitatis hoc infimæ exercitium turbarent. Pſalm.92. *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute.*

Chriſtus cæleſtis orator. Atque hæc fuit Actionum Chriſti coronis, vltimâ vitæ eius nocte exhibita. Nunc ad ſermonem ac doctrinam tranſeamus. Chriſtus à Patre ſuo velut Orator è cælo miſſus, ac *Magni conſilij Angelus*, nouiſſimè in terram venerat: omnibus eloquentiæ partibus inſtructus. Atque in primis in docendo eximius: *Numquam ſic locutus eſt homo.* Ioan.7. Deinde in mouendo planè diuinus: *Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via?* Luc.24. In conciliando denique, ipſa ſuauitas & benignitas: *Speciosus formâ præ filiis hominum: diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Pſalm.44. Iam verò totus Chriſti ſermo atque Oratio ſiue ad ſuos, ſiue ad alios, qualis apud Euangeliſtas reperitur, quid eſt aliud quàm continua Amoris atque Humilitatis inculcatio? Quam vt tandem aliquando finiat, (*Sciens quia venit hora eius,* Ioan.c.13. v.1. & elapſa eſt vitæ clepſydra) artificioſo ac digno ſe epilogo concluſit: in quo Sermonum Chriſti epilogus. & dictorum recapitulationem, & concitationem affectuum (quæ præcipua

 ſunt

ſunt epilogi munia) reperies. Sermo ille ad Petrum alioſque in Lotione pedum, cui non humilitatem perſuadeat? cuius vel duriſſimum ac ſuperbiſſimum pectus non perfringat, deiiciat, in lacrymas diſſoluat! Alter verò ille poſt cœnam Dominicam, ac Iudæ diſceſſum habitus, Deus bone, quàm blandus, quàm dulcis! quàm deinde incitatus atque igneus! quàm ad amorem rupibus ac feris ingenerandum, ſi modò eum capere poſſent, accommodatus! Atque ſi epilogi, vt Rhetores tradunt, præcipua virtus eſt, vt breuis ſit & acris: quid ad amorem breuius, quid acrius dici poſſet? *Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Mandatum nouum* (id eſt, de nouo vel iterato) *do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Manete in me, & ego in vobis.* Quot verba, tot amoris incendia. Quid item ad Humilitatem perſuadendam breuius, quid acrius dici aut inueniri valeat, quàm, *Scitis quid fecerim vobis? Si ergo laui pedes veſtros Dominus & Magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes.* O aureum, ô diuinum planè epilogum! *Scitis, quid fecerim vobis?* Vel tria hæc verba, quos non affectus, quarum non rerum recapitulationem continent? Neque enim ad præſentem tantùm Humilitatis actum ſpectant, ſed altiora nobis ac longiùs petenda in memoriam reuocant. *Scitis, quid fecerim vobis?* Ego vos de nihilo, cùm non eſſetis, creaui: ego vos amando præueni, cui omnem amorem & obſequium debebatis. Creaui verò non ad vile aliquod prototypum, aut periturum exemplar, sed ad imaginem & ſimilitudinẽ meam, Patriſque, ac Spiritus ſancti, imprimens in triplici animæ potentia triplicem indiuiduę Trinitatis Idæam. Poſui vos tamquam vineam electam, ſepem vobis circumdedi

Ioan. 13.

Ioan. 13. v. 14.

dedi gratiæ donorumque cæleſtium, contra ſingularis feri incurſum: expectaui patienter vt facere tis vuas ac fructus dignos pœnitentiæ: excolui vos, putaui, lætamine foui per Prophetas meos ac Doctores. *Scitis, quid fecerim vobis?* In terram deſcendens, non Angelos ſed ſemen Abrahæ apprehendi, in omnibus vobis ſimilis, & habitu inuentus vt homo, vt vos ad Deitatem meam ſublimarem. Pertranſij benefaciendo, docendo, & ſanando omnes. Dum inter vos fui, non
Matth.20. petij *miniſtrari, ſed miniſtrare.* Neque hîc ſiſtit Amor meus. Iam *vado immolari pro vobis*: priùs in vltima hac cœna, deinde in ara crucis quam mihi paratam video. Sed non relinquam vos orphanos. Breuî reſumpto corpore vos reuiſam: deinde alium conſo-
Ioan.c.14. v. 6. latorem dabo vobis, *Spiritum veritatis, vt maneat vobiſcum in æternum.* O Chriſtiani, adeſte, atque hunc Chriſti perorantis epilogum fidis auribus percipite: *Scitis, quid fecerim vobis?* Hæc omnia veſtrâ cauſâ egit, vt amorem eius & Humilitatem imitemini: vt hîc conſortes paſſionum eius, poſtmodum in cæleſti regno participes ſitis & conſolationum.

CAP. II.

Euangeliſta Ioannes præ reliquis electus ad Chriſti ſupremum Amorem & Humilitatem deſcribendam. Amoris myſterium in vltimo Chriſti ſermone obſeruatum.

MERITÒ quis dubitare poſſit, quid cauſæ ſit, quòd alij Euangeliſtæ tam heroicum Humilitatis actum, tam diuinum Chriſti atque amore exuberantem ſermonem, ita tranſilierint; vt Lotionis pedum ne meminerint quidem, Sermo-

Sermonem verò illum dulciſſimum quàm pauciſſimis perſtringant. Teſtis eſt S. Hieronymus cæteros Euangeliſtas & multa omiſiſſe ex geſtis Chriſti, & ea ferè attigiſſe quæ humana erant. Atque ea propter Ioannem (velut piâ indignatione motum, aut ſacro potiùs inſtinctu afflatum) manum calamo admouiſſe, vt ab aliis prætermiſſa ſuppleret, atque ea potiſſimùm quæ ad Chriſti Diuinitatẽ ſpectabant. *Aquila eſt Ioannes* (inquit S. Aug. Tract. 36.) *ſublimium prædicator, & lucis internæ atque externæ fixis oculis contemplator.* Quid autem Amore ſublimius, quid omninò diuinius? Amorem certè Deum eſſe non ſolùm omnis Gentilitas credidit, ſed & Deorum omnium maximum atque antiquiſſimum. Et Dilecti Apoſtoli teſtimonio, *Deus charitas eſt; & qui manet in charitate, in Deo manet.* Amoris indiuidua comes eſt Humilitas, & ipſa quoque

HIERON.

AVGVST.

1. Ioan. c. 4. v 16.

Humilitas, virtus planè diuina.

virtus planè diuina, atque, ſi vlla alia, humanæ naturę vires excedens: cui nihil tam inſitum quàm imperandi cupiditas, & dicere, *Non ſeruiam.* Audi quo in faſtigio humilitatem collocet Eccleſiaſtes: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus.* Quaſi dicat: Non plebeia eſt virtus humilitas, atque ad vulgum relegandа: magnos illa viros & eximios decet; eoque magis, quò altiùs ſe ſuprà homines extulerint, ac Deo viciniores euaſerint. Huius virtutis amore incenſus Dei Filius, è cælo in terram ſe demittere ſtatuit. Sed num Angelos apprehendit? Maior erat, quàm vt hæc eum demiſſio deceret. Num cælos apprehendit, aut aëreum ſibi corpus circumdedit? Multò minùs decebat. Quid igitur? Audite Aquilæ noſtræ ſublimem ac myſticam vocem: *Verbum caro factũ eſt.* Quid Verbo ſublimius? *Vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris.*

Ierem. 3.

Eccl. 3.

Ioan. 1.

Ioan. c. 3. v. 18.

Quid

Digitized by Google

Quid contrà carne humilius? *Omnis caro fœnum.* Nempe hoc eſt attingere à fine vſque ad finem: hoc eſt verè magnum eſſe, hoc eſt Dei Filium eſſe; Amare ſine modo, humiliari ſine termino. Vnde de filiis Chriſti, qui eſt Sapientia Patris, agens idem Eccleſiaſtes, humilitatem amori coniungit: *Filij*, inquit, *Sapientiæ, Eccleſia iuſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.*

Iſaiæ 40.

Eccli. 3.

Sed cur principes has Chriſti virtutes deſcribendi prouincia Ioanni potiſſimùm reſeruata eſt? Quia optimè illas nouerat, vtpotè qui eas è Chriſti pectore, gratiarum omnium ſcrinio, in cœna ſuxerat, atque in alterum quaſi Chriſtum tranſierat. *Hoc ructabat*, inquit Auguſtinus, *quod biberat.* Nemo rectiùs de virtute iudicat, quàm qui eâdem præditus eſt. Nemo meliùs, Quid ſit amor, intelligit; quàm qui aliquando amauit. Is planè fuit Ioannes, de quo Cyrillus Alexandrinus ad cap. 21. Ioann. *Neminem arbitror dubitare poſſe, quia propter præcipuas virtutes, & paratiſſimum ad diligendum animum, Ioannes à Chriſto præ cæteris diligeretur.* Sed humilitatem eius videamus. Rapitur Paulus ad tertium cælum, atque ad altiſſimorum myſteriorum contemplationem admittitur. Sed mox in terram reuertenti os obſignatur, ac ſilentium indicitur. *Audiui*, inquit, *arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Rapitur in Spiritu Ioannes, ſed ſcribere permittitur, quin & aliis enuntiare, quæ viderat. *Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timere, Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus. Scribe ergo, quæ vidiſti.* Hinc aliquid humano maius agnoſcit in Ioanne Origenes, quod non erat in Paulo. At qualem ſe tandem reputat Ioannes ad hunc ſublimitatis apicem euectus?

AVGVST.

CYRILL. ALEXAN.

Ioannis humilitas.

2. Cor. 12.

Apocal. 1.

Digitized by Google

ctus? Videte humilitatem, quam & in ipſo libri capite velut amatam à ſe virtutem proponit: *Apocalypſis* IESV *Chriſti, quam dedit illi Deus palàm facere ſeruis ſuis: & ſignificauit, mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni.* *Apoc. c. 1. v. 1.*

Amor Ioannis. Iam ad amorem veniamus. Ioannes IESVM poſt reſurrectionem in littore ſtantem primus diſcipulorum agnoſcit. Celeres nempe ſunt ac perſpicaces amoris oculi. Et dicente IESV ad Petrum, *Sequere me; conuerſus Petrus vidit diſcipulum quem diligebat* IESVS, *ſequentem.* *Ioan. 21.* Promptiſſimum, ſcilicet præ reliquis, ad Chriſti imitandum exemplum, quocumque eum ducturus eſſet. Promptitudine autem & celeritate amor agnoſcitur, atque etiam conſtantiâ: quam Ioannes monſtrauit, Chriſtum comitando ad crucem vſque, quò nemo illum diſcipulorum ſecutus eſt.

His virtutibus effectum, vt Ioannes alter quaſi IESVS euaſerit. *Ioannes alter quaſi Chriſtus.* De illo dicit Pater, *Hic eſt filius meus dilectus:* de Ioanne ait Scriptura, *Diſcipulus ille quem diligebat* IESVS. De illo dicitur, *Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris*: de Ioanne, *qui ſuprà pectus Domini in cœna recubuit.* Ille ſub finem vitæ ait diſcipulis ſuis: *Filioli, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem*: Ioannes vſque ad vltimam ſenectutem, nihil aliud per ſingulas proferebat collectas, niſi hoc: *Filioli, diligite alterutrum.* De Chriſto extat Sponſæ elogium; *Dilectus meus candidus & rubicundus*; *Cant. c. 5. v. 1.* ob diuinam & humanam in eo naturam: eadem Ioanni conueniunt ob non relanguentem in canis aſperſâ ætate, amoris ardorem. Quid igitur mirum, ſi illum Chriſtus in cruce pendens matri ſuæ, velut fratrem, & alterum Mariæ filium, in ſuum abeuntis locum ſubſtituerit?

Digitized by Google

rit? Quid mirum, ſi eidem diuinitatem ſuam, & diuinas, de quibus egimus, virtutes deſcribendi munus detulerit!

Amoris myſteria in ſermone Chriſti apud Ioannem deliteſcentia.

Vt verò non ex vngue Leonem, ſed ex oculis Aquilam cognoſcatis: expendite pauliſper quàm ſubtiliter in vltimo Chriſti ſermone Amoris myſteria attigerit; quàm profundè in eius adyta penetrarit. In vltimis illis Chriſti verbis (quæ videre potes per quinque Euangelij capita 13.14.15.16 & 17.) reperies *dilectionis* tam nomen quàm verbum ſepties ac vigeſies repetitum. Quibus ſi deinde iungas dulciſſima nomina *Amici*, ac *Filioli*; (quorum illud bis ibidem, hoc ſemel poſitum reperies) numerum habebis Trigeſimum: qui conſtat ex Denario ter repetito. Denarius autem (teſte

AVGVST.

Auguſtino de verbis Domini ſerm. 15.) præcepta Legis ſignificat, propter Decalogum. Numerus autem Ternarius, ſacer habetur, ac primus perfectus: vt qui habeat principium, medium, & finem. Vnde illud apud Ariſtotelem lib. 1. de cælo: *Tria ſunt omnia; & ter vndequaque.* Quid autem voluit Ioannes indicare aliud myſtico hoc numero; quàm, quod ait Paulus: *Plenitudo Legis eſt dilectio*? Deindè Chriſti amorem quem in fine vitæ ſuis exhibuit, eſſe primum perfectum: quippè qui ſolus inter omnes, non venerat *Legem ſoluere, ſed adimplere*? Niſi fortaſſe triginta hos amoris actus opponere voluerit triginta argenteis, quibus eum Iudas traditurus erat: ad exaggerandā Chriſti charitatem, huius verò duritiem & ingratitudinem. Non dubium quin plura ſub hoc cortice lateant, nobis non penetranda, reuelanda iis quibus voluerit Filius reuelare.

Ad Rom. 13.

CAP. III.

Expenduntur Euangeliſtæ verba : Ante diem feſtum &c. Vt tranſeat ex hoc mundo &c. In finem dilexit.

ANTE *diem feſtum Paſcha* &c. Quo magis in lectione SS. Scripturarum proficio, hoc magis verum eſſe cognoſco quod ait Chryſologus ſerm. 6. *Non apices, non littera, non ſyllaba, non nomina in Euangelio diuinis vacua ſunt myſteriis.* Quod cùm in aliis plurimis locis aſpicere liceat, tum maximè in hoc themate noſtro apparet. Quapropter quid in eo myſticum latere pro modulo meo aſſequi potui, breuibus explicabo. CHRYSOL.

Primò. Non ſine myſterij alicuius indicio factum puto, vt diſceſſus Chriſti ex hoc mundo tribus diuerſis vocibus in idem recidentibus, intra tam breuem periodũ varietur. Semel enim appellatur tranſitus: *Sciens quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ioan. c. 13. v. 1. Deindè, finis: *In finem dilexit eos.* Tertiò denique tacitè inſinuatur ſub Paſchæ nomine: *Antè diem feſtum Paſcha.* Paſcha enim Hebræis *tranſitum* ſiue *tranſultum* ſignificat. S. Auguſtinus ad hæc Euangeliſtæ verba: *Ecce Paſcha, ecce tranſitus. Vnde, & quò? De hoc ſcilicet mundo, ad Patrem.* AVGVST. Amor mirè diſertus eſt, atque etiam ad faſtidium querulus, vbi ab amato diuellitur. Chriſtus ægrè à ſuis diuellitur. Sæpè eandem cantionem repetit, ac circa rem vnam multis verbis in idem tamen recidentibus oberrat. Sed cur queritur Saluator noſter, qui tranſiturus erat *de hoc mundo* (in quo triginta ampliùs annis in ſumma paupertate, contradictione, miſeriis verſa-

verſatus fuerat) & tranſi-
turus *ad Patrem?* Non alia
certè cauſa fuit, quàm
quæ eum mouit, vt cali-
cem Paſſionis ſponte licet
Iſaiæ c. 53. v. 7. acceptatum (*Oblatus enim
eſt quia ipſe voluit*) in Horto
tamen conſtitutus depre-
Matt. c. 11. v. 39. caretur: *Pater, ſi poſſibile eſt,
tranſeat à me calix iſte.* Cuius
S. Greg. rei cauſam inquirens Gre-
gorius Papa orat. 32. *Cur,
ſi euidens eſt victoria paſſio
timetur? Ne per mortem*, in-
quit, *hominum ſocietatem
deperderet.* Adeò ſcilicet illi
dulce erat inter homines
verſari, atque iis inſtruen-
dis patientiam ſuam com-
modare. Vnde claris ver-
bis clamat Prouerb. 8.
*Deliciæ meæ eſſe cum filiis ho-
minum.* Igitur ab iis ſepa-
rari, durum erat, amarum
erat, morte ipsâ acerbius
erat. Quod non ignorans
arcanorum eius conſcius
Euangeliſta, verbis ſuprà
allatis tacitè innuit, quod
intus in Chriſti pectore
gerebatur.

Secundò: Neque vacare
myſterio putandum eſt,
quod *diem Paſcha* ſignatè Dies Paſſionis, Chriſto feſtiuus ac nuptialis.
feſtum vocat. Græcè πρὸ δὲ
τῆς ἑορτῆς, id eſt, *antè feſtiui-
tatem.* Nimirum non ſo-
lùm ob Paſchatis ſolem-
nitatem totâ Iudæâ cele-
berrimam: verùm etiam,
quia Chriſto is dies ſigna-
tè *feſtiuus* erat, id eſt, iu-
cundus, optatus, deſidera-
tus. *Deſiderio deſideraui hoc* Luc. c. 22. v. 15.
Paſcha manducare vobiſcum.
Quæ enim talia ſunt, fe-
ſtiua appellare ſolemus:
vnde eſt apud Plautum
inter alias blandientis de-
licias: *Meum corculum,
meus feſtus dies.* At quam-
obrem adeò anhelabat ad
hunc diem Seruator,
quando is eum, vt ſuprà
vidimus, à ſuis diuulſurus
erat? Quia hic dies ipſum
in mediam Paſſionem
miſſurus erat. Quod à
ſuis ſeiungi dolebat, partis
erat inferioris: quòd prò
eorum redemptione pati
deſiderabat, partis erat
ſuperioris, quæ diu cum
inferiore colluctata, tan-

 dem

Digitized by Google

dem de illa triumphauit. Math. 26. *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Igitur diem Paſchatis, qui Paſſionem ſuam allaturus erat, Chriſtus pro feſto habet. Quid mirum? quando hic ei futurus erat nuptialis. In cruce enim è latere ſuo ædificaturus erat Eccleſiam, atque (vt loquuntur ſancti Patres) in Sponſam ducturus. Ideò hac nocte velut geniali, conuiuium nuptiale celebrat, in quo ſeipſum, lautiſſimum ſanè ferculum, apponit: omneſque ad illud liberaliter Cant. 5. inuitat: *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi.* Deindè veſtibus ſe regalibus induit: quia ſcilicet ſponſus hic Rex erat. Ioan. 19. *Exiit ergo* IESVS *portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum.* Ad quod proinde ſpectaculum Sponſa æquales ſuas Cant. 3. inuitat his verbis: *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui.* Vbi nota non paruam aut vulgarem hanc eſſe Chriſti lætitiam, ſed *lætitiam cordis ſui*, id eſt, lætitiam ſummam ac feſtiuam. Quam & in oculis habuiſſe videtur Sophonias cap. 3. *Lauda filia Sion: iubila Iſraël. Dominus Deus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: & exultabit ſuper te in laude.* Sophon. 3. Vbi mirè ad propoſitum noſtrum Septuaginta: *Et delectabitur in te in delectatione, quaſi in die ſolemni.*

Chriſtus comparatus cum Patrefamilias peregrè profecturo.

Tertiò. *Sciens quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo* &c. Amor ſicut ſemper æternitatem affectat, ita Tempori inimicus eſt; à quo dum conſtringi & arctari ſe videt, flammas ſuas velut irritatus accendit, ac benefaciendi ſpatia ſibi negâta diligentiâ ac beneficiorum magnitudine compenſat. *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Ioan. c. 13. v. 1. Proponite vobis

ob

Digitized by Google

ob oculos Patrem-familias, cui, ad adeundam peregrè hæreditatem, iter longinquum ac diuturna à ſuis abſentia imminet. Vbi dies iam inſtat diſceſsûs, paterni amoris ac ſollicitudinis copias omnes effundit. Filios ſuos ad ſe conuocat, & antè omnia nè illos contriſtet, dolorem ſuum quantum poteſt diſſimulat: deinde bono eſſe animo iubet, in quorum commodum hoc iter inſtituit, breuî iterùm adfuturus: patruum illis aut alium ex amicis relinquit, à quo conſilium & ſolatium in eius abſentia habere poſſint. Poſthæc mandatis illos inſtruit, ac pacem inter ſe & concordiam ſeruare iubet. Tum vt patris optimi ſemper memores ſint, aliquod eis ſui monumentum ſiue memoriale relinquit. Quę omnia à Ioanne, fido amoris æterni interprete, in Christo deſcripta habes. Ac primum: *Sciens quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo; cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Igitur conuocat Diſcipulos ſuos in cœnaculũ *magnum, ſtratum.* Bono eſſe animo iubet: *Non turbetur cor veſtrũ.* Abſentiam ſuam & breuem fore & illis vtilem monet: *Expedit vobis vt ego vadam. Modicum, & non videbitis me; & iterùm modicum, & videbitis me.* *Ioan. 14 & 16.* Deinde loco ſuo relinquit eis Spiritum ſanctum: *Vt maneat vobiſcum.* *Ioan. 14.* qui illis & ſolatio ſit (hoc enim ſonat *Paracliti* nomen) & optima ſuggerat conſilia; *Spiritum veritatis.* Mandatis deinde inſtruit, atque ad concordiã hortatur: *Pacem meam do vobis: Pacem meam relinquo vobis. Hòc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* *Ibid.* Memoriale autem reliquit eis præſtantiſſimum, ac dulciſſimum, Corporis & ſanguinis ſui auguſtiſſimum Sacramen-

cramentum, adiectis verbis; *Hoc facite in meam commemorationem.* (Luc.22. v.19.) *Miraculorum* (inquit Angelicus Doctor) (S. Thom. Aqvin.) *ab ipſo factorum maximum, & de ſua contriſtatis abſentia ſolatium ſingulare.* O verè benignum Patrem! De quo vt verè dixit Ioannes: *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*; (Ioan.c.1. v.4.) ita meritò de ſe ipſe: *Non relinquam vos orphanos.* (Ioan.c.14. v.18.) Quæ Chriſti verba expendens Pater meus Auguſtinus Tract. 74. in Ioannem (Avgvst.): *Quamuis nos, inquit, Filius Dei ſuo Patri adoptauerit filios; & eundem Patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius Pater eſt per naturam: tamen etiam ipſe circà nos paternum affectum quodammodò demonſtrat, cùm dicit: Non relinquam vos orphanos.* Non relinquit certè orphanos, qui diſceſſurus ex hoc mundo per Paſſionem ſuam, non ſolùm Spiritum ſanctum, ſed & ſeipſum nobis reliquit; vt verè ac propriè poſſit dicere: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* (Matth.28.)

Atque hoc eſt munus quod ſibi relinqui optat ſponſa Cant. 2. deficiens animo, ac languida ob ſponſi abſentiam, vt interpretatur Bernardus ſermon. 51. (Bern. Cant.2.) *Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.* Vbi Hebraica verſio, *Fulcite me lagenis vini*; propiùs attingit ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quo ſe refocillari ac confirmari optat in ſponſi abſentia. *Lagena vini*, ſanguis ſunt Chriſti: *mala* verò, ſacratiſſimum eius corpus, de quo alibi dicitur; *Sicut malus inter ligna ſyluarum*: ex quibus duobus conſtat viuificum hoc Chriſti Sacramentum, & *de ſua contriſtatis abſentia* (vt ſuprà ait D. Thomas) *ſolatium ſingulare.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Dominus IESVS *non voluntatem tantùm amoris ſedem, ſed intellectum quoque exſtimulat in hominum dilectionem.*

SCIENS IESVS: *Cùm dilexiſſet, dilexit.* Non contentus Seruator noſter totius voluntatis liberaliſſimâ effuſione; inſuper intellectum in partem & ſocietatem amoris aduocat, à quo nouum & inſolitum auſpicatus eſt incendium, & in iſtas pyramides exſurrexit, vt neſciat homo vbi finem eius inueniat, ipſe vbi ſtatuat. O illuminatam beneficiendi ſphæram, quæ actiuitatis terminos tranſiliens, etiam diuinæ ſapientiæ neruos in amandum intendit: vt ignores quis in dilectionis exhibenda foris ſigna feruentiori ſtudio concurrat. *Ignitus amor* (inquit S. Laurentius Iuſtinianus de cæleſti connub. cap. vlt.) *ſemper meditatur noua, & inſueta componit. Impatiens namque cùm ſit, cogitare non deſinit quomodo ardentiùs diligat.* Amor numquam non eſt occupatiſſimus in diſquirendo nouas diligendi ſemitas, per quas in amantem feratur. Quas non congregat, concipitque formas Chriſti amor, ad effingendam nouam amandi idæam? in quot non partes teneritudo eius diſtrahitur, modò huc modò illuc inclinans, & ſecum quaſi depugnans, neſcia an abire velit ex hoc mundo, an verò cum amantiſſimis diſcipulis manere? Tam eſt impatiens, tam parum ſibi ſatisfacit Chriſti dilectio, vt generoſiſsimi impetûs ſtimulis impulſa, in dominæ rationis diuiniq́ue intellectus palatia illabatur, eum-

LAVR. IVSTIN.

Amor ſemper eſt occupatiſſimus.

eumque ad ſe rapiens in omnem partem pro arbitratu ſuo flectat, ducatque velut iam victum & imperio parentem. Voluntas amoris ſuccenſa flammis, intellectûs margines calore ſuo allambit: vnde ille igneâ hac ſphærâ circumcinctus, totuſque exardeſcens, in eandem cum voluntate flammam conſpirat, vt ſeruire non renuat ſollicitudini eius qui diligit, neceſſitatibus eius qui diligitur. *Impatiens namque cùm ſit, cogitare non deſinit.* Ardens impatientia facit exquiſitè Chriſtum omnia penſare: & intellectus operâ, inſolita atque inaudita corde accenſo deſignare, atque ad altiſſimam aſcendere Sapientiam. *In amore magno*, ait Iuſtinianus, *adhuc ipſe amor eſt ſapientia:* non per voluntatis cæcæ pondus atque impetum, ſed intellectûs excitati atque inflammati extremos conatus, qui cum diſcurſibus ſuis in ſeruitium amoris prorumpit, exhibens ſe diligenti induſtriâ ſummè obſequioſum: impoſſibilia expediens, incompatibilia coniungens, contradictoria verificans.

Quid expectare poſſumus niſi res inſolitas, raras, inauditas, amore ac Sapientiâ æternâ, vires ac copias ſuas ſimul coniungentibus? Quid enim illo ad agendum potentius? quid hac ad inueniendum ſubtilius? Vtriuſque vires in Chriſto præcipuè hic agnoſcit Euangeliſta. Sapientiæ quidem, cùm ait: *Sciens* IESVS. Amoris verò, cum ait: *In finem dilexit eos.* Et ipſe Ieſus, priùs per omnem vitam titulis non admodum delectatus, hîc ſe Dominum & Magiſtrum appellari libenter admittit: *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis, ſum etenim.* Amore ſcilicet Dominus, ſapientiâ Magiſter.

Chriſtus, cur Magiſtrum & Dominum ſe appellari ſinat?

Ioan. c. 13. v. 13.

Quid

Sapientia amori iunꝺta in Euchariſtiæ Sacramento.

Quid verò amor effecerit Sapientiæ diuinæ coniunꝺtus; vel vnicum Euchariſtiæ Sacramentum abundè demonſtrare poteſt. Dixerat Chriſtus, amorem ſuum erga genus humanum deſignans: *Ego ſum paſtor bonus.* Non tantùm dicit *Paſtor*, ſed addit inſuper *bonus*: quod epithetum numquam aliàs ſibi attribuit. Appellauit ſe *vitem*, appellauit ſe *lucem*, appellauit ſe *viam*, appellauit ſe *oſtium*: ſed nullibi adiecit *bonum*. Igitur deſiderabat vehementer inſigni aliquo facto tam præſtans nomen adæquare. Quodnam autem primum munus ſit paſtoris, ipſa ſtatim etymologia indicat. *Paſtor* enim à *paſcendo* dicitur. Vnde Petro gregem ſuum committens, *Paſce oues meas*, inquit Chriſtus Paſtorum Princeps. Et Ezechiel paſtoribus Iſraël munus ſuum exprobrans: *Lac*, inquit, *comedebatis*, *& lanis operiebamini: gregem autem meum non paſcebatis.* At Seruator noſter nónne ſe verum paſtorem exhibuerat, dum quinque millia hominum pane ac piſcibus ſaturauit? Aut, quia *non ex ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei*; nónne & ſpiritualem hunc cibum ouibus ſuis ſe abundè miniſtraſſe oſtendit, dum ait ad patrem ſuum: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus: Verba quæ dediſti mihi dedi eis*? Ita eſt. Sed quia magnus amor (teſte Anſelmo cap. 8. Cant.) *nunquam ſibi videtur ſatis ſua dare, vel cætera facere quæ exigat ipſa dilectio*; amori Chriſti hæc omnia pauca videbantur. Cúmque non aliud videt pabulum quod ouibus ſuis præbeat, & iam inſtet hora eius quâ tranſeat de hoc mundo ad Patrem, angitur, in omnia ſe ver-

Ioan. c. 11. v. 14.

Ioan. c. 21. v. 17.

Ezech. 34.

Matth. 4.

Ioan. 17.

Anselm.

eumque ad ſe rapiens in omnem partem pro arbitratu ſuo flectat, ducatque velut iam victum & imperio parentem. Voluntas amoris ſuccenſa flammis, intellectûs margines calore ſuo allambit: vnde ille igneâ hac ſphærâ circumcinctus, totuſque exardeſcens, in eandem cum voluntate flammam conſpirat, vt ſeruire non renuat ſollicitudini eius qui diligit, neceſſitatibus eius qui diligitur. *Impatiens namque cùm ſit, cogitare non deſinit.* Ardens impatientia facit exquiſitè Chriſtum omnia penſare: & intellectus operâ, inſolita atque inaudita corde accenſo deſignare, atque ad altiſſimam aſcendere Sapientiam. *In amore magno*, ait Iuſtinianus, *adhuc ipſe amor eſt ſapientia*: non per voluntatis cæcæ pondus atque impetum, ſed intellectûs excitati atque inflammati extremos conatus, qui cum diſcurſibus ſuis in ſeruitium amoris prorumpit, exhibens ſe diligenti induſtriâ ſummè obſequioſum: impoſſibilia expediens, incompatibilia coniungens, contradictoria verificans. Quid expectare poſſumus niſi res inſolitas, raras, inauditas, amore ac Sapientiâ æternâ, vires ac copias ſuas ſimul coniungentibus? Quid enim illo ad agendum potentius? quid hac ad inueniendum ſubtilius? Vtriuſque vires in Chriſto præcipuè hic agnoſcit Euangeliſta. Sapientiæ quidem, cùm ait: *Sciens* IESVS. Amoris verò, cum ait: *In finem dilexit eos.* Et ipſe Ieſus, priùs per omnem vitam titulis non admodum delectatus, hîc ſe Dominum & Magiſtrum appellari libenter admittit: *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis, ſum etenim.* Amore ſcilicet Dominus, ſapientiâ Magiſter.

Chriſtus, cur Magiſtrum & Dominum ſe appellari ſinat?

Ioan. c. 13. v. 13.

Quid

Sapientia amori iuncta in Euchariſtiæ Sacramento.

Quid verò amor effecerit Sapientiæ diuinæ coniunctus, vel vnicum Euchariſtiæ Sacramentum abundè demonſtrare poteſt. Dixerat Chriſtus, amorem ſuum erga genus humanum deſignans: *Ego ſum paſtor bonus.* Non tantùm dicit *Paſtor*, ſed addit inſuper *bonus*: quod epithetum numquam aliàs ſibi attribuit. Appellauit ſe *vitem*, appellauit ſe *lucem*, appellauit ſe *viam*, appellauit ſe *oſtium*: ſed nullibi adiecit *bonum*. Igitur deſiderabat vehementer inſigni aliquo facto tam præſtans nomen adæquare. Quodnam autem primum munus ſit paſtoris, ipſa ſtatim etymologia indicat. *Paſtor* enim à *paſcendo* dicitur. Vnde Petro gregem ſuum committens, *Paſce oues meas*, inquit Chriſtus Paſtorum Princeps. Et Ezechiel paſtoribus Iſraël munus ſuum exprobrans: *Lac*, inquit, *comedebatis, & lanis operiebamini: gregem autem meum non paſcebatis.* At Seruator noſter nónne ſe verum paſtorem exhibuerat, dum quinque millia hominum pane ac piſcibus ſaturauit? Aut, quia *non ex ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei*; nónne & ſpiritualem hunc cibum ouibus ſuis ſe abundè miniſtraſſe oſtendit, dum ait ad patrem ſuum: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus: Verba quæ dediſti mihi dedi eis*? Ita eſt. Sed quia magnus amor (teſte Anſelmo cap. 8. Cant.) *numquam ſibi videtur ſatis ſua dare, vel cætera facere quæ exigat ipſa dilectio*; amori Chriſti hæc omnia pauca videbantur. Cumque non aliud videt pabulum quod ouibus ſuis præbeat, & iam inſtet hora eius quâ tranſeat de hoc mundo ad Patrem, angitur, in omnia

Ioan. c. 11. v. 14. — Ioan. c. 21. v. 17. — Ezech. 34. — Matth. 4. — Ioan. 17. — Anselm.

ſe vertit: donec Sapientiæ diuinæ inſtinctu, ſeipſum nobis (ô Amoris potentiam! ô Sapientiæ altitudinem!) in cibum ac potum reliquit. *Bonus Paſtor* (inquit Gregorius homil. 14.) *pro ouibus ſuis animam ſuam poſuit, vt in Sacramento noſtro corpus ſuum & ſanguinem verteret; & oues quas redemerat, carnis ſuæ alimento ſatiaret*. Verè dictus Paulo: *Magnus Paſtor ouium*; & Petro *Princeps paſtorum*. Verè paſtor bonus, qui de ſeipſo apud Ioannem: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantiùs habeant*: ſiue, vt vertit Vatablus, *vt abundent paſcuis*. Qui enim manducat hunc panem, *viuet in æternum*.

Gregor. — *Ad Heb 13.* — *1.Petr.5.* — *Ioan.c.10. v.10.*

Videte nunc aliud amoris & ſapientiæ diuinæ ſpecimen. Amor ſicuti benefacere gaudet, ita gratitudine delectatur. Optabat igitur Chriſti amor redemptionis in cruce beneficium animis noſtris fixum inhærere. *Et erit vita tua pendens antè oculos tuos.* Sed quomodo non deficerent animi humani, continuâ meditatione tam triſtis ſpectaculi? Quomodo hac viâ eueniet, quod promittebat diſcipulis ſuis Ioan. 16. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis?* Quid igitur agat? Succurrit ecce diuina Sapientia, modumque inuenit, quo & mortis Chriſti memoriam animo verſent, & ſimul argumentum gaudendi habeant. Mortem vitæ coniungit. *Quotieſcumque*, ait Paulus, *manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Chriſtus verò de corpore ſuo: *Hic eſt panis qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo.* Mortem hîc Chriſti vides, at vitam

1.Cor.c.11. v.26. — *Ioan.c.6. v.50.*

tam

Digitized by Google

tam noſtram: ſitim Ser-
uatoris in Crucis equu-
leo, potum nos refocil-
lantem in cæleſti epu-
lo. Meritò igitur excla-
mat admirabunda Spon-
ſa eius Eccleſia: *O ſa-
crum conuiuium, in quo
Chriſtus ſumitur, recoli-
tur memoria paſſionis eius;
mens impletur gratiâ, &
futuræ gloriæ nobis pignus
datur.*

Sapientia amori iuncta in Cruce.

Altiùs in Paſſionis ady-
ta ingrediamur. Notus
eſt Chriſti amor, quo ſic
diligebat vnumquemque
hominum quaſi omnes;
ſic omnes, quaſi vnum:
& vota ſaluari volen-
tium non modò fideliſſi-
me adiuuabat, ſed cele-
rimè præueniebat; ſem-
per in ore paratum ha-
bens remedium, in ma-
nu calamum inſtar prom-
ptiſſimi Medici, vt neceſ-
ſitatibus humanis ſuc-
curreret: *Lingua mea ca-
lamus Scribæ velociter ſcri-
bentis.* (Pſal. 44.) Petente latrone
vt ſui tantum memo-
riam haberet, quando-
cumque tandem veniſſet
in regnum ſuum; ne in
alterum quidem diem
differt, quod petebat:
*Hodie mecum eris in paradi-
ſo.* (Luc. c. 23. v. 43.) Stantes ſub cruce qui-
dam è Iudæis clamabant:
*Si Rex Iſraël eſt, deſcendat
nunc de cruce, & credimus
ei.* (Matth. 27.) Ecce ouis errabunda,
vt ad caulam paſtoris ſui
redeat ſignum petit Dei-
tatis, deſcenſum de cru-
ce: rem neque magnam,
neque ipſi difficilem.
Nam quid ei magnum fuit
(inquit Auguſtinus) *de
cruce deſcendere, qui potuit
de ſepulcro reſurgere?* (AVGVST.) Quid
hîc aget Chriſti amor?
Ouem hanc perire ſinet,
qui ad vnam quærendam
nonaginta reliquerat? Nõ
clauos, quibus confixus
eſt, diſſoluet: non vincula
omnia dirumpet, vt fi-
dem tandem Deitatis
ſuæ ſimul & charitatis
incredulis faciat? Succur-
re illi diuina Sapientia.
Deitatis atque amoris

 per-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

perfecti eſt, non niſi magna & ardua tentare. Deſcendere de cruce, ac paſſionem ſuam interrumpere, res facilis eſt atque obuia. Amare conſtanter, amare in finem vſque; non vinci doloribus, tormentis non cedere crudeliter ſæuientibus; vires humanas ſuperat, clariſſimumque erit teſtimonium latentis Deitatis. Maneat igitur in cruce, pluribus ſi opus eſt clauis configi exoptans, nouis amoris vinculis alligari: ſic ſe verè amare, ſic ſe Deum denique demonſtret. *Perfecta charitas, numquam excidit*: ſiue (Theodoreto interprete) *ſemper firma, ſtabilis, ac immobilis perſeuerat*. Quid clamatis, ô inſenſati Iudæi! quid vociferamini? *Hinc vel maximè* (inquit
Tertvll. Tertullianus) *Dominum cognoſcere debuiſtis: patientiam enim huiuſmodi nemo hominum perpetrauit*. Si fi-
Matth. 27. lius Dei es, inquiunt, deſcende de Cruce. *Sed ideò* (regerit Chryſoſto- Chryſoſ.
mus) *de cruce non deſcendit, quoniam filius Dei eſt*. En Amorem, en Sapientiam in vnam conſpirantes flammam, de doloribus, infamiâ, ac morte ipsâ triumphantem. Vidit hanc amoris eminentiam Centurio, qui non antè, quàm *clamans* (velut in tormentis lætus, in ipsâ morte exultans) *expiraſſet*; Deitatem eius confeſſus eſt, dicens: *Verè hic homo* Marc 15.
filius Dei erat. Multi eius innocentiam in Cruce agnouerant: Latro, in coronam & Titulum ſuperſcriptum intentus, Regem confeſſus erat: at Centurio patientiam humanâ maiorem aſpiciens atque obſtupeſcens, Filium Dei audacter pronuntiat. Ipſe verò *exaltatus à terrâ*, Sapienti amore *omnia* trahit *ad ſeipſum*.

Cap.

Digitized by Google

CAP. V.

Tempus patiendi, adeóque totus vita Chriſti decurſus, Chriſto Hora *reputatur. Patiendi occaſiones vndequaque arripit, vt amare ſe probet.*

SCIENS IESVS ſcilicet ab æternitate tamquam Deus; ab initio cõceptionis, vt homo: *Quia venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad Patrem.* Ioan.1.v.1. Adeſte Contemplatiui. An aliud putàtis eſſe, *Venit hora eius*; quàm, ad finem venit, & iam pænè effluxit vitæ eius clepſydra? Hoc enim innuit quod ſequitur: *Vt tranſeat.* Vita Chriſti nihil aliud fuit quàm tranſitus: cuius duo extrema ſunt, exitus à Patre, & reditus ad Patrem: *Sciens quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Ioan.c.13. v.3. Exiuit à Patre impaſſibilis & immortalis, redit impaſſibilis & immortalis. Quidquid inter hæc extrema medium eſt, Chriſti vita eſt: tota ex paſſionibus continuis, & cohærentibus contexta. Non patitur verò aut Deitatis eius æternitas, aut amoris eius immenſitas, vt vita eius aliter appelletur quàm *Hora eius:* cuius primum momentum conceptio fuit, vltimum crucifixio. Quid enim habuit amor Iacob quo Rachelem deperibat, vtpote humanus adeoque imperfectus, ad amorem Chriſti quo genus deperibat humanum? At illi quidem ſeptem anni quibus ſeruiuit ſocero ſuo, *videbantur pauci dies, præ amoris magnitudine.* Gene.ſ.29. Quid igitur mirum ſi æternus & increatus Chri-
ſti

Vita Chriſti, tranſitus.

ſti amor triginta tres vitæ annos pro hora vna reputat? *Quoniam mille anni antè oculos tuos, tamquàm dies heſterna, quæ præteriit.* *Pſalm. 89.*

Aggreſſus erat aliquando Euangeliſta ætatis Chriſti annos ad calculos reuocare. Sed videte, obſecro, quàm timidè, quàm circumſpectè ſe gerat. *Et ipſe* IESVS *erat incipiens, quaſi annorum triginta.* *Luc. 3.* Erat, inquit, *quaſi annorum triginta*: nè ſcilicet amori Chriſti iniuriam irrogaret, qui totius vitæ ſuæ curſum pro hora reputabat. Igitur *quaſi*; idem eſt ac ſi diceret, Calculo humano; qui externum ac ſucceſſiuum temporis creati lapſum intuebatur. Ait deinde, *Et ipſe* IESVS *erat incipiens*: prędicationem ſcilicet, vt ipſe Euangeliſta computabat. Sed alius erat Chriſti ſenſus: qui cùm vitam ſuam *horam* reputaret, eiuſque præcipuum fructum in paſſione collocaret; triginta anni iam exacti, prima pars huius horæ æſtimari debebant, comparatione trium ſequentium, in quibus plura quàm in triginta illis præcedentibus, ac longè duriora ſuſtinuit.

Breuis vitæ Chriſti decurſus per varias antitheſes.

O bone IESV! Amor immenſæ & ſine exemplo! Hæccine eſt hora tua? Hora eſt, per nouem menſium ſpatium in abſtruſo virginei ventris cubili deliteſcere lumen indeficiens, humanos pedetentim artus aſſumere omnium formatorem; Horáne eſt naſci in ſtabulo, cælorum Conditorem; teneris lacrymari ocellis, Angelorum lætitiam vagire, artificem omnis eloquij diſertique

que

Digitized by Google

que ſermonis: ſtringi faſciis omnes donantem libertate: diſpergi ſanguine iuxtà legis ritum, qui legi dominatur? offerri in templo, eius conditorem? Quid? horáne ipſi eſt, quâ in Ægyptum fugiat ſecuritas Angelorum & hominum? ille paueat, qui dæmonum venerat auferre pauorem? cedat Regibus Rex Regum? æternus à temporali faciem auertat per fugam? Ergóne hora eſt, viuere peregrè qui cæli cardines ſolidauit? nec habere vbi caput reclinet qui volucribus cæli nidos conſtruit & vulpibus foueas? alienâ viuere ſtipe, qui pullis coruorum inuocantibus omnibuſque feris dat eſcam in tempore opportuno? baptizari pro nobis qui omnium eſt ſanctificator? famem pati & tentationem malè audacis ſpiritûs, diſcurrere per vicos & pagos, & prædicare Euangelium Dei? Hic vitæ eius decurſus fuit. Paupertatis, laborum, pœnarumq; à iuuentute baiulus, nulli nociuus, omnibus placidus & amabilis: quem tamen gratis impugnans non patiebatur humana proteruia, ſed fabri filium, ſecuri, aſciâ, dolabro viuentem, vt taceam principis dæmoniorum amicum & alia, ignominioſiſſimè vocitarũt. Et tantam opprobriorum congeriem, tam miſerabilis vitæ prolixitatem *horam eius* appellat Euangeliſta: quàm, triſtiſſimum ac Pontico Ouidij grauius exilium, & ærumnarum omnium confluxum quis noſtrûm non appellaret? quæ omnia tamen in ſummâ patientiâ prò nobis Dominus ſuſtinuit, amoris magnitudine victus. Operoſiùs iſta verſemus, vt horæ illius amplitudinem & flagrantiſſimam Christi charitatem omnes agnoſcant: non erubeſcamus, non ſileamus, quantò ſunt humiliora quæ pro nobis dignatus eſt Altiſſimus, tantò plus ei nos debere fateamur.

Quid putatis Dominum paſſum eſſe in præuiſione tot tamque multiplicium tormentorum, quæ in caput ſuum aliquando eſſent redundatura? Quamuis enim mira in ſe & effatu inexplicabilia ſit operatus, vt cruciatuum capax poſſet eſſe, corpus de virgineâ carne ſine corruptione formatum: meminerimus tamen quàm ſublimis ſit charitatis eius ardor, vt qui animam poſſidebat beatam, viſionis beatificæ omniſque boni compotem, ex quâ fluxu neceſſario iuxtà Theologos omnis felicitas in corpus dimanare debebat; noluit tamen beatitatis participationem in comparem deriuare, ſed ſiſtere eam iuſſit; neque gloriæ dotes in corpus trãsfundi, ſed paſſioni ſubiicere pro nobis & mortalitatis languori, vt Pontificem haberemus *qui ſciret compati infirmitatibus noſtris*. Quid igitur ſenſiſſe putatis Dominum anguſtiâ virginalis alui concluſum qui cęlum & omnia quæ cęli ambitu continentur crearat? à primo conceptionis inſtanti perfectiſſimus, reprimere amoris currentis impetum cogebatur per nouem menſes, *donec impleti ſunt dies vt pareret eum Virgo*; quos ducentos ſeptuaginta ſex Auguſtin. lib. 43. quæſt. Euang. q. 56. ponit, ſicut à maioribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit authoritas, inquit idem lib. 4. de Trinit. cap. 5. Ruminet nunc quiſquis ſapiens eſt Chriſti deſiderium, quod dilatum accreſcebat vt egrederetur ad patiendum pro nobis. Iam verò quis memoret natiuitatis eius pauperiem? pannis inuoluitur, faſcijs more infantium, nulla ibi obſtetrix, nulla mulicrcularum ſedulitas interceſſit, ipſa mater obſtetrix fuit, præ teneritudine conſiſtere non valentem reclinauit in pręſepio, cùm locus ei non eſſet niſi in ſpeluncâ, qui tamen fulgebat in cælo, vt iuſtè de

Præ nimiâ erga nos charitate non permiſit Chriſtus animæ ſuæ beatitudinem redundare in corpus, vt in eo poſſet pro nobis pati.

Hebr. c. 4. v. 15.

Nouem menſes, hoc eſt, dies 276. in vtero matris ſiſtere quaſi cogitur amoris impetum.

Luc. c. 2. v. 6.

Aug. vbi ſup.

Chriſti natiuitas.

de hoc exclamat Propheta: *Domine, audiui auditum tuum, & timui.* [Habacuc 3.] *Non in parentum domo, ſed viâ naſcitur,* inquit Gregorius homil. 8. in Euang. [GREGOR.] *vt profectò oſtenderet quia per humanitatem ſuam quam aſſumpſerat, quaſi in alieno naſcebatur.* [Eius adhuc infantuli lachrymæ,] O quot lachrymas infantulus pro peccatis noſtris vbertim effudit! quantum roris, vt flammas adulterini caloris extingueret, ex ocellulis diſtillauit roſeus puer! Adde veſtium duritiem, matris egeſtatem, iniurias aëris, Boreæ flatum, ſtabulique ventis peruij frigora, quibus tenerrima membra intorpuerunt. [Circumciſio,] Circumciditur Legiſlator, & vix natus ſanguine manat pro te, ô homo, vt circumciſus vitiis Dominico dignus iudiceris obtutu. Quamquàm mater ſine dolore naturæque contumeliâ pariat, facta ſub lege, legem obſeruat; ne videlicet ignorantes puritatem eius offenderentur, dicit Cyprianus [CYPRIANUS.] ſerm. de Natiuitate. Quàm inclinat ſe ad humani generis ſalutem Dominus, vt nos in ſuam gloriam transferat! [Præſentatio in templo,] In tēplo ſiſtitur Domino, hoſtia pro eo datur velut peccatore, qui omnes mundabat, & peccatores venerat ſaluos facere. [Fuga in Ægyptum,] Fugere oportet lactentem, non formidine humanâ, vt benè Fulgentius, [FULGENT.] ſed diſpenſatione diuinâ; non neceſſitate, ſed poteſtati; vt cedat tempori, nō Herodi; fugâ periculum declinat, non omnipotentiâ diſſipat, quia venerat cedere non reſiſtere malo, vtque iuſtis exemplum fugæ præberet. Iam verò quàm intimi doloris acerbitate contritum putatis corculum ſaluatoris; dum ploratum & vlulatum magnum in Rhama auditum, occiſis bimulis innocentibus, reuoluit, cunas perfuſas ſanguine à crudeliſſimo Rege, & imbelle infantiæ plebem ab vberibus matrum auulſam ac truculenter mactatam! & cùm vnus tot inter funera quæreretur, omnium dolores

Digitized by Google

Obedientia, quâ ſubditus parentibus.

res ſenſit. Quàm deinde promta ac morigera in eo obedientia ſubditus parentibus, vnà cum ipſis in perferendis laboribus, quibus quotidianum ſibi victum quæritabant. Quàm paſſus ſæpè eſuriem & paupertatem in accreſcentis ætatis & adoleſcentiæ meditullio! vt taceam famem ſitimque pariter iuſtitię ardẽtiſſimã, quã omnes homines ſitire & eſurire ardebat. Non dicam hîc de aſperitate vitæ Domini noſtri, de quâ mira habent libri quidam apocryphi: ſed cùm Lucas, diligens vitæ Dominicæ ſcriptor, nihil de ea, ſed paucis infantiã pueritiamq; complexus, mox ad virilẽ ætatẽ proſiliat; nos quoq; nihil ex cerebro noſtro fingamus, ſed perpendendum cuiuis Chriſtiano relinquimus, vt ſecum reputet quòd omnis continentiæ, paupertatis, virtutis amator in otio non torpuerit. Ex vngue leo facilè dignoſcitur, cuius virilis ætas tot in aduerſis inconcuſſa ſtetit, à multo tempore labori aſſuetam eſſe oportuit. Quis referat paſſionem & internos mœrores, quos ex blaſphemiis omniumque flagitiorũ facinoribus percepit, quando inter tot diuerſas à moribus ſuis gentes conuerſabatur, & videre debebat idololatriam, & peruerſæ Veneris obmuteſcẽda ſcelera? Dauid in domo ſua habitare nolebat qui operabatur ſuperbiam, perfecto odio extabeſcens ſuper ſcelera: an non idem Domino contigiſſe putatis? & tamen mitis ac humilis corde ſolem ſuum nec iniuſtis, ſed iam tum ad verã pietatem conabatur omnes præparare radios ſuæ diuinitatis magis magiſque denudando. O horam!

Ieiunium & tentatio in deſerto.

Ad deſerti ieiunium & maligni tentationẽ venio. Quid potuit Chriſto durius eſſe, aut honeſti cordis aditũ magis turbare, quàm infirmitate famis ſubortâ à creaturarũ omnium damnatiſſimo ſollicitari ad ſũmum peccatũ? Benè Gregorius

Gregor.

Digitized by Google

gorius homil. 16. in Euang. *Qui ſi crucifigi voluit à membris diaboli, non eſt mirum ſi ſe ab ipſo diabolo permiſit transferri.* Hoc omne amore noſtri actum eſt, vt congrederetur obiectâ infirmitate naturæ, Dominus gloriæ cum beſtia infernali. Omitto quid paſſus fuerit in ruſticitate Apoſtolorum priuſquàm impolitos ignoranteſque diuinus artifex perpoliret; quid ſuſtinuerit in vario multifariæ peregrinationis decurſu, in duritia gentis Iudaicæ ſpiritui ſancto reſiſtentis. Taceo maleuola de ipſo iudicia, maligna murmura, quotidianam operum doctrinæque ſuæ contradictionē, dum omnia facta & opera bona multa quæ iis exhibebat nefariè calumniabantur, vt mirum non ſit ſi Dominus quandoque infremuit, lachrymatus ſit & in monte nocturnis vigiliis preces ſuas ad Deum Patrem pro nobis fuderit. Certè ex iſtis peruerſis cōſiliis doliſque, quos machinabantur ingratiſſimi hominum, qui nullis in eum perſuaſi miraculis credebant, ſed ampliùs gloriam Chriſti creſcere inuidebant, non mediocrem in animo ſenſiſſe Dominum triſtitiam dubitari non poteſt. Adde iam ad cæteras paſſiones, quòd in ipſa Trāsfigurationis ſuæ pompa ac triumpho, doloris ac patiendi materiam reperit. Cùm enim in cruce pendens ac morti iam proximus clamaret: *Eli, Eli* &c. Iudæi irridentes eum: *Sine*, inquiunt, *videamus an veniat Elias liberans eum*, refricata tunc fuit memoria transfigurationis eius, quando apparuerunt ei Moyſes & Elias, teſtimonium de ipſo perhibentes, cùm reſplenduit facies eius ſicut ſol, fulgore ex inſidente Dei maieſtate; tunc animi beatitudine in faciem totumque corpus dimanante, & veſtitu niuis albedinem effulgurante, corporis glorioſi ſpeciem præbuit, iam autem vir dolorum,

Ipſa Chriſti transfiguratio, doloris paſſioniſque materiam ſubminiſtrauit.

Matth. 27.

lorum, neque homini ſimilis erat. Quæ imaginatio atque vtriuſque temporis ac ſtatus comparatio tantum poterat, vt niſi ſingulari conatu eam Chriſtus repreſſiſſet, ſola generoſum animum deieciſſet in mortem. Nihil enim hominem ita proſternit quàm felicitatis præteritæ memoria, cùm videt ſe omnibus exutum, ſannis inſuper ſibiliſque explodi, & maiori amaritudine obrui. Placuit tamen Domino hanc tantorum dolorum congeriem appellare *horam*, præ amoris impotentiâ & affectûs (vt ita loquar) exceſſu.

Nemo amat niſi qui patitur.

Nemo amat, niſi qui patitur. *Neſcio quid ſit amor*, ait ille; *Hoc ſcio, quiſquis amat, vritur igne graui.* Obligatus eſt ad patiendum amor, qui etiamſi hominis naturam ſenſuſque ſuaui motu ad ſe rapiat, idem ille raptus fatigat & cruciat, ne dicam frequenter exedit. Indubitatum eſt excellentias amoris animum nullius poſſe concipere, quin reſultante ex eo fatigationis onere ſæpè non ingemiſcat & non tam ſibi viuat, quia deſiderij plenitudine non potiatur, quo etiam habito, occultis iterùm ſtimulis trahitur rebelli aduerſùs ſemetipſum luctâ diuiſus. Ne te igitur decipias Chriſtiane, ſi amas Deum, pati oportet & perſecutionem facere piè viuentem; ad quam nos armat præmonetque frequenter Apoſtolus. hinc de ſeipſo quodam loco dicit: *Charitas Chriſti vrget nos.* Et ipſum Chriſtum numquid oportuit amantem *pati, & ſic intrare in gloriam ſuam?* Hoc habet amor Dei, vt contumelias & omnia dura comportet, quia venit mittere gladiũ, non pacem. Qui *non tollit crucem ſuam* ſequendo Chriſtum, hoc eſt, omne tribulationis inſurgentis pondus, diſcipulus eſſe nequit, aut eo dignus. Quapropter omnes Sancti, diſcurrendo per vtriuſque fœderis paginas, *quanta paſſi*

Si Deum amas, pati oportet.

2. Cor. 5.

Luca 24.

paſſi tormenta vt ſecuri peruenirent ad palmam martyrii, & coronas decoris mererentur de manu Dei. Fruſtra tibi blandiris, & quidē noxiè, quiſquis es, ſi ſolùm amando Deum, exemptum te credis, neque pro Maieſtate diuinâ debere quicquam ſuſtinere. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, ait amor & veritas, Chriſtus. Cui annecto Chryſoſtomum ſer. de Martyrib. *Tu Chriſtiane delicatus es miles, ſi putas te ſine pugna poſſe vincere, ſine certamine triumphare.* Non eſt amator, qui non amat pati. Si dubitas reſpice ſollicitudinem amantiſſimi Chriſti: vide vt angatur, vide vt diſcurrat, baptiſmo habet baptizari, & quomodo coarctatur donec perficiat.

Matth. 11.

CHRYSOS.

CAP. VI.

Inſtans paſſio, ſola Chriſti hora, hora amoris, cuius martyrium in animâ præ corporis diuulſione ſublimius, Chriſtoq́; gratius.

HORAM *eius* vocat inſtantem Domini paſſionem Euangeliſta; quaſi hactenus elapſum tempus, quo hominibus ſanandis, docendis, admonendis, vacauit, nondum Domini fuiſſet, ſed ſicut modò eſt poteſtas tenebrarum vt in Chriſtum fremat, ita nunc ſit hora eius; quam, velut mercenarius finē diei præſtolatur, anxiè deſiderauit quaſi ſummis honoribus inſigniendus, vt ſopitum amoris ignem ſub humanitatis cineribus delitentem, fractâ mortalitate liberū ſineret latiſſimo peruagari incendio. Volebat enim ardere eum *vſque ad inferni nouiſſima*, hoc eſt, peccatores quoque profligatiſſimos, vt iſto ſuccenſi, ſe ipſos

Hora Chriſti eſt inſtās paſſio.

ſeipſos reprehendentes, in cinere & fauillâ pœnitentiam agerent. *Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris:* Ideoque venit in mundum, non vt iudicet, ſed ſaluet eum. *Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Dominus noſter* IESVS *Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* S. Bernardinus de Sena ſerm. 60. de Euangel. æternitate art. 1. cap. 1. tractans de Seraphim qui ſtigmata Saluatoris noſtri glorioſo Patriarchæ Fräciſco impreſſit, *Non cæleſtis ſpiritus*, inquit, *illa ſtigmata imprimebat, ſed ille qui pro noſtra ſalute Crucifixus eſt, atque ex Seraphico ardore cordis eius, Chriſtum in crucis ſimilitudinem transformabat.* Aduerte priora verba, non ardentiſſimum Angelum, verùm ipſum Dominum ſignaſſe ſeruum ſuũ Franciſcum. Sed quomodo, qui iam rex erat gloriæ, perenni cæleſtis gaudij iubilo fruens, induit patientis formam? quomodo in figurâ crucifixi apparet, ſi eſt glorioſus; omneſque ab incircumſcripto æternitatis lumine ſancti ambiantur? quia veniebat amans, reſpondet Bernardinus, *ex Seraphico ardore eius Chriſtum in crucis ſimilitudinem transformabat*, accenſi cordis ardorem refundebat in illud quod oculi videre apprehendebant, quare neceſſarium fuit in crucifixi formâ apparere ſi debebant illum agnoſcere amantem. Vita poſſidentem ſe viuere facit: magnitudo eleuat in excelſum, nobilitas illuſtrem reddit: aſt amor calcatâ gloriâ crucifixũ exprimit, eademq; cordis animique bullientis flamma quâcum appropinquabat Chriſtus vt magno Franciſco fauoris ſui gratiam ampliaret, exhibuit ſimulachra patientis; cùm nullus amet, niſi ſigna patientis demonſtret. Author dogmatum Eccleſ. (quem Auguſtinum aliqui cenſent) tractans de ſimilitudine quæ inter Martyrem eſt & recentem baptizatũ, vt hic ſanguine, ita

Ezech. 33.

Ad Timoth. 1.

BERNARDINVS.

Chriſtus ipſe, nõ Angelus, Beato Franciſco paſſionis ſuæ ſtigmata impreſſit.

Similitudo inter Martyrem & recenter baptizatum.

Digitized by Google

ita iſte aquâ mundetur; accedens ad vtriuſque diſcrimen, quòd Martyr patiatur tormenta, Eccleſiæ filius in baptiſmi deliciis exultet, profert hæc verba cap. 74. *Ille manûs impoſitione pontificis accipit Spiritū ſanctum, hic habitaculum efficitur Spiritus ſancti: ille communicat Euchariſtia in commemoratione mortis Domini, hic ipſi Christo commoritur.* Simillimi ſunt, ait Auguſtinus, Martyr Chriſti qui fidei cauſâ collum ſecuri ſubmittit, & is qui baptiſmū recipiens conſepelitur Chriſto peccatis mortuus. Nulla liquet differentia inter lauacri mollitiem & martyrij carnificinam. Dices mihi, inquit ſanctus Doctor, quòd Martyr tormenta ſuſtinens effuſo ſanguine cadit pro Deo ſuo. Ad hoc regero, quod recenti baptiſmatis flumine lotus recipit in pectore ſuo ſpiritum ſanctum, & in ore cibum diuiniſſimum Euchariſtiæ: & poſſunt fauores iſti tormentorum ſupplere vices quæ patitur Martyr, cùm flamma gratiæ per ſpiritum ſanctum in homine diffuſa non minori iaculo feriat & ſentiatur. Nónne Spiritui ſancto (quamuis opera Trinitatis ad extrà ſint communia) appropriantur opera gratiæ, vt propterea cum Apoſtolus ad Hebr. vocet *Spiritum gratiæ?* numquid ipſe omnis ſanctitatis, amoris, munditiæ, fœcunditatis fons & origo perhibetur? Quando cor baptizati ingreditur, quanto charitatis ardore illud accendit! Patet ergo regenitum ſimilium dolore tormentorū intus torqueri in animo, & fortè maiori, quàm Martyrem qui externâ corporis dilaniatione torquetur. Impoſſibile eſt amor dominari in homine, ſine eo quod illum cui ineſt, non faciat Martyrem. Ait Tertullianus aduerſùs Gnoſt. cap. 6. Sic dilectio operit multitudinē peccatorum, quæ Deum ſcilicet diligens ex totis viribus ſuis,

AVGVST.

Ad Heb. 10.

Amor facit Martyrem.

TERTVLL.

E quibus

quibus in martyrio decer-
tat, ex totâ animâ ſuâ,
quam pro Deo ponit, ho-
minem martyrem excudit.
Non eſt amor blandimen-
tum, leniſque Princeps qui
ſenſus alliciat, ſed tyranni
habet inſtar qui pari affe-
ctu cruciet & mulceat. Et
quamuis poſſeſſio eius ſit
regale ſignum, quod om-
nes hominis actiones & fa-
cta authoritate ſuâ fulciat,
gratiam largiatur & virtu-
tem, & contractos culpa-
rum næuos eluat: nemó ta-
men tormentum inficiabi-
tur cordis intima transfi-
gens. Eſt amor, dicit do-
ctus Afer, qui formam ho-
mini præbet & imaginem
imprimit, vt viſâ eâ, ami-
citiæ pignus in cordibus
noſtris à Deo datum eſſe
cognoſcatur, non minùs
ſignat ille cuditque. Mar-
tyrum tormentum eſt a-
moriferum: & quamuis
iſte rationalis animæ affe-
ctus ſit iucundus, per quem
aliquid cũ deſiderio quęrit
& appetit ad fruendũ, per
quem & fruitur eo, & eum
quâdam ſuauitate interiori
amplectitur; quàm tamen
angitur, quàm ſæpè tor-
quetur homo, quàm ſolli-
citè intenſaq; curâ aduigi-
lat vt adeptum conſeruet?
quid hoc aliud niſi iugi ſol-
licitudine affici, quam pa-
rit amor vbi ſceptra cir-
cumfert? Neq; enim dubi- Martyrium non eſt ſine amore.
tamus amare illũ, qui mar-
tyrium ſuſtinet; quoniam
Maiorem charitatem nemo Ioan. c. 15.
habet, quàm vt animam v. 13.
ſuam pro Deo ponat; &
oderit eam, vt in vitam æ-
ternam cuſtodiat. Sed hoc
inſuper addimus, quòd
multa oporteat ſuſtinere
martyria amãtem: & quòd
amor hominem martyrem
excudit. O quomodo non
eſt amor ille qui conficit!
& quomodo martyrium
alicuius poteſt eſſe, vel cõ-
cipi, niſi amore fuerit de-
paſtus & dilectione, quæ
mortis ſeueritatem exce-
dit? Obuerſetur animo illa
mulier quondam pecca-
trix, quæ amore (vt Eccle-
ſia ait) ſaucia currit vt pe-
des beatos rigat, vt lauet
fletu

Digitized by Google

Comes amoris eſt dolor.

fletu, tergat comis, & ore lambat: adſtare non timet cruci, ſepulchro inhæret anxia. Quid hæc ſibi vult exaggeratio: niſi vt indicet amoris comitem indiuiſum eſſe ſollicitudinem ac dolorem? quia lampades amoris, lampades ignis atque flammarum. Atque in hunc ſenſum viſus mihi eſt Sponſus in Canticis alloqui Sponſam martyrij deſiderio flagrantem, quaſi diceret: Noli mœrere amica mea quòd martyrio non fruaris, pulchramque pro dilecto per multa vulnera mortem ſubeas: ſi martyrij coronam tantoperè affectas, habe in corde tuo ſignum glorioſi amoris. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Agnoſco, ait Sponſus, ô pulcherrima crebras animi tui anxietates, & quàm ardẽter deſideres mortem mei cauſâ oppetere, quo amoris impetu orbi terrarum oſtendas quàm eximiâ dilectum amoris teneritudine deperieris, vt etiam ſanguinem tuum guttatim pro me ſtillare non denegaris. Non iſta præciſè ſunt quæ dilectum iuuant: non rotis, non vngulis, non ferro, aut chalybe, non exquiſitis humanæ carnificinæ inſtrumentis delectatur: nec iſtam mortis corporeæ cataſtrophen ambio: alia ſunt quibus paſcor. Cùm *candidus ſim & rubicundus*, volo vt amore meo langueat, amore meo Sponſa deficiat: immitti in pectus eius amoris mei flammas, quæ viſcera cordis vehementiſſimè exurunt & magis penetrant quàm romphæa bis acuta. Et ſanè ſi mors fortis eſt adeò vt intimam animæ ac corporis vnionẽ diſſipet ac cõuellat, ac robuſtiſſimos & aliàs intrepidos terreat ac proſternat: habet amor vires non inferiores in eius animo quem ſemel poſſederit. Subtiliùs anima præ corpore ſentit & diuiſiones

Cant. 8.

Sponſus animæ præfert amorẽ martyrio.

Cant. c. 5. v. 10.

E 2 eius

Digitized by Google

eius omni morte amariores. Quid iuuat quod non moriare, ſi amas? *Quia fortis eſt vt mors, dilectio.*

Natura & vis amoris.

Prodigioſum eſt amoris imperium, tyrannus eſt qui molliter ſæuiat, rigor qui lentè conficiat, ignis qui liquefaciat, affectio quæ Martyres mirabiles excudat, mater quæ fœtus ſtupendos parturiat. Quiſquis amat, & patitur: verũ ita doloris ſui pocula amor temperat, vt vel tormentorum & ærumnarum ſæculum, vna tantùm amanti *hora* videatur. Amor inuictus eſt: nulli virtuti aut poteſtati cedet: nullo murali tormento expugnatur: ęrumnis gaudet, creſcit dãnis. Nihil in cælo, nihil in terra, nulla aduerſaria poteſtas quantumuis ſuperba inſultare Paulo potuit: in tribulationib⁹, in ærumnis, in periculis plurimis diu ac ſępè verſatus, nulli tamẽ horũ ſuccubuit, nulli herbam porrexit. Vnde in Domino glorianter exclamat: *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames &c. Sicut ſcriptũ eſt, quia propter te mortificamur totâ die æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* (Ad Rom. 8.) Quod apud regiũ Pſaltem inuenerat. Subſiſte Paule, diſcretè ait S. Ambroſius, plurimum differt quod tu probare intẽdis, & quod Pſaltes aſſeuerat. Non aſtruit Dauid nos ſemper debere eſſe amantes, verùm patientes; inconuenienter itaque verbis regiis amoris tui magnitudinem niteris propalare, ſed labores potiùs & anguſtias quibus aſſiduè circumdaris, dum ais: *Quis infirmatur, & ego non infirmor &c.* Supramodùm intelligens eſt Paulus, inquit citatus Præſul, & neruosè concludit. Nam teſtimonium Dauidis patiendum docet, ex quo amor acquiritur. Verè amamus ſi patimur: & quantum quiſque patitur, tantum amat. Simile examẽ, teſte eodem Patre, Angelicum Theodoſio magno Orientis Imperatore habuerunt quod Paulus ſecum fecit; ex eo tantùm

Ambros.

2. Cor. 11.

Quantum quiſque patitur, tantum amat.

Digitized by Google

tantùm moris imperatorij excellentiam probarunt, quòd multa patiendo ſub potēti manu Dei ſe curuaſſet: *Decedens à terrâ pia anima,* dicit Ambroſius in illius obitu, *quaſi interrogantibus iis qui ſibi occurrerent, cùm ſeſe ad ſublimia ſubrigeret, dicebat: Dilexi. Interrogabant Angeli, quid egiſti in terris? dicebat, Dilexi. hoc eſt dicere, legem impleui, Euangelium non prateriui. hoc eſt dicere, morti me obtuli, & totâ die reputatus ſum ſicut ouis occiſionis.* Pati & amare, indiſſolubili copulâ coniuncta ſunt. Qui ſe amoris mancipium fuiſſe fari audet, non grauetur aſſerere ſe fatigationis & tormentorum fuiſſe mancipium. Perfectus amor eſt qui felicitate patiendi exardet; qui triginta tres ſummi laboris annos pro horæ vnius momento reputat. Patriarcha Iacob pro Rachele, decorâ facie & venuſto aſpectu, die noctuq; æſtu vſtus & gelu, fugiente ſomno ab oculis ſuis, quatuordecim annis ſeruiit vt optatis nuptiis potiretur, & iuxtà Scripturam *videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Habe & aliud huius rei argumentum. Egreditur Paulus Ieruſalem adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini, nondum aduertit illuſtrato per fidem intellectu quot iniuriis religionem dedecoret, cùm perſequatur illos qui Chriſto adhærent, cuius lex eſt lux, non ſub modio ſed ſuper candelabrum ponenda, vt toti mundo luceat; quàm ille cæcus necdum videns, quos inueniebat huius viæ viros ac mulieres, vinctos perducebat in Ieruſalem. Contigit autem vt appropinquaret Damaſco, quando amorifer Chriſtus captatâ occaſione ad illuminandum Paulum deſcendit in perſonâ ſuâ præcipitem animam detinere, & iactantem ſæuitiam lupi rapacis proſternens, imperioſè loquitur: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Multa multi ad iſta verba

Ambros. — Gen. c. v. 20. — Actor. 9.

Digitized by Google

annotarũt: quòd illa geminatio index fuerit tùm alti ſomni in Paulo, tùm ingẽtis commiſerationis in Chriſto. Vt obſtinatum cor repetito ictu molliret. Neſcio tamen, an quis eâ ſubtilitate accepit, quâ Bleſenſis. Certum eſt Chriſtum extrà miſeriæ omnis aleam fuiſſe, iuxta illud: *Chriſtus iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur.* Quid igitur conqueritur, & quaſi expaueſcit gladium minaſque Pauli? an pro membris in terrâ poſitis caput clamabat in cœlo non abnuo; audiamus tamen Bleſenſem: *Pratendit Chriſtus in hiſce verbis amoris ſui eminentiam oſtendere, quàm dulcis, quàm melleus, quàm Pauli amantiſſimus, quàm intimus ei amicus, in manibus deſcriptus, in intima traiectus, in cordis centro reconditus.* Iam ſublimis & vehemens amor explicari non poterat, niſi eiuſmodi proferret, quæ paſſionibus nondum exemptum monſtrarent, cùm non amet, niſi qui patitur. *Nec in his verbis* (dicit præfatus Doctor Petrus Bleſenſis tract. de Conuerſ. Pauli) *ſe morti aut perſecutioni fatetur obnoxium, cùm ſit immortalis & impaſſibilis; ſed exprimitur affectio charitatis erga diſcipulos ſuos, quos cùm priùs dilexiſſet, in finem dilexit eos.* Vult amantem ſe præbere, ideoque locutus eſt quaſi pateretur. Non eſt paſſibilis, verùm amantis perſonam ſuſtinet: quam vt rectè exprimat, cùm pati non poſſit, patientem quâ poteſt imitatur. *Vidi*, ſcribit Euangeliſta dilectus, *ſimilem Filio hominis, & habebat in dexterâ ſuâ ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Singulare ænigma. Quid gladius iſte ſignificabit, ita ad vulnerandum exertus? SS. Petrus Damianus & Zeno Veronenſis volunt ſignificari Spiritum ſanctum, qui à Patre Filioque procedit. Quia ille, vt cum Auguſtino meo loquar lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 24. tanquàm ſanctitas ſubſtantialis

Marginal notes: PET. BLESENSIS. — *Rom. c. 6. v. 1.* — Amoris Chriſti eminentia in illis verbis, *Quid me perſequeris.* — *Ioan. c. 13. v. 1.* — *Apoc. c. 14. v. 14* — Singulare ænigma ex Apocalypſi S. Ioannis. — PET. DAMIANVS. — ZENO APVD ALE. AVGVST.

Digitized by Google

tialis & conſubſtantialis, ambotum vnitas, charitaſque Patris eſt & Filij.

Aura potens, amor ignipotens, ſpirabile Numen.
Amborum communis amor.

canit Poëta Chriſtianus. Ergo gladius ſit ab vtraque parte acutus, Spiritus ſanctus eſt vtpotè duarum perſonarum reciprocus amor, vel, vt Bernardus eum vocat ſerm. 8. in Cantic. *Oſculum Patris ad Filium.* Quando igitur egreditur ille anceps gladius, animumque ſauciat; totum hominem immutãs ardere facit, & flammarũ æſtu torqueri. Amor enim & veluti Spiritus eſt, quem affectus exſpirat; & cuſpis eſt, quæ transfodiat cor, patiq; cogat & languere. Gladius ille amor eſt qui martyriũ inferat, in quo viuit quiſquis dat amori operam; dominatorem velit nolit poſſidet cui ſeruiat. Nihil quidem eo dulcius, eo ardentius, eo delicatius poſſidetur, cùm decor eius omnem ſuperet pulchritudinem, eius dulcor omnem excedat ſuauitatem; verùmtamen qui illo exardent, ſæpè exhorrent, ſæpè in amplexu ipſo ſuſpirant.

BERN.

CAP. VII.

Hora Chriſti, natura humanæ reparatio.

QVIA *venit hora eius.* Sanctiſſima Domini noſtri paſſio, reparationis noſtræ eſt hora; quando miſericordiſſimus Saluator quos inuidiæ veneno dæmon infecerat, viuificare voluit, & in felicitatis reponere ſtatum. Quid putas eſt homo, ob quem tanta molitur Deus, vt proſtratum reſtituat? Mihi quidem Horologio ſimilis videtur cuius pondus eſt ratio, cuius rotæ intellectus ſunt & voluntas. Duæ rotæ non obediunt ponderi, vel celeri nimiùm motu raptæ, aut torpore deſidentes; tota horologij harmonia diſſona eſt ac diſſoluta. Adam fuit horologium, numeris omni-

Ioan. c. 16. v. 21.

Adam in ſuâ creatione fuit horologiũ, quod diſſolutum eſt per peccatum,

omnibus abſolutiſſimum: rectum enim illum ſibique concordem Omnipotens crearat. At verò dum omniſcientiam & diuinitatis quandam æqualitatem, appetendo, ad ſeipſum conuerſus intumuit, propriæ mentis atque arbitrij viribus ſuperbiens; rotæ voluntatis, concupiſcentiæ gyro impulſæ, rationis pondera turbarunt: vnde in ſuum ſeruitiū famula dominam traxit, & principatûs ei dignitatem extorſit. Hinc tam diſſonus horæ clangor paulò pòſt miſera-
Gen. 2. bili tractu perſonuit: *In quâcunque horâ comederis ex eo, morte morieris*, nempè in quâcunq; horâ vetito fructu veſceris, concors illa horologij rationalis fabrica & infinitæ artis ac ſapientiæ opus perfectiſſimum concidet, vt nec rotæ, nec pondera munus debitum exequantur: & quæ anteà mirâ inter ſe compoſitione aptiſſimè concinebant, diſcordi interruptione & antipathia modò duellent. Quid indè expectari poterat niſi fatalis horę ſonitus, & ille luctuoſus bombus, *Morte morieris*? Heu, quis referat cladem per illam turbati horologij diſſonantiam, partam? Spoliati gratuitis, vulnerati ſumus in naturalibus: vniuerſa natura ingemiſcit in deteriùs prolapſa, caro rationi obſtrepit rebellione pudendâ, voluntas Conditori ſuo ſubeſſe renuit: altitudinis affectatrix, tota vitium inferiorum phalanx aduerſùm ſuperiores ordines inſurgit, iugi impatiens. Ad hanc tam confuſam deordinationem & velut chaos quoddam tollendum, poſt multorum annorum lapſus tandem inſonuit horologium Domini noſtri IESV Chriſti tam conſono ictu ac conſtanti, vt nullo vnquam diſſolui, aut interturbari potuerit tentationis ſtrepitu. Inſonuit ille Salutiferam omnibus horam, in Cruce clangens (totâ obſtupeſcente Iudæâ) *Conſumma-*

Digitized by Google

Ioan c.19. v 30. *ſummatum eſt.* Diſſoluto Adami horologio, tota mundi Reſpublica turbata & incompoſita in ruinā propendebat: *Reparatum à Chriſto.* conueniebat autem reſtaurari veterem hominem per diuinum creaturæ omnis primogenitum; & laxatam horologij machinam per æterni artificis manum reparari. Vt totus terrarum orbis in ſe diuiſus ac confuſus in legitimam formam ac ſymmetriam componeretur: Et cui olim infelici augurio *Gen c.2. v.17.* inſonuerat, *in quacunq; hora comederis*; nunc ſalutifero ſonitu recrearetur, *conſummatum eſt.* O millies beata hora, quam Chriſtus ſonuit. Quâ quidquid fuit perditum, in integrum maiori fœnore reſtitutum eſt. Vide nunc an non digno apparatu Euangeliſta ſtimulet nos ad horam iſtam auidis auribus hauriendā, ac gratâ mente recolendam: *Hora eius.* O fauſtam horam, in quam confluxit bonorum omnium vniuerſitas! in qua exſpirauit verus Pelicanus Dominus IESVS, qui nos vulnerum ſuorum ſanguine lactat, carne cibat, in qua emiſit ſpiritum diuinus ille vniciuſque Phœnix, accenſus in amoris magni pyra, cui ſe conflagrandum iniecit, vt viuidi nos, iuueneſque & ſcelere puri, fœtus, per ipſum repubeſcamus.

CAP. VIII.

Tempus mortis, hora eius.

EVANGELISTA dilectus decretum electumque mortis Domini noſtri tempus horam vocat: *Hora Chriſti, tempus mortis eius.* *Sciens quia venit hora eius.* *Ioan c.13. v.1.* In huius ſenſus puritate comprehendendâ ne aberremus; relicto humanæ præſumptionis intuitu cui facilè lippitudo aut glaucoma inhęret, in iuſtitiæ ſolem humiles ac depuratos figentes oculos, illummet audiamus, qui paulò pôſt dicit ad Principes & Magiſtratus templi in necem ſuam conſpirantes: *Tanquàm ad* *Luca 22.* *latro-*

latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus, quotidie apud vos ſedebam in templo, & non me tenuiſtis. Verùm id minimè mirandum, quandoqui-dem iam ſit, *hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Idem eſt, ait Cyrillus Alexandri-nus, quaſi dicat Dominus ad impios: Quid tanto ar-morum apparatu, denſâ nocte, tam feroci militum manu in me concurritis? quid dico? ignominioſè me aggredimini, neque diem opperientes, ſed in ſpiſſâ caligine; cùm multo-ties occaſio affulſerit in ipſis Solymis, in ipſo meri-die, in ipſis Synagogis, in ipſo Salomonis templo me cõprehendendi: ſed quam-uis iſtud ardenter crebrò concupiiſtis, nondum ad fatale facinus poteſtas vo-bis conceſſa erat deſuper: iã permittitur vobis in me ſæuire, opportunitate diu vobis exoptatâ agere quod lubet. *Hac eſt poteſtas tene-brarum*, id eſt, malignorum ſpirituum, vt benè Caie-tanus, tum propter ſtatum

Luc. c. 22. v. 53.

CLEMENS ALEXANDRINVS.

CAIETANVS.

eorum in perpetuis tene-bris, tum propter tenebras quæ erant rationes agendi, quoniam ſi cognouiſſent, nunquàm Dominum glo-riæ crucifixiſſent: laxata iam eſt poteſtas à Deo le-murum infernalium qui-bus dominantibus præbetis manus. Hęc ſcilicet eſt *hora veſtra.* Hoc modo Euange-liſta tempus paſſionis Do-minicæ *horam eius* appella-uit, quia illic adimpleta ſunt deſideria eius, & po-tuit manifeſtare amorem, quo non amicos ſolùm, ſed ipſos etiam proſequebatur hoſtes, quos, ſicut Actor. 2. liquet, Petri voce compun-ctos clementiſſimus Do-minus parricidas ad pœni-tentiam vocauit, pœniten-tes in gratiam recepit, ha-buitque loco chariſſimo-rum filiorum, hoſtiles & ſaxeas mentes in beneuolas & amicas commutando, vt Chriſtũ Domini, quem anteà ſummè oderant, di-ligerent. Iungendo itaque verba Lucæ cum S. Ioannis optimè concordant, Chri-ſti

Actor. 2.

Chriſtus eiuſque hoſtes deſideriorũ ſuorum fine potiti ſunt, quamuis diuerſã intentione.

Digitized by Google

ſti hoſtiumque eius deſideria in morte Domini perfecto fine ſuo potita, tametſi diuerſâ intentione. Ipſi maligno odio quod non merebatur ſtimulati in eum ferebantur; ipſe amore eorum ardens pro iis paternam implorat opem, qui ſupplicia ſibi machinantur: ipſi non aliam habuêre cauſam occidēdi, quàm quia eum abominabantur cōtrarium videntes operibus ſuis, iuxtà quod

Matth.21. dixerunt in parabolâ. *Hic eſt hæres, venite occidamus eum*, ideò conſilium excogitauerunt perdendi eum: Chriſto nulla alia ſubfuit cauſa ad immolandum ſe, quàm amoris vehementia. Multùm hoc deſiderabat Deus mundo patefacere, quia antiquitùs inauditum fuit pro malignantium perfidiâ orare, & inſultantem ſibi diligere, cùm ſcriptum

Matth.5. illis fuerit: *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.*

THEODORETVS. Theodoretus cauſam inquirens tentationis Abrahæ, cur Deus ei mandaret filium, quem diligebat, in holocauſtum offerri ſuper vnum montium; dicit ideo id factum fuiſſe, vt in obſequio quod ei Patriarcha præſtabat, remanere cognoſceretur ſtabilis Dei amor & promiſſio, in ſemine ipſius benedicendas omnes gentes, & exemplum omnibus ſæculis memorabile ac ſibi imitandū quiſque proponeret: vt cùm Deus per ſe ſuoſve aliquid iuſſerit, licèt arduum, fidenter & generoſè capeſſamus iuſſa, certi Deum affore & implexa explicaturum. Abrahamo futuri ſimiles; quem hinc vrgente pręcepto, illinc filij reluctante affectu, variis diſcerpi cogitationibus permiſit Dominus, vt ignorantes doceret quàm iuſtâ de cauſa Patriarcham diligeret, qui cōtra ſpem in ſpem credens arbitrabatur, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſſet Deus. Plurimùm præſtat in amando Deus, vt amore ſuo amorem car-

Cauſa tentationis Abrahæ.

Digitized by Google

nis in Abrahamo reſecet; qui nocte conſurgens ad deſtinatum montem accelerat tridui labore, alligatoque filio gladium arripit, quem in ceruices vibret, nullo ſingultu gemitûſque intercurrente ſuſpitio. O quàm accommodat ſe & inclinat ad mores humanos Deus in iſto amoris genere, cùm neſciant amare homines, niſi per alterius amoris cotem amor illorum acuatur, ſine quo marcet. Aſt Amor diuinus omne in ſuum colorẽ trahit, vt mare flumina. Soli Deo proprium eſt cognoſcere creaturas ſuas intimo perſpectu, abſque eo quod præcipitetur extrà ſe, ſed vt eas in ſemetipſo aſpiciens perfectiſſimè cognoſcit, ita ad eaſdem amandas ſolus ipſe ſufficit, ſine vllo concurſu aut meriti retributione, quâ dignæ cenſeantur vt illas amet. Neque hoc ſolummodò verum eſt, quòd Deus omnia in ſemetipſo cognoſcat & amet, ſed illa in ſe operando, in noſtram quoque gloriam & amorem concurrit, vt non tam ſibi quàm nobis ſit dignationis ſuæ miſericordiſſimâ voluntate; quod de eo teſtatur Magnus Areopagita, quia ipſe ſui ipſius & ſibi ipſi prouocator ac motor eſt: quare meritò Theologi, affirmante Dionyſio cap. 4. de diuin. nominibus, non ſolùm amorem, ſed & amabilem Deum vocat, quia in ſemetipſo omnia reperit quæ mouere eum poſſint & prouocare ad amandum abſq; dependentiâ vllius creaturæ, quæ reciproco dilectionis ardore in Dominum tendat. Atque idipſum maximè Deus manifeſtauit, monſtrando ſe ſuos etiam inimicos diligere, atque omni benignitatis genere proſequi.

Deus ſe accommodat moribus humanis.

Dionys.

Verùm videntur his contradicere verba Euangeliſtæ, quibus amoris amplitudinem, quam Chriſtus explicauit toto ſuæ peregrinationis itinere, refundere videtur in paucos

quos

quos ſibi conſcripſerat amicos, vel habiturus poſtmodùm erat, quos dederat ei Pater, credentes in Filium vt mediatorem, vt Saluatorem, vt adiutorem. *Cùm dilexiſſet* (inquit) *ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et procul dubio in illud animaduertiſſe videtur S. Cyrillus Alexandrinus, cùm dicat eum hîc per *ſuos* non intelligere iuſtos, ſed homines; ad differentiam ſcilicet Angelorum, qui non ſortiti ſunt partem in iſto amore quo redemit nos Filius Dei, quia ipſi redemptionis non indigebant beneficio, ſic Cyrillus cap. 2. lib. 6. ſuper Ioannem. Quibus verbis limitare videtur ac conſtringere diuini amoris progreſſum: ſed mox reſiliens finit in effuſos campos latiſſimè diuagari; declarans prophetiam Caiphæ, IESVM adiudicantis morti, *ne tota gens pereat.* Veriſſimum erat quòd IESVS moriturus erat pro gente, Spiritu ſancto impij

Ioan. c. 13. v. 1.

CYRILLVS ALEXANDRINVS.

Angelis non fuit opus beneficio redemptionis.

Prophetia Caiphæ.

Ioan. c. 11. v. 50.

Pontificis verba ita moderante, vt veram prophetiam mente neſciente, imò errante proferat. Pro gente ſuâ mori debebat Saluator, & non tantùm pro gente. Subdit, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Quam etiam ob cauſam Dei inſtinctu aſſumpta fuerant per Caipham verba generalia, vt ſenſus ad Iudæos non coarctaretur, ſed vniuerſus orbis comprehendi poſſet, per quem in variis populis & erroribus diſperſi erant filij Dei, non ex iuſtificatione ſed prędeſtinatione tales: in vnum corpus ſeu Rempublicam, quę eſt Eccleſia, velut vnum ouile, benignitate paſtoris & amore congregandi. Eundem titulum *ſuorum* tribuit Euangeliſta cap. 1. iis qui Saluatorem non receperunt: *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Sui non receperunt eum, ait Ioannes, vt intelligatur, quòd non amauerit ſolùm prædeſtinatos, in quibus ſibi

Ioan. 1.

Amor Chriſti etiam ſe extendit ad non prædeſtinatos.

ſibi ab æterno complacue-rat, & quos elegerat, vt fructum facerent, & fructus eorum maneret; verùm illos quoque, quos nunquàm fructificaturos præuidit, nec mandata eius (in quibus dilectio conſiſtit) executuros; tenebras diligentes & gloriam hominũ magis quàm gloriam Dei. Quod cùm ex eorum vitiatâ voluntate, non Dei notitiâ aut pręſcientiâ eius proficiſcatur; tam amplus tamen eſt Chriſti amor, vt eas, quamuis nunquàm amicitiæ ſtabili lege Domino ſint copulandi, deſideret tamen amicos ſuos fieri, pro illis ſanguinem ſuum effundat, pro illis moriatur; adeoque horam tribulationis, horam paſſionis, horam mortis, *horam ſuam*, appellat.

Eandem ob cauſam *tempus ſuum* appellat per Euangeliſtam κατ' ἐξοχὴν: vt diſtinguatur à tempore hominũ, qui amare nequeunt niſi alterius amoris confricatione incaleſcant, iuxtà Origenem vbi de ficulneâ agit, cui maledixit Saluator eſuriens: *Non naſcatur ex te fructus in ſempiternum.* Vnde tam ſubita maledictio; cùm, teſte S. Marco, *nondum erat tempus ficorum*? Amor, quo ferimur in alios nos amantes, tempore ſuo non in florem ſed fructus etiam prorumpit. Nihil ſic cor hominis concoquit, maturumque reddit ac verus & genuinus amor: amare autem illum qui in nos odio liueſcit; fructum eſt dare percoctum in hyemis rigore, ideoque chariſſimæ raritatis, cuſtodiæ ſingularis, æſtimationis inclytæ Deo eſt; & carbones congerimus per hoc ſuper caput eius. Sed in Chriſto, perfectionis omnis authore virtutum omnium fœcundiſſimâ arbore, non eſt ita: ſed fructum dat in tempore ſuo, fœcunditate indefeſsâ, & omnia quæcunque agit proſperantur ei. Audiamus Paulum in c. 5. ad

Origen.

Matth. 21.

Marc. 11.

Ad Rom. 5. ad Rom. *Secundùm tempus pro nobis mortuus eſt.* Tempore ſcilicet opportuniſſimo. Ex quo Patris æterni determinatio omnia ſapientiſſimè ordinantis innoteſcit, quod eiuſmodi tempus maximè neceſſarium ſeligat, quod ſignauit S. Paulus in verbis præmiſſis, *Cùm adhuc infirmi eſſemus.* quod magis enucleans, vt omnia tranſcendentem Chriſti charitatem oſtendat, qui pro iniuſtis & malefactoribus mori voluit; ſubiungit: *Cùm adhuc peccatores eſſemus.* Scilicet, vt Hieronymus explicat ad Algaſiam epiſt. 151. q. 2. & 7. quando mundus erat magis deperditus, omnia plena eſſent infidelitate, & maximè egerent redemptione & medico. Omnis homo negligens ęmulari exemplar, ad cuius imaginem factus erat, comparatus eſt iumentis. Nam cùm ratione à Deo donatus fuiſſet, imperatumque ei vt rationis ſceptro vſus brutis omnibus dominaretur, abiectis proprij regni inſignibus, ſeſe inter pecora cõſtituens, per omnia vitiorum genera volutabatur: an non illa erat ſumma infirmitas? ita quidem. Caligo ad ſummum progreſſa, vlteriùs proferri non poterat: ſic improba peccati nox aucta atque extremam nequitiæ magnitudinem aſſecuta, omnia obſcurabat: an non erat illud peccatorum barathrum & abyſſus? Infirmi medico, peccatorum nox Sole indigebat iuſtitiæ. Opportunè igitur Chriſtus aduenit.

Opportuno tempore Chriſtus mortuus eſt.

Rom. 5. v. 6.

Verſ. 8.

HIERON.

Expendit Hieronymus emphaſim verbi Græci κτ̀ καιρὸν; quod *ſecundùm tempus*, effert vulgata noſtra, illic verò idem eſt quod *ſummè opportunè*, expleto iam præſcripto à Patre tempore: cùm vltima eſſet mundi ætas iuxtà Sedulium, grauiſſimæ & periculoſiſſimæ infirmitatis: & tempore legis, non gratiæ; vt vult Chryſoſtomus; vt infirmos ex morte pec-

HIERON.

SEDVLIVS.

CHRYSOS.

peccati, ad opera ſalutis impotentes, pleniſſimè ſanaret. Cùm caro eſſemus & ſanguis, corruptâ & infirmâ corporis animique natura, reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinem Dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur diuiniſſimum malagma, & in curatione deſperatæ infirmitatis, ſalutis vniuerſalis Medicus aſſiſteret. Hic eſt germanior ſenſus, phraſi Græcæ congruens mentique Paulinæ. Verùm quia Apoſtolus iterùm repetit verbum illud, *ſecundùm tempus*, & loco *infirmi* quod primò poſuit, ſecundò poſuit *peccatores*; indicat ſtatum mundi, ſtatum fuiſſe infirmi & inimici, peccatores ſiquidem inimici ſunt Dei. Igitur ſi ſumus infirmi; quà tales Medico egemus: ſi inimici ſumus, vt reuerà ſumus, neſcio quid dicam. Quomodo enim Medici opem meremur qui in eum conſurgimus à primæuà integritate degenerantes, proiecti in ventrem cælo bellum indicimus, & congeſtos ſcelerum mõtes ſtruimus aduerſùs Deum pugnaturi? Hîc flere libet & piis indulgere lachrymis, Dei infinitam clementiam ruminando, commendantis charitatem ſuam in nobis, quoniam *cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* O qualis noſter Deus eſt? Non abſterretur vulnerum noſtrorum fœtore, inclinat ſe ad nos miſericordiſſimus Samaritanus, ſubleuat, erigit, oſculatur, tempus deſperatæ infirmitatis noſtræ ſuum reputat, vt amorem pluſquàm paternum ergà nos oſtendat. Si poteſt mater obliuiſci infantuli ſui, quem ſummo dolore peperit, tenerrimo amore faſciauit; ille tamen noſtri non obliuiſcetur, non proiiciet, non deſinet miſereri, ſtantem ſolidans, lapſum erigens, infirmũ conſolans. Quantus amor! Attende iuſte, vide peccator, ſi eſt amor vllus ſicut amor illius: non

Rom. 5. v. 8. Effectus diuini amoris ergà homines.

Digitized by Google

non ſinit nos, cùm iuſtè poſſet, in peccatis ſordeſcere, puſillanimes hortatur, & his qui Pharaoni in luto & latere famulantur perſuadet exire de Ægypto, cum infirmis infirmatur, cum afflictis gemit, linum fumigans non extinguit, ad conſolandum nos omni tempore pius Magiſter accedit, & occidi ſe permittit vt nos viuificet.

Dei clementia in peccatores.

Clementiſſime Pater ac Domine, quoties doctrinæ tuæ regulas tranſgredimur, quoties edicta tua contemnimus, & cùm dicis reuertere, non reuertimur; cùm minaris, non timemus; cùm bonus ſis & lenis, exaſperamur; vltrà ſeptuagies ſepties in cęlum & coram te peccamus, & nondum deſeris; neque per offenſas noſtras iudicantis ira diſcurrit: non obſtruis fontes miſericordiæ, obuias fugientibus & cogis regredi deſperatos, & vnctione medicinali corruptionis fermentũ expurgas. O veriſſime Deus, in te ſolùm inuenitur Domine exceſſus amoris, & ita iure merito vocatur hoc *tempus tuum, hora tua*, in quâ amoris immenſitatem demonſtras. Apud te fons vitæ eſt; & miſerationum quæ à ſæculo ſunt infinita profunditas.

Sciens quia venit hora eius. Ioan. 13. v. 1. Eſtne poſſibile, ſuauiſſime IESV, illud eſſe tempus tuum, non meum? me offenſus amas, ego te obligatus non amo? Tu vitam profundis, vt ego habeam, & abundantiùs habeam; & ego vitam traduco in vitiis, Dei dicta & legum ſcita contemno, per diuerſas errorum vias diſcurro, proprio abutens arbitrio, voluntate non neceſſitate ducor, indulgentiæ tuæ gratiam ſperno, per peccata euagando, neque contemptum tuum vlciſceris, indignatio & ira tua in me non deſęuit? Heu mihi, in illâ ficulneâ ſignaſti mihi quid debeam timere, quòd non emendem me, quòd dignos pœniten-

omnibus abſolutiſſimum: rectum enim illum ſibique concordem Omnipotens crearat. At verò dum omniſcientiam & diuinitatis quandam æqualitatem, appetendo, ad ſeipſum conuerſus intumuit, propriæ mentis atque arbitrij viribus ſuperbiens; rotæ voluntatis, concupiſcentiæ gyro impulſæ, rationis pondera turbarunt: vnde in ſuum ſeruitiũ famula dominam traxit, & principatûs ei dignitatem extorſit. Hinc tam diſſonus horæ clangor paulò pòſt miſerabili tractu perſonuit: *In quâcunque horâ comederis ex eo, morte morieris.* nempè in quâcunq; horâ vetito fructu veſceris, concors illa horologij rationalis fabrica & infinitæ artis ac ſapientiæ opus perfectiſſimum concidet, vt nec rotæ, nec pondera munus debitum exequantur: & quæ anteà mirâ inter ſe compoſitione aptiſſimè concinebant, diſcordi interruptione & antipathia modò

Geneſ. 2.

duellent. Quid indè expectari poterat niſi fatalis horę ſonitus, & ille luctuoſus bombus, *Morte morieris*? Heu, quis referat cladem per illam turbati horologij diſſonantiam, partam? Spoliati gratuitis, vulnerati ſumus in naturalibus: vniuerſa natura ingemiſcit in deteriùs prolapſa, caro rationi obſtrepit rebellione pudendâ, voluntas Conditori ſuo ſubeſſe renuit: altitudinis affectatrix, tota vitium inferiorum phalanx aduerſùm ſuperiores ordines inſurgit, iugi impatiens. Ad hanc tam confuſam deordinationem & velut chaos quoddam tollendum, poſt multorum annorum lapſus tandem inſonuit horologium Domini noſtri Iesv Chriſti tam conſono ictu ac conſtanti, vt nullo vnquam diſſolui, aut interturbari potuerit tẽtationis ſtrepitu. Inſonuit ille Salutiferam omnibus horam, in Cruce clangens (totâ obſtupeſcente Iudæâ) *Conſumma-*

Ioan c.19. v 30. *ſummatum eſt.* Diſſoluto Adami horologio, tota mundi Reſpublica turbata & incompoſita in ruinā propendebat: conueniebat autem reſtaurari veterem hominem per diuinum creaturæ omnis primogenitum; & laxatam horologij machinam per æterni artificis manum reparari. Vt totus terrarum orbis in ſe diuiſus ac confuſus in legitimam formam ac ſymmetriam componeretur: Et cui olim infelici augurio inſonuerat, *in quacunq; hora comederis*; nunc ſalutifero ſonitu recrearetur, *conſummatum eſt.* O millies beata hora, quam Chriſtus ſonuit. Quâ quidquid fuit perditum, in integrum maiori fœnore reſtitutum eſt. Vide nunc an non digno apparatu Euangeliſta ſtimulet nos ad horam iſtam auidis auribus hauriendā, ac gratâ mente recolendam: *Hora eius.* O fauſtam horam, in quam confluxit bonorum omnium vniuerſitas! in quâ exſpirauit verus Pelicanus Dominus IESVS, qui nos vulnerum ſuorum ſanguine lactat, carne cibat, in qua emiſit ſpiritum diuinus ille vniuſque Phœnix, accenſus in amoris magni pyra, cui ſe conflagrandum iniecit, vt viuidi nos, iuueneſque & ſcelere puri, fœtus, per ipſum repubeſcamus.

Reparatum à Chriſto.

Gen c.2. v.17.

CAP. VIII.

Tempus mortis, hora eius.

EVANGELISTA dilectus decretum electumque mortis Domini noſtri tempus horam vocat: *Sciens quia venit hora eius.* In huius ſenſus puritate comprehendendâ ne aberremus; relicto humanæ præſumptionis intuitu cui facilè lippitudo aut glaucoma inhæret, in iuſtitiæ ſolem humiles ac depuratos figentes oculos, illummet audiamus, qui paulò pòſt dicit ad Principes & Magiſtratus templi in necem ſuam conſpirantes: *Tanquàm ad latro-*

Hora Chriſti, tempus mortis eius.

Ioan c.13. v.1.

Luca 22.

latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus, quotidie apud vos ſedebam in templo, & non me tenuiſtis. Verùm id minimè mirandum, quandoquidem iam ſit, *hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* Idem eſt, ait Cyrillus Alexandrinus, quaſi dicat Dominus ad impios: Quid tanto armorum apparatu, denſâ nocte, tam feroci militum manu in me concurritis? quid dico? ignominioſè me aggredimini, neque diem opperientes, ſed in ſpiſſâ caligine; cùm multoties occaſio affulſerit in ipſis Solymis, in ipſo meridie, in ipſis Synagogis, in ipſo Salomonis templo me cōprehendendi: ſed quamuis iſtud ardenter crebrò concupiiſtis; nondum ad fatale facinus poteſtas vobis conceſſa erat deſuper: iā permittitur vobis in me ſæuire, opportunitate diu vobis exoptatâ agere quod lubet. *Hæc eſt poteſtas tenebrarum*, id eſt, malignorum ſpirituum, vt benè Caietanus, tum propter ſtatum eorum in perpetuis tenebris, tum propter tenebras quæ erant rationes agendi, quoniam ſi cognouiſſent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent: laxata iam eſt poteſtas à Deo lemurum infernalium quibus dominantibus præbetis manus. Hęc ſcilicet eſt *hora veſtra.* Hoc modo Euangeliſta tempus paſſionis Dominicæ *horam eius* appellauit, quia illic adimpleta ſunt deſideria eius, & potuit manifeſtare amorem, quo non amicos ſolùm, ſed ipſos etiam proſequebatur hoſtes, quos, ſicut Actor. 2. liquet, Petri voce compunctos clementiſſimus Dominus parricidas ad pœnitentiam vocauit, pœnitentes in gratiam recepit, habuitque loco chariſſimorum filiorum, hoſtiles & ſaxeas mentes in beneuolas & amicas commutando, vt Chriſtū Dominí, quem anteà ſummè oderant, diligerent. Iungendo itaque verba Lucæ cum S. Ioannis optimè concordant, Chriſti

Luc. c. 22. v. 53.

Clemens Alexandrinus.

Caietanus.

Actor. 2.

Chriſtus eiuſque hoſtes deſideriorū ſuorum fine potiti ſunt, quamuis diuerſâ intentione.

ſti hoſtiumque eius deſideria in morte Domini perfecto fine ſuo potita, tametſi diuerſâ intentione. Ipſi maligno odio quod non merebatur ſtimulati in eum ferebantur; ipſe amore eorum ardens pro iis paternam implorat opem, qui ſupplicia ſibi machinantur: ipſi non aliam habuêre cauſam occidẽdi, quàm quia eum abominabantur cõtrarium videntes operibus ſuis, iuxtà quod dixerunt in parabolâ. *Hic eſt hæres, venite occidamus eum*, ideò conſilium excogitauerunt perdendi eum: Chriſto nulla alia ſubfuit cauſa ad immolandum ſe, quàm amoris vehementia. Multùm hoc deſiderabat Deus mundo patefacere, quia antiquitùs inauditum fuit pro malignantium perfidiâ orare, & inſultantem ſibi diligere, cùm ſcriptum illis fuerit: *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.*

Matth. 21.

Matth. 5.

THEODORETVS.

Theodoretus cauſam inquirens tentationis Abrahæ, cur Deus ei mandaret filium, quem diligebat, in holocauſtum offerri ſuper vnum montium; dicit ideo id factum fuiſſe, vt in obſequio quod ei Patriarcha præſtabat, remanere cognoſceretur ſtabilis Dei amor & promiſſio, in ſemine ipſius benedicendas omnes gentes, & exemplum omnibus ſæculis memorabile ac ſibi imitandũ quiſque proponeret: vt cùm Deus per ſe ſuoſve aliquid iuſſerit, licèt arduum, fidenter & generoſè capeſſamus iuſſa, certi Deum affore & implexa explicaturum. Abrahamo futuri ſimiles; quem hinc vrgente pręcepto, illinc filij reluctante affectu, variis diſcerpi cogitationibus permiſit Dominus, vt ignorantes doceret quàm iuſtâ de cauſa Patriarcham diligeret, qui cõtra ſpem in ſpem credens arbitrabatur, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſſet Deus. Plurimùm præſtat in amando Deus, vt amore ſuo amorem car-

Cauſa tentationis Abrahæ.

F 2 nis

Digitized by Google

nis in Abrahamo reſecet, qui nocte conſurgens ad deſtinatum montem accelerat tridui labore, alligatoque filio gladium arripit, quem in ceruices vibret, nullo ſingultu gemitúſque intercurrente ſuſpirio. O quàm accommodat ſe & inclinat ad mores humanos Deus in iſto amoris genere, cùm neſciant amare homines, niſi per alterius amoris cotem amor illorum acuatur, ſine quo marcet. Aſt Amor diuinus omne in ſuum colorẽ trahit, vt mare flumina. Soli Deo proprium eſt cognoſcere creaturas ſuas intimo perſpectu, abſque eo quod præcipitetur extrà ſe, ſed vt eas in ſemetipſo aſpiciens perfectiſſimè cognoſcit, ita ad eaſdem amandas ſolus ipſe ſufficit, ſine vllo concurſu aut meriti retributione, quâ dignæ cenſeantur vt illas amet. Neque hoc ſolummodò verum eſt, quòd Deus omnia in ſemetipſo cognoſcat & amet, ſed illa in ſe operando, in noſtram quoque gloriam & amorem concurrit, vt non tam ſibi quàm nobis ſit dignationis ſuæ miſericordiſſimâ voluntate; quod de eo teſtatur Magnus Areopagita, quia ipſe ſui ipſius & ſibi ipſi prouocator ac motor eſt: quare meritò Theologi, affirmante Dionyſio cap. 4. de diuin. nominibus, non ſolùm amorem, ſed & amabilem Deum vocat, quia in ſemetipſo omnia reperit quæ mouere eum poſſint & prouocare ad amandum abſq; dependentiâ vllius creaturæ, quæ reciproco dilectionis ardore in Dominum tendat. Atque idipſum maximè Deus manifeſtauit, monſtrando ſe ſuos etiam inimicos diligere, atque omni benignitatis genere proſequi.

Deus ſe accommodat moribus humanis.

Dionys.

Verùm videntur his contradicere verba Euangeliſtæ, quibus amoris amplitudinem, quam Chriſtus explicauit toto ſuæ peregrinationis itinere, refundere videtur in paucos

quos

Digitized by Google

quos ſibi conſcripſerat amicos, vel habiturus poſtmodùm erat, quos dederat ei Pater, credentes in Filium vt mediatorem, vt Saluatorem, vt adiutorem. *Cùm dilexiſſet* (inquit) *ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Et procul dubio in illud animaduertiſſe videtur S. Cyrillus Alexandrinus, cùm dicat eum hîc per *ſuos* non intelligere iuſtos, ſed homines; ad differentiam ſcilicet Angelorum, qui non ſortiti ſunt partem in iſto amore quo redemit nos Filius Dei, quia ipſi redemptionis non indigebant beneficio, ſic Cyrillus cap. 2. lib. 6. ſuper Ioannem. Quibus verbis limitare videtur ac conſtringere diuini amoris progreſſum: ſed mox reſiliens ſinit in effuſos campos latiſſimè diuagari; declarans prophetiam Caiphæ, IESVM adiudicantis morti, *ne tota gens pereat.* Veriſſimum erat quòd IESVS moriturus erat pro gente, Spiritu ſancto impij Pontificis verba ita moderante, vt veram prophetiam mente neſciente, imò errante proferat. Pro gente ſuâ mori debebat Saluator, & non tantùm pro gente. Subdit, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Quam etiam ob cauſam Dei inſtinctu aſſumpta fuerant per Caipham verba generalia, vt ſenſus ad Iudæos non coarctaretur, ſed vniuerſus orbis comprehendi poſſet, per quem in variis populis & erroribus diſperſi erant filij Dei, non ex iuſtificatione ſed prędeſtinatione tales: in vnum corpus ſeu Rempublicam, quę eſt Eccleſia, velut vnum ouile, benignitate paſtoris & amore congregandi. Eundem titulum *ſuorum* tribuit Euangeliſta cap. 1. iis qui Saluatorem non receperunt: *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Sui non receperunt eum, ait Ioannes, vt intelligatur, quòd non amauerit ſolùm prædeſtinatos, in quibus ſibi

Ioan. c. 13. v. 1.

CYRILLVS ALEXANDRINVS.

Angelis non fuit opus beneficio redemptionis.

Prophetia Caiphæ.

Ioan. c. 11. v. 50.

Ioan. 1.

Amor Chriſti etiam ſe extendit ad non prædeſtinatos.

Digitized by Google

ſibi ab æterno complacuerat, & quos elegerat, vt fructum facerent, & fructus eorum maneret; verùm illos quoque, quos nunquàm fructificaturos præuidit, nec mandata eius (in quibus dilectio conſiſtit) executuros; tenebras diligentes & gloriam hominũ magis quàm gloriam Dei. Quod cùm ex eorum vitiatâ voluntate, non Dei notitiâ aut pręſcientiâ eius proficiſcatur; tam amplus tamen eſt Chriſti amor, vt eas, quamuis nunquàm amicitiæ ſtabili lege Domino ſint copulandi, deſideret tamen amicos ſuos fieri, pro illis ſanguinem ſuum effundat, pro illis moriatur; adeoque horam tribulationis, horam paſſionis, horam mortis, *horam ſuam*, appellat.

Eandem ob cauſam *tempus ſuum* appellat per Euangeliſtam κατ᾽ ἐξοχήν: vt diſtinguatur à tempore hominũ, qui amare nequeunt niſi alterius amoris confricatione incaleſcant, iuxtà Origenem vbi de ficulneâ agit, cui maledixit Saluator eſuriens: *Non naſcatur ex te fructus in ſempiternum.* Vnde tam ſubita maledictio; cùm, teſte S. Marco, *nondum erat tempus ficorum?* Amor, quo ferimur in alios nos amantes, tempore ſuo non in florem ſed fructus etiam prorumpit. Nihil ſic cor hominis concoquit, maturumque reddit ac verus & genuinus amor: amare autem illum qui in nos odio liueſcit; fructum eſt dare percoctum in hyemis rigore, ideoque chariſſimæ raritatis, cuſtodiæ ſingularis, æſtimationis inclytæ Deo eſt; & carbones congerimus per hoc ſuper caput eius. Sed in Chriſto, perfectionis omnis authore virtutum omnium fœcundiſſimâ arbore, non eſt ita: ſed fructum dat in tempore ſuo, fœcunditate indefeſſâ, & omnia quæcunque agit proſperantur ei. Audiamus Paulum in c. 5. ad

ORIGEN.
Matth. 21.
Marc. 11.

Ad Rom. 5. ad Rom. *Secundùm tempus pro nobis mortuus eſt.* Tempore ſcilicet opportuniſſimo. Ex quo Patris æterni determinatio omnia ſapientiſſimè ordinantis innoteſcit, quod eiuſmodi tempus maximè neceſſarium ſeligat, quod ſignauit S. Paulus in verbis præmiſſis, *Cùm adhuc infirmi eſſemus.* quod magis enucleans, vt omnia tranſcendentem Chriſti charitatem oſtendat, qui pro iniuſtis & malefactoribus mori voluit; ſubiungit: *Cùm adhuc peccatores eſſemus.* Scilicet, vt Hieronymus explicat ad Algaſiam epiſt. 151. q. 2. & 7. quando mundus erat magis deperditus, omnia plena eſſent infidelitate, & maximè egerent redemptione & medico. Omnis homo negligens æmulari exemplar, ad cuius imaginem factus erat, comparatus eſt iumentis. Nam cùm ratione à Deo donatus fuiſſet, imperatumque ei vt rationis ſceptro vſus brutis omnibus dominaretur, abiectis proprij regni inſignibus, ſeſe inter pecora cõſtituens, per omnia vitiorum genera volutabatur: an non illa erat ſumma infirmitas? ita quidem. Caligo ad ſummum progreſſa, vlteriùs proferri non poterat: ſic improba peccati nox aucta atque extremam nequitiæ magnitudinem aſſecuta, omnia obſcurabat: an non erat illud peccatorum barathrum & abyſſus? Infirmi medico, peccatorum nox Sole indigebat iuſtitiæ. Opportunè igitur Chriſtus aduenit.

Opportuno tempore Chriſtus mortuus eſt.

Rom. 5. v. 6.

Verſ. 8.

HIERON.

Expendit Hieronymus emphaſim verbi Græci κατὰ καιρὸν; quod *ſecundùm tempus*, effert vulgata noſtra; illic verò idem eſt quod *ſummè opportunè*, expleto iam præſcripto à Patre tempore: cùm vltima eſſet mundi ætas iuxtà Sedulium, grauiſſimæ & periculoſiſſimæ infirmitatis: & tempore legis, non gratiæ; vt vult Chryſoſtomus; vt infirmos ex morte pec-

HIERON.

SEDVLIVS.

CHRYSOS.

peccati, ad opera ſalutis impotentes, pleniſſimè ſanaret. Cùm caro eſſemus & ſanguis, corruptâ & infirmâ corporis animique natura, reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinem Dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur diuiniſſimum malagma, & in curatione deſperatæ infirmitatis, ſalutis vniuerſalis Medicus aſſiſteret. Hic eſt germanior ſenſus, phraſi Græcæ congruens mentique Paulinæ. Verùm quia Apoſtolus iterùm repetit verbum illud, *ſecundùm tempus*, & loco *infirmi* quod primò poſuit, ſecundò poſuit *peccatores*; indicat ſtatum mundi, ſtatum fuiſſe infirmi & inimici, peccatores ſiquidem inimici ſunt Dei. Igitur ſi ſumus infirmi; quà tales Medico egemus: ſi inimici ſumus, vt reuerà ſumus, neſcio quid dicam. Quomodo enim Medici opem meremur qui in eum conſurgimus à primæuâ integritate degenerantes, proiecti in ventrem cælo bellum indicimus, & congeſtos ſcelerum mõtes ſtruimus aduerſùs Deum pugnaturi? Hîc flere libet & piis indulgere lachrymis, Dei infinitam clementiam ruminando, commendantis charitatem ſuam in nobis, quoniam *cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. O qualis noſter Deus eſt? Non abſterretur vulnerum noſtrorum fœtore, inclinat ſe ad nos miſericordiſſimus Samaritanus, ſubleuat, erigit, oſculatur, tempus deſperatæ infirmitatis noſtræ ſuum reputat, vt amorem pluſquàm paternum ergà nos oſtendat. Si poteſt mater obliuiſci infantuli ſui, quem ſummo dolore peperit, tenerrimo amore faſciauit; ille tamen noſtri non obliuiſcetur, non proiiciet, non deſinet miſereri, ſtantem ſolidans, lapſum erigens, infirmũ conſolans. Quantus amor! Attende iuſte, vide peccator, ſi eſt amor vllus ſicut amor illius: non

Rom. 5. v. 8.

Effectus diuini amoris ergà homines.

Digitized by Google

non ſinit nos, cùm iuſtè poſſet, in peccatis ſordeſcere, puſillanimes hortatur, & his qui Pharaoni in luto & latere famulantur perſuadet exire de Ægypto, cum infirmis infirmatur, cum afflictis gemit, linum fumigans non extinguit, ad conſolandum nos omni tempore pius Magiſter accedit, & occidi ſe permittit vt nos viuificet.

Dei clemẽtia in peccatores.

Clementiſſime Pater ac Domine, quoties doctrinæ tuæ regulas tranſgredimur, quoties edicta tua contemnimus, & cùm dicis reuertere, non reuertimur; cùm minaris, non timemus; cùm bonus ſis & lenis, exaſperamur; vltrà ſeptuagies ſepties in cęlum & coram te peccamus, & nondum deſeris; neque per offenſas noſtras iudicantis ira diſcurrit: non obſtruis fontes miſericordiæ, obuias fugientibus & cogis regredi deſperatos, & vnctione medicinali corruptionis fermentũ expurgas, O veriſſime Deus, in te ſolùm inuenitur Domine exceſſus amoris, & ita iure merito vocatur hoc *tempus tuum, hora tua*, in quâ amoris immenſitatem demonſtras. Apud te fons vitæ eſt, & miſerationum quæ à ſæculo ſunt infinita profunditas.

Sciens quia venit hora eius. Ioan. 13. v. 1.

Eſtne poſſibile, ſuauiſſime IESV, illud eſſe tempus tuum, non meum? me offenſus amas, ego te obligatus non amo? Tu vitam profundis, vt ego habeam, & abundantiùs habeam; & ego vitam traduco in vitiis, Dei dicta & legum ſcita contemno, per diuerſas errorum vias diſcurro, proprio abutens arbitrio, voluntate non neceſſitate ducor, indulgentiæ tuæ gratiam ſperno, per peccata euagando, neque contemptum tuum vlciſceris, indignatio & ira tua in me non deſęuit? Heu mihi, in illâ ficulneâ ſignaſti mihi quid debeam timere, quòd non emendem me, quòd dignos pœniten-

Digitized by Google

tiæ fructus non feram, quibus Dominus meus paſcitur: diuinis operibus non inſiſto, non fructifico. Heu quàm timeo ne gratiæ ſequatur ſterilitas, & in æternum gehennalis flamma ſuccedat, niſi tu pœnitentiam dones, & veris lachrymis peccata defleam! Si meruerit tuam maledictionem & arefacta eſt arbor cùm tempus fructuum non eſſet; quid mereretur ſi fuiſſet tempus? hoc eſt, ſi meretur eſſe damnatus qui non amat hominem qui ſe odit (inimicos enim diligere iuſſiſti) quid meretur ille qui non amat Deum, qui ſe tam anxiè amat? Et non deeſt vnus Iudas ad participationem menſę admiſſus, qui illo amoris tempore de proditione cogitat, cui neque ſufficit Saluatori ſceleris ſui molimina conſtare, ſed Apoſtolatûs honorem deteſtabili cupiditate non deſinit fœdare. Benedictus ſit amor tuus Domine IESV, quem nihil detinet, quem nullæ moræ retardant, pro ſalute humani generis procurandâ.

Quàm periculoſum non facere fructus pœnitentiæ, & amare Deū.

CAP. IX.

Duplici amore iactatus Dominus, vtrumque conſociat mirabili modo; effectus vnius elucet in ſanctiſſimâ Euchariſtiâ.

VT *tranſeat ex hoc mundo.* Infatigatus amor Chriſti ſemper prouidus & optans meliora dilectis, nunquam otio marcet, aut feriari nouit. Ecce amator hominum Chriſtus, maximè diſcipulorum ſuorum, quos ex omni carne de mundo electos ſub tutelâ ſuâ ſeruatos, ſanctificatos, in finem dilexerat; corpore non Deitate migraturus, à corporis oculis ſeruilem ablaturus viſibilemque formam, & illaturus ſuper omnia cælorum excelſa, quomodo coarctatur? Filiolos vberibus ſuis lactatos difficulter deſerit, quorum corda de diſceſſu Domini

Ioan. c. 13. v. 1.

Tranſiturus ex hoc mūdo Chriſtus ægrè ſuos deſerit.

Digitized by Google

Domini & malorum ſuperuenturâ acerbitate triſtitia implebat. Quam ex ſuo mœrore metiens, quibus valet modis lenire conatur, viciſſitudinem gaudij pollicitus. Cura erat Domino IESV de cordibus Apoſtolorum remouere triſtitiam, quæ illis per ſuam abſentiam impendebat, refouet vt poteſt animos, & inuitus pænè diſcedit, cognoſcebat ſuos, qui in dilectione eius permoti, in Magiſtrũ ſingulari trahebantur affectu, intuentes humanitatẽ amœnam, quâ delectati, omnia in Dominum refundebant, in ſinu illius tutè conquieſcentes, & probatam ſimul erga eos dilectionem habens, nulla intercapedine flaccidam, hærens in medio, ancipiti luctâ diſtrahitur. Diſceſſus ad Patrem vrget, dulciſſimorum pignorum amor retrahit. Quamuis expediat vt vadat Paraclerũ miſſurus, qui cumulatiùs omnis conſolationis gratiâ eos perfundat; auelli tamen difficile eſt. Diuerſo agitatur motu, & duplex in Dominum aries torquetur. Subtracto humanitatis aſpectu regredi ad Patrem neceſſe: diuelli ab hominibus plus nimis eſt graue. Dolor eorum ex ſua abſentia, ploratus, & futura anguſtia, tormentorum genera quibus ſunt exponendi, ſubiacentes tortoribus & tyrannis quaſi derelicti, non habentes Magiſtrum conſolatorem, ad quem recurrentes ſolatium habebant in miſeriis, remanere Chriſtum ſuadebant. Quid ergo remedij, cùm non compatiantur ſe mutuo abitus & manſio? Exurge diuine intellectus & ſapientia Domino remedium ſuggeſtura vt vtrumque copulet, cùm amor tuus ſit ſapiens, & ſapientia tua ſit amoris pleniſſima? *Sciens* IESVS. O eat in omnia ſæcula & fulgeat perenne admirationis exemplar, ſapientiam diuini amoris potuiſſe non ſolùm difficultates omnes

ſibi ob ſtantes deiicere, ſed effecta reddere quæ videbantur impoſſibilia. D. Petrus Chryſólogus ſer. 147. conditionem veri amoris deſcribens: *Non accipit* (inquit) *de impoſſibilitate ſolatium, non recipit de difficultate remedium; & niſi ad deſiderata peruaſerit, necat amantem.* Ptolemenſes, clauſis portis, comprehenſo Ionathâ, poſtquàm mille qui cum eo erant viros gladio interfecerant, perſecuti ſunt cæteros, vt omnes ſocios perderent: at videntes hi qui inſecuti fuerant, quia pro animâ res eſt illis, reuerſi ſunt, permittentes illos abire: *acceperunt de difficultate remedium.* Animoſus amor, qui nullis cedere nouit impedimentis, ſi exequatur omne quod poteſt, & non aſſequatur quod intendit; medetur ſuo dolori, ac ſibi ipſi grauis & leuis, ambidextrè omnia verſat, quaſi dicat: Quid vltrà faciam, aut quid plura moliar, cùm per me non ſteterit, quò minùs impetus noſter excurrerit, vt plura non reperiat in quæ feratur? Sic Dauid legitur ſecum ratiocinatus in morte paruuli, quem vbi mortuum cognouit, ſurrexit de terrâ, & lotus vnctuſque inquit: *Numquid potero reuocare eum amplius*: Atque ita *accipit de impoſſibilitate ſolatium.* Non appelles eum amorem, ait Chryſologus: quia ſi verè amor eſſet, nec ſumeret de impoſſibilitate ſolatium, nec de difficultate remedium: nec remaneret amanti aliud leuamen, niſi mori, aut quod deſiderat obtinere: quòd ſi arduum ſit & difficultatis plenum, ab ipſâ difficultate, robur colligit, & periculo contempto fortior, vt gladiator in arenam proruit. Si impoſſibile ſit quod inſequitur, nō aliter quàm ſi culpâ ſuâ elapſum ſit, mortem prouocat: *Niſi ad deſiderata peruenerit, necat amantem.*

Non loquitur quidem Chryſologus de amore Chriſti

[Margin notes: Chrysol. Conditiones veri amoris. — 2. Reg. 12. — Chriſti in nos amor.]

Chriſti in terris, ſed non potuit proferri res magis ad eum explicandum idonea. Nam in duo planè diſiuncta facit hodie Chriſtum ſuus amor abripi. Primum eſt, profundere omnem affectûs ſui magnitudinem: quod facere non poterat niſi abſorpta mors in victoriam duceretur, quæ (vt ipſemet teſtatus fuerat) extremus eſt amoris progreſſus. Hîc ſiſtit, hîc metas inuenit, nec habet vltrà quò volet. *Maiorem hâc dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis*, Ioan. 15. Chriſtus autem cùm maximum omnium ac præſtantiſſimum amoris pignus homini exhibere cuperet, idque non niſi ſanguinis & vitæ profuſione venale eſſet; accepit conditionem, & ad mortem pro noſtra ſalute ſubeundam ſe accinxit, quidquid in ea horridum ac formidabile eſt reduplicatis animi viribus contemnens ſuperanſque. *Nec accepit de difficultate remedium. Sed cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*: contra gentium atroces aſperoſq; Iudæorum inſequentium fremitus aduerſo infractæ mentis pondere reſiſtens, donec diuulſo corpore, laniatis artubus, quidquid fuit ſanguinis in delicatiſſimis membris omne pro nobis expendit: *perfecta charitas foras mittit timorem*.

Ioan. 15.

Ioan. c. 13. v. 1.

Applicantur ei conditiones veri amoris.

1. Ioan. 4.

Euictâ priori difficultate, oritur altera, ex alio Chriſti deſiderio quod cum priori pugnans & incompatibile adimplere tamen flagrantiſſimè optabat: nempe, non ſeparare ſe à ſuis quos arctè diligit. Sed quomodo poteſt, ſi mori decreuit? quomodo vult, ſi nouit veniſſe horam & illam horam quâ de hoc mundo tranſeat? ſi tranſeat, ſi cladibus ſæculi eripiatur, ſi malis exuatur mundi, alteram animæ partem, ſuos qui ſunt in mundo inter ruinas orbis, & terrenæ habitationis incommoda relinquere cogitur.

Digitized by Google

gitur. Vnum ex duobus eligat : cedat tormentis noxiiſque artibus quas in perniciem ſuam ſcit armari, dolores & pœnas deuitet, mortẽ repellat, non ſeiungat ſe à dilectis, ſuo gremio foueat, beneuolentiæ vlnis excipiat, charitatis plenitudine amplectatur: ſi hoc renuit (quandoquidem impoſſibile eſt vt ſimul maneat & dilectionis ſuæ magnitudinem moriendo oſtendat) tranſeat de hoc mundo, ſeparet ſe à ſuis, ſufficiat ei pignus amoris maximum mundo exhibuiſſe, ponendo vitam pro ouibus ſuis. Satis laudis & gloriæ ex ſupplantatâ carne & confracto eius ſtimulo, ſecum in cælum auferet. Verùm hic amor licet omni ex parte admirabilis, Chriſto tamen non ſufficit, vt qui vltimam perfectionem non videatur habere. *Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatiũ:* Si Morte ſit fortior, nec imperio eius vt cæteri abſoluto ſubiaceat, ſed vires eius inhibere poteſt Omnipotens; cur non poterit & mortis ſubactæ conditionem vincere, impediendo ſeparationem à ſuis quam indiuulsè ſecum trahit. Poterit ſanè: atque viam inuênit tandem ingenioſus Chriſti amor vt ſimul & abire poſſet à ſuis, & manere cum ſuis; mori & non ſeparari: atque illico inſtituit Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum memoriam omnium mirabilium ſuorum, *miſericors & miſerator Dominus*, in quo de ſuâ contriſtatis abſentiâ ſolatiũ præſentiſſimũ reliquit. *O admirabile pignus, cui ineffabiliter diuina ſe infundit præſentia* (ſunt verba Cypriani) *vſque ad participationem ſpiritûs, quando affectus conſociat, confæderat voluntates, & ſuperiùs lumen in inferiora diffuſum ;claritatis ſuæ plenitudine à fine vſque ad finem attingens, totum apud ſe manens, totum ſe omnibus commodat*, addo vſque in conſummationem ſæculi. En vt plus efficit Chriſti amor, quàm

Pſal 110. *v.* 4.

CYPRIANVS.

Digitized by Google

quàm ille quem deſcripſit Chryſologus ; qui *Si non conſequitur quod intendit, necat amantem.* Nam Chriſti Domini noſtri tam immenſus occidit eum, ſed ſimul conſequitur quod intendit. Intendebat autem & mori pro ſuis, & non ſeparari à ſuis: quod vt conſequi poſſet, *ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid ſimus, tanquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc eſt.* Ita Chryſoſtomus homil. 61. Atque omne hoc amoris opus digniſſimè poterat Euangeliſta vocare finem amoris: *In finem dilexit eos.*

CHRYSOL. CHRYSOS.

CAP. X.

Sapientia Dei, hominibus imperuia.

Ioan. c. 13. v. 1.

Vt *tranſeat ex hoc mundo.* Quis potuiſſet aſſequi eius horam & tranſitum Dominicum perrimari, niſi ipſiuſmet infinita ſapientia rerum omniumque actionum terminus atque menſura? Proprium eſt ſapientiæ Dei, fundum eius ab humanâ mente non poſſe penetrari. Si intelligi poſſet ſapientia non eſſet: ſi intimè peruadi; ne quidem Dei: cùm vtriuſque diuitiarum altitudo ſit imperueſtigabilis. Vide, voluit Chriſtus per ſapientiæ celſitudinem explicare diuinitatis altiſſimam maieſtatem, quando dixit ſibi ſoli patere horam tranſitûs ex hoc mundo ad Patrem, quam Iudæi duri & incircumciſi corde, in tenebris palpitātes ignorabāt. Quæ horæ ſuæ manifeſtatio, erat Deitatis oſtenſio: cùm diuina ſapientia intelligi ab hominibus nequeat, niſi cœcitatis velamen cordibus eorū detrahatur, quod Chriſti gratiâ contingit. Si enim tanta ſit amplitudine ſapientia, quâ ipſe Deus; quomodo inquiri, quomodo hauriri ab aliis poterit, niſi eo reuelante cognoſcatur? Non intelligi, non comprehendi, maximę ſignum

Digitized by Google

ſignum eſt ſapientiæ nullius ingenij aut artis ſit oportet res ea quæ intuitu primo innoteſcat. Quibus arctiſſima difficultas innectitur circa quæ intendere ſe animi vires debent, mirum quantum iudicia doctorum appetant, quantum inquirere anhelent, penetrare ardeant! quæ difficilia pulchra norunt, & quò ſecretiora, eò meliora. *Omnia corporalia* (dicit Pater meus Auguſtinus) *latentes in naturâ cauſas habent ſed formas ſuas varias, quibus mundi huius viſibilis ſtructura formoſa eſt, ſentiendas ſenſibus præbent, vt pro eo quod noſſe non poſſunt, quaſi innoteſcere velle videantur.* Non eſt creatura, vult Auguſtinus, quæ ſimul non ſit ad ornatum mundi, ſuæque pulchritudini oſtentandæ curam gerere videatur: quò groſſior, quò denſiorem materiæ concretionem aggenitam habet, magis cernitur intendere vt cognoſcatur per ſpecies, quas ex ſe mittit obuias in oculos

AVGVST.

ſenſuſque noſtros ad intellectum dirigendas, cuius acumen omnia penetrat. Quò denique magis à notitiâ & cognitione creaturæ diſtant, auidiùs in ignorantium ingenia illabi gaudent, vt perſpectâ naturâ notiſſimæ probentur vtilitatis: quamuis ob hoc etiam contemptui facilè habeantur, quòd vniuerſa eius capacitas leuiter imbibatur; quò magis in conſpectum memoriamque incurrit, eâdem facilitate quâ cognoſcitur, obliuioni quoque mandatur: *vt pro eo quod noſſe non poſſunt, quaſi innoteſcere velle videantur.* Et vt creaturis inanimis relictis, ad rationales gradiamur, videre hominem peccatis immerſum, Dei hoſtem, putà atheum & verè ſtultum, qui quantis in miſeriis oberret, quibus cæcutiat in tenebris, quàm deplorando in ſtatu viuat non videt, nec capit ſe, ſui ipſiuſmet ignarus. Audite vt diſcurrat de ſimilibus Dauid: *Dixit inſipiens in* Pſalm. 13.

corde

Iob 22. *corde ſuo, Non eſt Deus. Nubes latibulum eius*, dicunt apud Iob, *nec noſtra conſiderat, & circà cæli cardines perambulat*. Poteſt eſſe tanta inſania? Quæro nunc, tam infamem inſipientiam ſcrinio cordis occludere, neq; euulgare, cur taxat Pſaltes? Audacẽ vocaret cõformiùs eum & iniquè prudẽtem, cùm corã omnibus linguam in tantam blaſphemiã reſoluere noluit, quam errore peruerſo cor approbabat. Non eſt niſi *inſipiens*, ait Dauid: primùm quod peruerſè ſic ſentiat; deinde inſipientia eius ex eo propalatur, quod occulere nequeat ſecretũ animæ ſuæ, ſed patenter aduertamus quid, recluſis cancellis in malè iudicantis animi condatur adyto. Primum argumentum eſt hominis parum intelligentis & aſtuti, quòd ſeipſum prodat, ac malè diſſimulantis cordis ipſa perſpiciantur cogitata. Contrà, ſolertis cuiuſdam eſt iudicij, nec extremæ ſapientiæ, mentis arcana condere poſſe, neque paſſim percipi ab omnibus. At multò tamen ſublimior eſt æterna Sapientia, quæ *in altiſſimis habitat*, abſcõdita ab oculis omnium viuentium: Deus intelligit viam eius, non homo: locum intelligentiæ ſuæ poſſeſſor nouit, non participator: ille finem eius intuetur, qui excelſior cælo ſuper ſtellarum vertices ſpatiatur. Quapropter iuſtè admirabundus exclamat Doctor Gentium: *O altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!* At hîc Paulo quis obiiciat: quòd iudicia Dei intrà humani ingenij limites non ſtringantur, non ideò eſſe quod ſit tam alta diuinarum naturarum excellentia, ſed creati intellectûs infirmitati aſcribendum: quæ cùm in humanis minimiſque crebrò cæcutiat, non mirum in altioris ordinis rebus caligare, aut trepidam deficere, cùm ſenuerit virium humanarum virtus,

Iudicia Dei incomprehenſibilia.

Ad Rom. 11.

H nec

nec iſto vigore & robore valeat quo in vegeta iuuentute mundique auſpicio pollebat. Quomodo igitur probat Apoſtolus magnitudinem Dei ſapientiæ, ex eo quòd nemo attingat vias eius, & ſemitam inueſtiget? quia verum eſt, inquit Ambroſius; quòd inueſtigabilis ſapientiſſimus eſt, & *excelſus & immenſus* Deus in diuitijs ſapientiæ & ſcientiæ, ac conſilium & *iudicium eius incomprehenſibile*. Omne ſubtiliſſimorum ingeniorum acumen conflatum in vnum tranſcendit operatio incomprehenſibilis Dei, nemo ſtabit in ſecretorum abyſſo eius firmo veſtigio; omnia Deus percipit, omnia ambit, omnia aſſequitur, omnia comprehendit, à nemine comprehenſus, nullis finibus premitur, nec coërcentibus clauſtris intrà certa metatum ſpatia frenatur. Certum eſt, ait Tertullianus; rem neque magnam, neque diuinam eſſe quæ oculis obuia eſt: illa quæ manus palpant, illa quæ ſenſus capiunt, non habentur alta: quod diuinum eſt, occultatur intrà ſe tatâ profunditate, quantâ magnitudine: *Cæterùm, quod videri communiter, quod comprehendi, quod æſtimari poteſt, minus eſt & oculis quibus occupatur, & manibus quibus contaminatur, & ſenſibus quibus inuenitur; quod verò immenſum eſt, ſoli ſibi notum eſt: ita Deum vis magnitudinis & notum hominibus obiecit, & ignotum*. Nulla res adeò nota quàm Deus: quem & Ethnici cognoſcentes, non tamen vt Deum glorificauerunt, viſâ mundi ordinatiſſimâ mobilitate, omniumque rerum pulcherrimâ ſpecie. Plato, Ariſtoteles, & tota Sapientûm ſchola, qui diuini aliquid præ vulgo ſapuêre, nonniſi à Deo inuiſibiliter magno ac pulchro factum conſenſu vnico proclamauerunt. Si tam notus Deus; quid igitur ille, & qualis? An cælum fortaſſis, quod omnia tegit, fouet, illuſtrat? minimè:

AMBROS.

TERTVLL. Deus maximè omniũ notus, & ignotus.

Digitized by Google

Pſalm. 18. minimè; quia *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamẽtum.* An mare in ſpumas albeſcens, fluctibus tumidum, vaſtum, indomitum? neque illud: quia *terminum ei poſuit quem non tranſgrediatur,* imperat ei Dominus, & motum ex illius imperio impreſsũ ſuſcipit ac ſequitur. Eſtnè terra germinans, virentibus obducta herbis, floribus renidens, curuantibus inumbrata ramis, parturientibus ſegetũ culmis abundans? neutiquàm. Quid eſt igitur? aut quomodo tam inueſtigabilis eſt, quem & barbarum vulgus in multis naturaliter confitetur, cùm mens & anima ſui Auctoris & Principis admonita in cælum erecto vultu attolluntur? inuocat eum afflictus, conſolatione deſtitutus implorat: eum demonſtrant vulgò ab omnibus vſurpatæ voces: *O Deus miſerere! Deo commendo: Quod vult Deus, fiat.* Omnes illum cognoſcunt, quem ignorare non poſſunt: ſed maximam ſuæ maieſtatis partem occultet neceſſe eſt, qui nec oculo corporeo videri poteſt, quia omni lumine fortior; nec comprehendi, quia tactu purior; nec æſtimari, quia ſenſu maior; mens non attingit incomprehẽſibilem, nec intellectus inueſtigabilem, nec ſenſus inuiſibilem, nec lingua enuntiat ineffabilem, nec Scriptura inexplicabilem: ipsâ definitione creſcit. Atque ita, cùm omnia eum neſciant, metuendo tamen ſciunt: eius nomini famulantur omnia, teſtimonium de ipſo perhibent omnia. Quòd ſi per creaturas omnes euagari libuerit, inuenies eum neque eſſe rorem, quem antelucana lachrymantur & obſcura crepuſcula; neque ſolem, in quem nobiles aquilæ intendunt irretortã aciem; neque ignem, quem omnia conſumere conſpicimus; nec aërem, quem aues pennis findunt; nec roſam, quæ manus of-

fendit, & coquente pruinâ paullatim marcet; nec lucem, cui tenebræ ſuccedunt, cui homo in Scripturis imperat, vt immota luceat donec perfectâ ſtrage vindictam ſumpſerit. His omnibus oportet maiorem eſſe Deum, qui cælos palmo ponderans, molem terræ digitis appendit: in quo omnia vt agente primo conſiſtunt & confirmantur. Inter alia diſputans Zeno Veronenſis, in quo ſita ſit Dei ſimilitudo expreſſa in homine; primùm certò ſtatuit, hominem Dei imaginē referre. Deindè ſubiicit, ac miratur quî fieri poſſit, calamum tam affirmare audacter, reſplēdere in homine ſimilitudinem Cōditoris, quem omnipotētem, quem immenſum, quem æternum nemo vidit vnquam? quia illud docet Domina Fides (reſpondet Orthodoxus) & quia eſt occulta: quare probum eſt argumentum, homo in ſe cùm aliquid habeat, quod poſſit abſcondi à ſenſibus in ſemetipſo; eximiis dotibus eminet, & diuinum quiddam ſpirat. Incomprehenſibilis enim Dei imago, inuiſibilis ſit neceſſe eſt, neque oculis ſubiecta mortalibus. Per rationis principatum, per mentem, per intellectum homo maximè refert Deū, illique præ aliis creaturis ſimillimus, ſanctiſſimę Trinitatis imago, & eius infinitæ artis teſtimonium. Attributum hoc ſolius eſt Dei, à nullo quàm à ſeipſo capi: quod homini quoque ſuo modo conceſſit. Quiſquis Deum quærit, terrenorum caligine abſterſâ, ſubducat ſe à ſenſibus, tunc ſpeculetur oculo terrenis contactibus libero iſtum qui immenſus in ſenſibus noſtris habitat, nullo tamen ſenſu percipitur. Illi tanta eſt ſubtilitas (dicit Seneca) & claritas, quantam *acies humana cōſequi non poteſt: in ſanctiori receſſu maieſtas tanta delituit.* Intende ad voces, *in ſanctiori receſſu*; cui conſonat illud Tertulliani:

S. Zeno.

Quomodo in homine noſcatur eſſe Dei imago?

Seneca.

Tertull.

Ratio

Ratio diuina in medulla eſt, non in ſuperficie, plerumque æmulâ manifeſtis.

Humanæ infirmitatis indicium eſt, ſe occultare non poſſe.

Iam verò ſicuti diuinitatis nota eſt non capi, non intelligi, ſenſa ſua occulere myſteriorum nube, in ſanctiori ſeceſſu habitare: ita imbecillitatis humanæ argumentum eſt, ſe occultare non poſſe. Alloquitur Dominum Moyſes in monte, in quem deſcenderat Dominus per nubem, & ait ſacer textus quòd ex Conſortio ſermonis Domini multiplicatus ſit ſplendor gloriæ vultûs ſui, ſole radiantiſſimo ſuæ lucis radios famulo afflante; cumque *deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua.* Quamuis alienè hic locus adductus à nobis videatur, progredi nequit, quin pauca animaduertat in collatione Moyſis, & illius quod conflarant Iſraëlitæ idoli, qui vitulum ex inauribus opere fuſorio formantes, aureis cornibus eum coronarunt, velut iam Moyſes vultu ſuprà humanum auguſto & fulgido flammas igneſque vibrat. Ne permittas Domine famulum tuum reſplendẽti facie radiantem deſcendere, quia multitudo in luxũ & idololatriam profuſa, viſo Moyſe eminenti micantem fulgore, transferet gloriam Dei iterùm in creaturam, & duplicato ſcelere maculabit ſe ſacrilega natio.

Exod. 34.

Tertull.

Nihil refert, ait Tertullianus, quidquid operatur Deus, correctioni ſubiectum non eſt: Moyſes non deſinet eſſe Moyſes, etſi tanto radiorum iubare luceat. Cùm ignoret Moyſes afflatam ſibi à Deo gloriam, & occulere neſciat emanantem vultûs ſui gloriam; homo noſcitur eſſe, nõ Deus. Mutatur & poſteà facies incontemplabili claritate, ſed Moyſes erat proindè, quia videbatur. Prô, Deum! quàm benè noſcitur Moyſen non eſſe Deum, cùm neſciat ſpirantem vultûs lucem condere!

Digitized by Google

dere! Eſt Deus in monte, totuſque mons nubium denſitate tegit Deũ, nemo videt eum, nec appropinquare audet monti nè pereat: Moyſes ſplendore perfuſus deſcendit. Homo eſt Moyſes: ſi foret Deus, ſinus latebraſque haberet, queis faciei fulgur occuleret: exilis agnoſcitur potentiæ, qui tegere nequit quod habet. Paruo honori, ne dicam vitio, vertitur glorianti, in nobilitatis, gloriæ, virtutis, ſapientiæque decore, & quidquid (cuius pars minima ſæpe eſt, quod in penetralibus animi latet) affectato ſtudio iactat in publicum. Rarò fortis ſtrenuuſque miles cenſetur ille, qui inani multiloquio vires ſuas metitur. Odioſa eſt iactatio in proprias laudes. Arrogans in laude, iactans virtutis, præſumptor gloriæ, prædicator ſui, apud alios putidus efficitur. Vera virtus in propatulo non ſe venditat. Nemo ſapiens illã externo ſplendore metitur. Hoc eſt, ait Clemens Alexandrinus, admirari velut res diuinas ſpuria lucis fragmenta, quam Creator pretioſis lapillis indidit. Quid tantum merentur iſta, quæ ſplendorem vmbraticum vibrant, tremulíſque radiolis lucis non imitabile lumen aucupantur? *Gemmas fuſcas aut virides, & quæ ab externi maris æſtu expelluntur, & quæ ex terræ ramentis deteguntur, admirari & ſtupere eſt puerile: in pellucidos enim lapillos, proprioſq; ac peculiares colores, atq; vitra varia magno ferri ſtudio, nihil aliud eſt quàm ſtultorum hominum, qui trahuntur ab his, quibus ineſt pulſans viſio.* Quod diuinitatis ſignum habere poteſt lapis, ſit licèt pretioſiſſimus? quantò maioris pretij, tantò vicinior oſtentationi, & minùs nouit occultare ſplendorem, omnia in manifeſtatione prodigit. Solus ille magnus, ille verus, ille amandus, qui non viſus, vix vlli cognitus, totam hanc mundi machinam mouet, regit, gubernat. Hæc

CLEMENS ALEXANDRINVS.

Digitized by Google

Hæc eſt ſapientia illa ineffabilis: quæ agenda in tempore, antè tempora conſtituit: quæ redemptionis noſtræ tempus & horam Chriſti in hæc vſq; tempora produxit; ratione occultâ, iuſtiſſimâ tamẽ ac ſapientiſſimâ: quam nos homunculi fruſtrà ingenioli noſtri viribus aſſequi tentabimus.

CAP. XI.

Ioan.c.13. v.1. Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.

Chriſti dilectio in finem, qualis & quanta fuerit, latè variis modis deducitur.

Divini amoris vbertate paullisper guſtatâ, vnde omnis viuifica vis & gratiarum flumina ſcaturiunt, prouoluimur ad extremam Chriſti charitatis immenſitatem, cuius deliberatione confringitur animus, qui exequendæ laudis cupiditate quidem ſuccenditur, à loquendo tamẽ dilectionis magnitudine inhibetur; habenis liberis in apertum ſermonis eloquium vim tantæ laudis nemo expromat. Hîc omnium Doctorũ hebeſcunt ingenia, & ſapientium muteſcunt diſerta eloquia, quando humanus intellectus eò dilabitur, vbi oceanus nouiſſima abyſſi reſerat, & latitudinis aperit portas vt prorumpat validus amor, qui nunquàm laſſatus ex factis, nec reciprocantium concuſſus vndarum colliſionẽ, aut fluctibus volutus, ſed conſeruatus ſollicitè magis ſe extulit, donec omni vehementiâ in diſcipulorum animos ruit, vt beneficia largiri ordinata perficiat: non nouit iam tarda molimina, nec patitur quicquã retinere in theſauris occultis, quod poſſit in participium deuenire cum electis. Processu incomprehenſibili egit æternum & increatum Verbum: *Cùm dilexiſſet, in finem dilexit eos.* Ioan.c.13. v.1. Non decet ſilere, & periculoſum eſt parum dicere: hoc

Digitized by Google

hoc ſubuenit æſtuanti, quòd videbitur ei facilè ignoſci, qui non timuit audere. Erit ſpero, aliqua in loquendo facultas, quæ ipſius operis robore munita largè fundat, quod à dicendo impar ingenium ſubmouet: tot rebus impliciti ad comprobandos æternæ dilectionis extremos pulcherrimoſq; effectus omni ſtudio ac labore nitamur, licèt magnitudo ponderata & rei amplitudo premat. Quid enim nobis ampliùs potuiſſet largiſſimâ pietáte largiri, quàm tantum amoris feruoré oſtendere, & coronare omnes dulciſſimorum affectuum exhibitas actiones tam eminenti & glorioſo fine? *Miſericordia Domini plena eſt terra*, canit Pſalmiſta. Dicamus nos, charitate Dei, benignitate Dei, pietate Dei, largitate Dei plenus eſt finis eius, cùm ex hoc mundo properat abire. Quam dilectionis immenſam gratiam *ſecundùm altitudinem cæli à terra*, corroborauit ſuper dilectos ſuos. Ipſe cælum eſt, nos terra ſumus: ipſe Deus verus, nos homines: ipſe iuſtus, nos peccatores; idcircò ſuam ſeruans bonitatem æternã & indeficientem, quantum ipſe ſuperexaltatur à terra noſtræ iniquitatis, in tantũ miſeretur nobis ſuæ gratiâ pietatis. Fõs dilectionis, *pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.* O quàm gratanter ad noſtram memoriã deberent reuocari tanta amoris infiniti beneficia! Quid ei dedimus, cùm non eſſemus? gratis ergò dedit eſſentię bonum, contulit vitam, contulit ſenſum, contulit rationem, contulit fidem, & ſingulari dono poſſe benè operari. Qui hæc legit intelligat, & anima Deo gratias agat quod ad ſimilitudinem eius creata, per quod excedit in dignitate, nobilitate, virtute cælum, ſolem, lunam, ſtellas, elementa, & omnia quæ facta ſunt propter nos, capaces ſumus æternitatis, appetentes bonitatis, participes

Pſalm. 32. Diuinæ benignitatis erga homines liberalitas inexhauſta.

Pſal 102. v. 11.

2. *Cor.* 1. v. 3.

Digitized by Google

ticipes Deitatis, vocati per adoptionem filij Dei. In his nullum noſtrum præceſſit meritum, vt daretur huiuſmodi beneficium; dedit hæc omnia, erogauit maiora, imò dedit & maxima, vt quid det vltrà & meliùs non habeat, cùm per nimiam charitatem quâ dilexit nos ab æterno, ipſum habeamus in cibum & potum, quem qui manducat
Ioan. c. 6. v. 52. & bibit, *viuet in æternum.* Habemus morientem in pretium, quia nos vnde poſſemus ſoluere carebamus: reſurgentem aſcendentemq; in cælos in præmium; qui tota eſt merces & retributio meritorum. Præuenit curando, præuenit amando, præuenit beneficia ineffabilia conferendo, præuenit redimendo. Hæc ſunt inuitantia ad amorem, cõſtringentia vt gratiarum reddamus poſſibilem actionem. Omnia namque quæ nobis à Deo data noſcuntur, nos ad Deum quaſi quibuſdam funibus trahunt; ſicut per Oſeam Prophetam dicitur: *In funiculis Adam trahebam eos, & in vinculis charitatis.* Oſee. 11. v. 4. Cùm Verbum increatum, per quod omnia facta ſunt, factum eſt pro nobis caro, vt ei eſſemus in humanitate fratres & æternæ beatitudinis cohæredes: mortalis factus eſt, vt nos eſſe poſſemus immortales: humanę ſortis exilium pertulit per quem reguntur humana, vt nobis videretur præſtitiſſe quod paſſus eſt: incluſa Deitas in vtero virginali, non circumſcripta quia alibi tota, nec in compoſitione ſed in vnione, non in depreſſione ſed in aſſumptione, non quod natura naturam aſſumpſit, neque perſona perſonam ſed perſona naturam. Sic nos Dominus IESVS dilexit: ipſe poſuit animam pro nobis. Quos amicos appellauit, fuerunt diſcipuli: & nos ſumus, ſi viâ ſimili gradiamur, ſi fecerimus ea, quæ præcepit nobis. Quod autem præcepit, leuiſſimum eſt, cùm de di-

Ioan.c.13. lectione eſt: *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Altè prouehit nos Chriſti mandatum, vt ſi ab eo in finem diligi velimus, in eius amicitia cõſteneſcamus, quã nulla maior, nulla honeſtior, nulla potior, nulla delectabilior, nulla vtilior, nulla iucundior.

Ioan.c.13. v.1. *In finem dilexit eos.* De ſanctificata pro nobis per Spiritum ſanctum Virgine natus, hæreditariam à nobis naturæ corruptionem exterminauit. Venit in mundum quem fecit, qui eum non cognouit. An non iſta dilectio? Nulla ſuperbia, quoniã *humiliauit ſe, factus obediens vſq; ad mortem.* Nulla inuidia, qui venit pro omnibus dare animam ſuam. Nulla huic ira, ſeu impatientia, qui *cùm malediceretur non maledicebat*, cùm pateretur nõ comminabatur. Totus humilis, totus mitis corde, & lenis. Nulla ei acedia, qui fuit in *laboribus à iuuentute ſua*, & fatigatus ex itinere ſedebat ſuper Samaritanum fontem. Nulla ei auaritia, qui *pro nobis factus eſt egenus & pauper.* Vnde in eo gula, qui ieiunauit quadraginta diebus & noctibus in deſerto, & ſępè eſuriit? Vnde carnis petulantia quæ caſtiſſimæ Deitati vnita, de virgine traducta fuit? Venit, vt per pœnas & opprobria principem mundi in triumphum abducat, & confidere nos in ſe doceat, qui congreſſus cum Sathana, improbo fortior, arma ei ſuſtulit.

Amor Chriſti purus ab omni vitio.

Philip c.2. v.8.

1.Pet.2. v.23.

2.Cor.8. v.9.

Cùm dilexiſſet. Verè dilexit, qui notificauit omnia diſcipulis quæ à Patre audiuit, qui amicos eos fecit; non enim ſe illi ingeſſerunt, ſed Chriſtus amando illos præuenit: *Non me elegiſtis, ſed ego elegi vos, vt eatis* &c. non me veſtrum elegiſtis amicum quem amaretis, Dominum quem timeretis, Magiſtrũ à quo diſceretis ſuperna diligere, terrena contemnere. Non vos me elegiſtis Ducem ad viſibilia & inuiſibilia bella contra colluctationem ſpirituum

Chriſtus amore nos præuenit.

Ioan.15.

Digitized by Google

circuum immũdorum, contra carnem & ſanguinem, aduersùs mundum, mundique rectores tenebrarum harum. Non me elegiſtis Paſtorem qui paſceret vos; non Redemptorem, non Deum viuum cæleſtia regna donantem; ſed ego (qui quod humano generi expediebat noueram) ad omnia beneficia & quæque optima vos elegi. Ad cuius electionis conſiderationem inuitat Apoſtolus, vt grati ſimus: *Videte vocationem veſtram fratres* 1. Cor. 1. Finem verò electionis tam admirandæ miſericordiæ beneuolè Doctor Gentium ad Epheſ. 1. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri* IESV *Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto* IESV, *ſicut elegit nos in ipſo antè mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate.*

1. Cor. 1.

Ad Epheſ. 1.

Ioan. c. 13. v. 1.

Cùm dilexiſſet, in finem dilexit eos. Quis illam dilectionis abyſſum in exilem ingenij ſcrobem immittet? Sunt infinitæ altitudinis verba, nullâ humanæ linguæ aut perſpicacitatis bolide probanda. Hîc omnia maieſtatis diuinæ, omnia virtutum, omnia gloriæ, omnia beneficiorum omnium flumina emanant & iterum fluunt; ſufficeretque dixiſſe: *Cùm dilexiſſet, dilexit*, & omnia diceret. Quod alibi Euangeliſta fecit, quando dixit: *Sic enim Deus dilexit mundum* &c. quod præ cæteris ſtrictim & eruditè in noſtrum ſenſum more ſuo compendiat Cardinalis Caietanus: quod tantoperè Deus Pater dilexit genus humanũ, & tanta magnitudo dilectionis diuinæ erga mundum fuerit, vt non Prophetam, non Angelum, ſed Filium ſuum, ſibi proindè conſubſtantialem, eumque vnigenitũ, pretioſiſſimum, & chariſſimum non venderet, aut pro re pretioſa commutaret, ſed gratis ſolo amore impulſus daret ad incarnandum ad crucifigendum.

Ioan. 3.

Ibid.

CAIETANVS.

gendum. Coniunctio, *vt*, manifeſtè explicat, dilectionem mundi cauſam fuiſſe quòd dederit Filium: neque id ſolùm; ſed etiam quòd dederit ad
Ibid.v.16. hoc, *vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Dilectio totius, ratio eſt dilectionis partium: quoniam ſalus credẽtium diligitur à Deo. Non Deo Patri, non Filio fructus indè accreuit, ſed vt omnis cuiuſcumque ſexûs, nationis, conditionis, quantiſcumque peccatis vulneratus, non pereat, cùm miſſus ſit non vt iudicet, ſed vt ſaluet mundum. Hanc ſententiam intendit Dominus, quæ quoniam profunda valdè eſt (loquor
CAIETANVS. cum Caietano) eleua Lector mentem. Rationem vtriuſque propoſiti ſe reddere ſignificat per coniunctionem *enim*. Aduerbium autem, *ſic*, ineffabilem magnitudinem, ineffabilem modũ amandi ex parte rei amatæ ſignificat; nam ex parte Dei amãtis, omnis amor, modus eſt immenſus. Per vocem, *dilexit*, ratio omnis collati boni ſignificatur, vt voluntariam collationem diuinam intelligamus nõ naturali neceſſitate factam; & conſequenter ineffabilem modum diligendi. Attende nunc, & in cordis ſecreto rumina Chriſtiane, vt quod habes, rependas amori Domini tui: nondum ſufficit Deo amaſſe te, & quidquid nuperi fuit amoris reſiduum profudiſſe: nouas amoris flammas euentilat, nouum ardoris emittit incendium: nec prior ignis tegitur, ſed cùm ſopitus putatur, mirè reuiuiſcit; & cùm ortum ab æterno amore ipſius habeat, interitum neſcit, corruptione liber: hunc demonſtrauit hactenus, & demonſtrat vſque in finem, quo mortalitatis corruptione demersâ, Deitatis permanẽte ſempiternâ omnipotentiâ, vadit vt immoletur pro ſuis. Omnia nempè facilitat amor: labor omnis lætus, per quem ſecuritas

Digitized by Google

curitas inuenitur ſuorum: non deficit ille, excelſior omnibus ſupergraditur, inter omnium dolorum genera eximiâ ſublimitate ſolitam reſeruat virtutem, firmat ſe mente intrepidâ contra quaſuis anguſtias: animatur dolore, quo crederetur extingui: in argumentum amoris aſſumens omnia dura; immobilis, pœnis omnibus fortior. Hoc ſecum ipſe ſolum reuoluit, quomodo placeat quem diligit; mors integriorem facit amorem, mors clariorem facit dilectionem, velut ferro abſciſſâ vite erumpentibus pampinis melius veſtitur vua.

Cùm dilexiſſet ſuos. Scientia imminentis tranſitûs ad felicem ſtatum ex paſſibili & mortali, obliuioni non tradit amorem erga ſuos, nec interrumpit: nouum potius generat, quem continuat, quem conſummat ad dilectos qui ſunt non in Iudæa, non in Decapoli, non in Meſopotamia, non in Orientis orbe quamuis latiſſimo, ſed qui erant in mundo. Imò, inquit Caietanus, non qui erant in hoc tranſitorij ſtatûs mundo, ſed in mundo, vt comprehendãtur etiam *ſui* exiſtentes in limbo. Quaſi ſenſus ſit: Cùm dilexiſſet tota vita continuo ſinceræ charitatis affectu ſuos electos per varias orbis vtriuſque plagas diffuſos, *in finem* (vel vt alij ad finem) *dilexit eos.* O eximium, ô nobile, ô excelſum & ineffabile amoris incendium!

Omnis in Aſcanio cari ſtat
cura parentis,

canit Maro. Dicamus nos: Omnis cura, omnis ſollicitudo, omnis Chriſti feruor, tota illa & delicatæ Paſtoris Dominici teneritudo ſtat in electis, in prædeſtinatis, in ſuis quos ab æterno dignos inuenit gratiâ & miſeratione ſuâ. *Ita Pater, quia ſic placitum erat ante te.* *Matth. 11.* Per illud, *ad finem*, inſinuatur nobis, dilexiſſe ſuos Chriſtum ad finem, id eſt, mortem ſuam. Hîc non

Digitized by Google

figit anchoram diuinus amor, ſed corticem litteræ ſupergreſſus, dilexit eos ad finem eorum. Quis ille finis? Regnum cælorum, æterna beatitudo, ſempiterna felicitas, hic eſt finis eorum. Quanta illa ſunt dum reputantur, vileſcunt animo omnia quæ habentur in terris: *Quæ lingua, vel quis intellectus capere ſufficit*, prædicat magnus Gregorius homil. 27. in Euang. *illa ſupernæ ciuitatis gaudia, Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ Conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari*. Pondera iam amoris Chriſti excellentiam, qui ad tot largienda bona, ad beandos electos, omnia ſuſtinuit, & per ſuę mortis tranſitum iis aſcenſionem in cælum meruit, ad quam auditam inardeſcit animus, & illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere.

GREGOR.

Iam paulò diutiùs immoremur, viſo ſuperiùs per tranſennam Geneſeos loco de Iacob, vt quid amor valeat intelligamus. Complexus eſt Iacobum Laban, & duxit in domum, vt nuntiatum ei eſt à Rachele ſpecioſa filia, Iacobi conſobrina, quam vnicè diligebat, veniſſe filium ſororis ſuæ. Seruit ei Iacob obſequioſiſſimè, vt benediceret Dominus Labano ad introitum eius. Nimium hoc putauit Laban & indignum ſeruire ſibi nepotem tam ſedulò, nullâ ſtipulatâ mercede, & dixit: *Num quia frater meus es, gratis ſeruies? Dic, quid mercedis accipias?* Reſpondet Iacob, nullâ petitâ mercede: *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis*. Quam pater addixit ei: & manſit apud eum Iacob, & longum ſeptennij ſeruitiū ſummâ ſedulitate præſtat: *& pauci videntur dies præ amoris magnitudine*. Quid ita loqueris Moyſes ſancte? amórne vehemens in amatum raptus, amor impatiens efficere poteſt vt

Amor Chriſti comparatus cum amore Iacob.

Geneſ. 29.

Ibid. v. 20.

vt videatur breue tempus tot annis ſeruire, & concupitum ſummo ardore bonum differri? Non ſunt illi amoris mores, nec tales aſſeclis leges proponit: impotens eſt, & præcipiti audaciâ ruit, donec quod amarit poſſideat. Interroga ſæculi huius amatores, ſtultoſque procos. Narrabunt illi, vt Apollo, tantus Muſarum Princeps, ob amorem flagrarit, turpiſſimè Admeti pecus pauit: Laomedonti muros Neptunus conſtruxerit; Hercules monſtrorum domitor, fœdè vigore virilis conſtantiæ deiecto ſeruierit, manus colo admouere non erubuerit. Vt alia eiuſmodi prætercam, vnam diem quâ poſſeſſione dilectæ carent, ſæculum audent appellare. Quomodo euenit igitur, vt ſeptem anni dilectionis videantur pauci Iacobo dies? Non hallucinatur magnus Vates, ſub decenti allegoriarum velamine pulchra latent, quæ mundi amatores non penetrant. Spiritus ſanctus dirigens Prophetæ ſui manũ, callet optimè amoris leges, cùm non amans ille ſolùm ſit, ſed ipſe amor, omniſque amoris fons & largitor. Verumtamen qui dicit, Iacobo paucos præ amore viſos dies? Facilè expedit ſe hoc nodo Hieronymus in epiſtola 24. ad Euſtoch. HIERON.

Amor, dicit, *labores qui tolerantur alleuiat. Parum dixi: dulces efficit, ſapidos, amabiles: nec minùs reputat amans delicium, quàm obſequio illius quem ardenter amat immorari. Illi ſeruire gratum, illi famulari ſuaue, illi ſe in ſeruum, in mancipium addicere, honorificum cenſet & iucundum. Tunc ratio dilatatur, tunc animus ſaucius reſpirat, & quo carpitur igne fouetur.* Ita Iacobo durum aſperumque in quo dormiebat ſolum, æſtu geluque puncto ſuprà palmarum mollitiem leue videbatur: lapides, molle computans ceruical; balſamum ſpirare & reſinæ guttas, viles pannoſoſque paſtorũ tegetes: ericeta & deſerta cam-

campeſtria, parietes videbantur aulæis ac tapetibus decori: humile tugurium, ſublime palatium: pruina noctis, gaudium: æſtus diei, Fauonij flamen mulcendis ſenſibus ac fouendis ad lenes blandientis auræ ſuſurros amœnum. Affectus & deſiderium potiundi Rachele Iacobo longum erat: at pretium ſeruitutis pro re tam pulchra videbatur exiguum, & labos comparatus cum præmio, paruus ac nihili. Hæc de Iacobo, typo Domini noſtri. Ergóne & tibi tot exantlati pro nobis labores iucundi ſunt viſi, ô Domine? etiam, dicit Chriſtus. Tot abſorpti à teneris dolores grati? ita, ait. Tanta tribulationum omnium maſſa, delicium? imò regerit. Vt te lucrifaciam, dilecta anima, tot fatigationes, tot pœnæ & tormenta triginta trium annorum curſu tolerata, præ amoris magnitudine pauca videbantur. O amor, qui ſatagit ſeipſũ perdere, vt viuat dilecta proles! hoc ſolùm ſibi vendicat ille, qui amat *in finem*: non ſollicitus de ſuo in alienum bonum, mentis oculum dirigit. O amor, qui alienis incubat, ſe profligit, ſua non reputat, vt dilectum felicitet! Quidquid obiicitur, ſpernit: quidquid obtruditur graue, accendit: gloriatur in duris, triumphat in pœnis; excubat pro ſalute dilectorum, vt illi perenne accipiant otium: laborat, vt æternas illi habeant delicias; omnium vacationem illius occupatio quærit, omnium ſalutem ipſius diligentia appetit. Quid mirum? archetypus eſt omnium amantium, paſtorum omnium princeps. Quanta pietas, quantus ille amor, vim habens dulcorandi omne amarum, & vertendi quidquid pœnoſum eſt in dulce. Concede mihi cum fructu ruminare iſta, cum gaudio recolere, *mi* IESV. Tuus mihi amor aſpiret dulcedinem, vt in tribulationibus gaudeam, non ſuccumbam

in

in tædio, in acedia non ſubmergar, merear amara ſentire dulcia. Examinet me tuus ille ignis, vt non inueniatur in me iniquitas. Deſpiciam per te grauia: ex eorum paſſione, fortitudo mihi naſcatur, & animo lætitia: momentaneum tribulationis, æternum gloriæ pondus operetur. Si te poſſideam, ſi in cordis mei centro imperes, domineris in actionibus, ſi in me patiaris Chriſte; quod diuturnũ eſt æſtimabo breue, quod prolixum reputabo exiguum. Si me diligis vt verè diligis, & ego te diligo vt verè debeo; per hoc ad veram ſapientiam dirigar, ad patientiæ decus & fortitudinem inſtruar, ad felicitatem æternam promouebor: omnia mihi benè cooperabuntur in bonum, ſi amore tuo meum temperes, & te verum Deum meum verbo & exemplo præeuntem non ſegni paſſu inſequar; tua vita ſit morum meorum diſciplina. Vnus mihi ſcrupulus reſtat: quia tametſi verum ſit amoris potentiam laborem commutare in gaudium; labor tamen dilationis in fruendo eo quod amatur, tantum diſtat vt lætum reddat, vt nihil in vita ſit ferendo magis aſperum: progreſſu creſcit amor, & dilationis extenſio ſollicitat premitque animum: *ſpes quæ differtur, affligit animam.* Sed reſpondet mihi ingenioſè modernus doctuſque Interpres: Duo ſunt amoris genera, vt communiter docent cũ Theologis Philoſophi; primus, qui pro fine non ſuam, ſed alterius reſpicit vtilitatem. Talis haud dubiè fuit excellentiſſimus amor Chriſti, & inſinuat Scripturæ verbum, *in finem*, hoc eſt, pro bono, pro intereſſe, pro commodo hominum: quẽ vocant *amorem amicitiæ*, dignâ, nobili, & generoſâ enunciatione; alter *concupiſcentiæ* dicitur, qui maximè in ſæculo viget & mundi abiectis amatoribus. Non ille finem amati, ſed

Prouerb. 13.

Duo amorum genera.

guſtum amantis attingit: hôc ſibi ſoli ſeruit qui amat hôc ſuum bonum, voluptatis ducem ſtatuit & illicem animi: hôc ſe paſci vult, hunc ſibi imperare: hôc vtitur: quidquid ad eum fouendum iuuat corradit, altiora non ſapiens. Atque hic amor non egrediens in alterius, ſed manens intrà proprij commodi guſtum, breues (quibus mira ſibi effingit) horas arbitratur longas; & quem intus admiſit æſtum, cogitationem velocitate, animique celerrimâ varietate adeò auget & intendit, vt in furorem abeat, niſi adipiſcatur quo flagrat: nec niſi eo adepto, æſtuantis camini incendia ſopiantur. Primæ claſſis amor erat in Iacobo Rachelem ardente, non ſuis incubante commodis. Erat in ipſo amor verus, amor amicitiæ. Scopus amoris Rachel erat, in huius vtilitatem ſtudia Patriarchæ collimabant, laborando pro ea, vigilando, paſcendo, peculium augendo, diu noctuque excubando. Nec diffitetur Laban: *Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te.* Gen. 29. Hinc nulla me tenet admiratio, cùm amor ipſius nullâ concupiſcentiæ fuerit mixtione conſperſus, breues ei paucoſque viſos dies. Iſtud longi temporis interuallum non numerabat amor. Quia placere Racheli, & ſeruire auebat, conſtituti anni, breues ſunt viſi.

Abrahami amor erga filium qualis.

Nimis dulcis eſt hic amor, vt tam citò ab eo diuellamur. Mandat Deus, Abraham, vt ſacrificet ſibi filium. Digna obſeruatione ſunt verba, quibus hæc effert textus Hebręus: *Tolle nunc filium tuum, vnicum tuum, quem dilexiſti Iſaac.* Et Septuaginta: *Tolle filium tuum, illum dilectum tuum quem dilexiſti, illum Iſaac.* Quot verba, tot ſtimuli, tot tẽtationes. Minutim & doctè hæc ponderat Cornelius à Lapide: A Lapide. *Tolle,* ait, *non boues & famulos, ſed filium, eumq́; vnigenitum mihi depoſco immolari, quem diligis,*

gis, quem huc uſque ſine vllâ amoris immutatione in ſenectute genitũ dilexiſti; omnem ſpem, omnia promiſſa tua, tuum Iſaac, tuum riſum, tuum gaudium. Quid hoc Domine? iámne tempus eſt, paternæ dilectionis ſuſcitare ſcintillas? illam intimam cordis affectionem in animum reuocare? Magis ad tam arduum mandatum animandus videtur, vt cedat affectus pietati, natura religioni, obedientia iuſſis diuinis. Feriet patris animum, ſauciabit aures tam amica filij appellatio jam jam occidendi: qui futurus erit non Iſaac ſed Abel, non Beniamin ſed Benoni, non riſus ſed luctus. Nam quomodo tam luctuoſum ſpectaculum patrem non ſternat? victima? non moueat percuſſorem? non vultus palleat? membra tremore vibrentur non demiſſi obrigeant oculi? non trepident manus, titubent pedes, cor frigore congeleſcat? Dicitur de te, ô Deus, quòd neminem tentes. Si repræſentare, ſi iubere, ſi imperare res tam difficiles, tam naturæ aduerſas, tam mandatis tuis contrarias (vtpotè qui humanas victimas deteſtaris) ſi hæc omnia conglobata, non ſint tentatio; neſcio quid tandem erit. Si Sathanas, verus ille tentator, Abrahamo conetur diſſuadere ne offerat filium, nec obediat tibi atrociſſimum facinus præcipienti; quid aliud faceret, niſi quod tu feciſti? amorem nempè filij in cor eius reuocando atque eius filij qui ei vitâ ipsâ carior erat, filij ſibi amantiſſimi, ſibi obſequentiſſimi, ſobolis ſanctiſſimæ. Tradunt Hebræi apparuiſſe tunc Abrahamo dæmonem ſpecie Angelicâ, eumque grauiſſimis deterruiſſe verbis ab immolando filio, tanquàm à re impia & crudeliſſima, ac Dei contraria voluntati. Ad quod aptant quidam noſtratiũ illa Pauli ad Hebr. 11. *Fide Abraham obtulit primogenitum ſuum Iſaac cùm tentaretur* à diabolo, *Ad Hebr. 11.*

 lo,

ſo, inquiunt ipſi. Hoc omiſſo, dicimus cum Patribus, non ideò refricaſſe Deum Patriarchæ magnum filij amorem, vt deſereret eum; ſed patrocinaretur: non ad exanimandum, ſed erigendum, vt excelſo ac forti animo pulcherrimum facinus aggrederetur, in gloriæ & claritatis exemplum, in admirabile ſæculi teſtimonium, quo immanitas in fidem, & ſcelus tranſiret in ſacramentum. Adfuit certè Deus, qui Abrahami animum eo robore impleuit, vt optimè ei conueniat quod Pyrrhus de Fabricio Romano: *Facilius eſt ſolem à ſuo curſu, quàm Fabricium à ſuo propoſito auertere*. Quod Deo agebatur authore, ſecurus nullo poſſe ſcelere fœdari, gladium ſtringit, & in filium, velut brutam victimam, paternam ab aure librat manum, nullo naturæ metu læſus: *Non patrius trepidauit affectus* (dicit Ambroſius) *cùm ſenis dexteram pietas adiuuaret*. Quod illud eſt paradoxum? Quomodo quis animo concipere poteſt, intenſum patris amorem, brachium eiuſdem in filij ictum armaſſe? quomodo poſſibile eſt, adiumento fuiſſe, quod impeditum nemo non æſtimabit? Benè arguis, inquit Ambroſius; qui ſimilitudine non incócinnâ totum elucidat. Eſt pater filium habens, quem intemperanter diligat, Romam mittit aut Hiſpalim oblata quam ſummè ſibi idoneam putat occaſione. Sciſcitare ab homine quid moueat eum ad longè diſſitas oras filium ablegare, multos non videndum dies, forſan annos, idque bonorum ſuorúm diſpendio? Mox tibi regeret: Amor paternus; vt benè formatum, litteris cultum, experientiâ doctum, in generis mei decus, in ſplendorem familiæ recipiam completo fruiturus gaudio. Rectè: verumtamen amor paternus chariſſimum filium tot periculis terrâ marique exponere poteſt? à domo & menſâ ſecer-

AMBROS.

ſecernere animæ ſuæ partem? nil tale merentem exilio velut noxiũ damnare? id patern⁹ operatur affectus? Memento quàm anxia iuſti Tobiæ vxor filio abſére: ipſumq; Tobiam præſentem ſæpiùs optaſſe, vtpotè baculum ſenectutis ſuæ, quis dubitet? Audi quid ad hæc ſapiens pater reſpondeat: Iſte amor, quo patris videor exuere affectum, dirigitur in bonum filij mei: nõ mihi, ſed ipſi ſeritur, ipſi metitur; hinc iuſtè impellor, quinimò obligor, demittere filiũ, cùm omne ſolũ forti patria ſit; & priuare conſpectu, labentibus annis intellecturum, & maturo rationis expenſurum æquilibrio, è re ſua id fuiſſe. Ita Abrahamo accidit: non in ſuum commodum, ſed filij bonũ reſpiciebat amor. Hinc tam cæca fuit Abrahæ fides, tam excelſa, tam incredibilis. Abiectâ paterni affectûs teneritudine, facti qualitatẽ & euentum (quod virum fortem prudentemque decebat) Deo ſubmiſit; in ſpe non denegans Deo, quod contrà ſpem acceperat à Deo. Verus filij amor humeris eius ligna impoſuit, quibus erat cremandus: ignem & gladiũ amor expedit: aram exſtruit, ligna deſuper componit, filium manibus pedibuſque ligatum in eâdem collocat. Occiſo filio quaſi lætior à funere reuerſurus. *Senis dexteram pietas adiuuabat*, Ambroſius de fide reſurr. *Sciebat enim acceptiorem Deo filium immolatum eſſe, quàm ſanum. Mirare actûs vtriuſq; conſtantiam: ille erexit gladium, iſte ceruicem vno voto, vnâ deuotione* (ait Zeno Veronenſis in Catena Lippomani) *ne quid profanũ ſit, diligẽter ac patienter geritur, quod ab altero celebratur.* Quid ergo ſtupemus? quid attoniti ſtamus? & miramur in Domino, quod ſeruum potuiſſe nouimus? S.Zeno.

Nunc mihi redditur facilis Chriſti ratio, ſine hac doctrina aliàs difficilis: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Ioan.14.

Digitized by Google

Verus amor non ſibi ſed alteri ſtudet.

Contrà potiùs efferendum crederetur.: Si diligeretis me, contriſtaremini ob diſceſſum meum. Amor mœrorem cauſat, quãdo quod amatur abeſt. Quod argumentum iſtud mi Domine ad diſcipulos? Firmum ſanè, ac rectè concludens. Verus quippè amor non ſibi, ſed alteri ſtudet: itaque ſi Dominum diligerẽt diſcipuli gauderent vtique mortificari Magiſtrum, vt fructum centuplum abſorptâ morte viuificatus ſpiritu referret, & vniuerſum naturæ rationalis genus in ſolidum repararet. In tam nobili facto, quod triumphi, victoriæ, omniſque in cælo & terra poteſtatis, parturire debebat gloriam, tartarum confringere, vinctos in mendicitate eripere: in tam nobili, inquam, facto mœſtitiam animi oſtendere, ſignum philautiæ, non amoris in Magiſtrum erat. Alius erat ab hoc, verus nempè, Chriſti amor, qui totus in alium ferebatur: in hominem ſcilicet, cumqueabiectum, & per peccatum iumentis aſſimilatum; &, quod maius eſt, inimicum. Neque hunc dilexit tantùm, ſed *in finem dilexit eos*.

Nondum tamen ſublimes amoris Chriſti vertices conſcendimus, nondũ in dilectionis culmine ſiſtimus: quare, vt illuſtriùs patefacta diuinæ charitatis indicia clareſcant, nebulæ abstersâ caligine, in montis ardui apicem celſiorẽ ſubducti, à terrenis vaporibus liberi ſpeculemur perſeuerantiã Domini in amando. Manat iugiter, exuberat affluenter, profluit in finẽ, æquè viuidus, æquè vegetus, nullo vetuſtatis ſenio marceſcens: nouam amoris ſemitam quærit, exquiſitos, ſublimes, extraordinarios amandi modos, quos non capit animalis homo: intelligunt, quos idem ardor corripuit. Nam, vt ait Bernardus, *lingua amoris, non amanti barbara eſt*. Accedite igitur reciproco amore incenſi, vt Chriſti er- BERN.

Digitized by Google

ga vos amorem percipia-
tis.

CAP. XII.

Ioan c.13. v.1. Sciens quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.

Exitus Filij à Patre in ſalutem noſtram inſcrutabiliter benignus.

Dei magnitudo & immenſitas. SOPHAR Naamathites, tertius amicus Iob, volens reprimere eius iuſtam querelam de afflictione ſua, quam nimiùm (vt amicis videbatur) deplorabat, maledicens diei natiuitatis ſuæ, cauſamque miſeriæ ſuæ anxiè inquirens, & ſe diffũdere volens in ſecreta ſapientiæ Dei; ſic eum alloquitur: Forſitan veſtigia Dei comprehendis, & vſque ad perfectum, omnipotentem reperies? *Excelſior cælo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces?* Iob 11. Longior terrâ menſura eius, & latior mari. Impoſſibile eſt vt exiguus hominis intellectus alta & incomprehenſibilia Dei modico rationis ſcriptio includas. In quamcumque te vertes partem, ſiue Orientis plagas & occaſum intuearis, ſeu vbi Arctos torpet, aut Meridies feruet, reperies incomprehenſibilē: Naturâ infinitus eſt, alpha & omega; neq; rimam reperies, per quam illabaris vt totum capias: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō eſt finis,* Pſalm 47. Immenſitas eius omnia cōplectitur, omnia circumdat, omnia replet. Vnde Dauid: *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades.* Pſalm. 138. Reſpice Dei perfectiones, (de quibus cum Principe ſuo D. Thoma Scholaſtici D. Thom. 1. p.) ſine numero ſunt, neque ad calculos redigi poſſunt: vnaquæque earum decoris infiniti. Quis inueſtigauit magnalia eius? *virtutem, aut magnitudinem eius quis enuntiauit?* Eccli. 16. Eccli. 16. Durationem conſiderabis? æterna eſt, tempore non menſuratur, vtpotè principium

Iſaiæ 4. pium impartibile: *Sempiternus Dominus qui creauit terminos terræ*, Iſaiæ 4. Potentiam ſpectas? facilis ei principatus, non anxius, ordinatus, tranquillus, cuncta pro arbitrio adminiſtrans: inuariabilis, in quo omnes viuimus, mouemur, ſumus: omnipotens qui inſtantaneâ operationis celeritate ſecundùm idæam ab æterno formatam produxit orbem terræ,

Mundum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipſe,

BOETIVS. Boëtius lib. 3. de Conſol. metro 9. Per quas ergo vias eum cognoſces? quomodo ſemitas eius conſiderabis? *Iob. 11. v. 8.* in iudicia irrepes? *Excelſior cœlo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces?* vbi illum aſſequêris? *Ibid. v. 7.* *Forſitan veſtigia Dei comprehendis?* Quem locum explicans S. Hugo Cardinalis, HVGO CARD. per *veſtigia & ſemitas Dei*, opera eius mirabilia intelligit, per quæ velut gradus Deo attrahente ad illum eleuamur: ſunt illa tamen tam grandia opera atque excellentia, vt creato intellectu nihil penè excutere valeamus. Ecquis mare exhauriat? Quare nè illa temerè nimis, vt malè credebat Sophar, Iob inueſtigaret, paſſus præſcindit velut viro verboſo hiſce: *Forſitan veſtigia Dei comprehendes?* Cyrillus Hieroſolymitanus &c.

CYRILLVS HIEROS. Cyrillus Hieroſolymitanus ferè hunc locum vt verſio noſtra exponit: *Veſtigium Domini inuenies, aut in extrema peruenies quæ fecit omnipotens?* Concordat cum tranſlatione Septuaginta: *Ad vltima veniſti quæ fecit omnipotens?* Subiungit ſanctus: *ſi extrema factorum Dei non capitis, quomodo ipſum capietis?* Si non intelligatis vltima Dei, ſi poſteriora eius non cognoſcitis, finem non videtis, ſi alta ſunt, ſi excelſa, ſi tam deuia, vt intellectus creatus caliget, neq; celſiſſimus Seraphim, ſcientificus Cherubim ea poteſt percipere, quomodo terrenæ mentis oculus tanta peruidebit?

Sed

Digitized by Google

Chriſti altitudo & demiſſio æquè incomprehenſibilia.

Ioan. c. 13. v. 3.

Sed videamus quid nobis Euangeliſta dicat de principiis finibuſque operum Dei: *Sciens quia à Deo exiuit.* Vides hîc principiũ operum omnium, Filium Dei, æqualem Patri, gloriam eius, potentiam immenſam, infinitam ſapientiam, æternitatem propriã. Ille idem hæc omnia ſeponit, altiſſimum exuit, cùm ſuapte natura exinanitionis non eſſet capax; corporis indumenta ſortitur abſolutè perfectus; ſe Deum inter & homines mediatorem facit, quo immortalis gloriæ ſempiternitatem habeamus. Deus, inquit Apoſtolus, *vt notum faceret vobis Sacramentum voluntatis ſuæ, propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt, in ipſo.* Hoc principium eſt operum Dei, quis percipiet illud? Excelſior cælo, quid facies? Quomodo intelliges quòd Deus prædeſtinauerit nos homines ſibi inimicos per mortem Filij reconciliare, quòd Gentes in prædeſtinatione prætulerit Iudæis Deum colentibus, & inter tot myriades hominum pauci omnem benedictionem accipiant? Aliud extremum quod hîc ponit Ioannes, fuit finis eorum, nempe, *ad Deum vadit.* Hoc enim tranſitu perfecit omnia, cælum reſerauit, viam monſtrauit, benedixitque nos omni benedictione ſpirituali ad Patrem reuerſus, ſedens ad dexteram eius, æqualitate par & gloriâ. Iam verò quis putaret pro eiuſmodi itinere inſtituendo non legiones Angelorum adfuturas, comites cæleſtes æternâ luce ſplendidis veſtimentis radiantes præituros? Currus fore ignitos, quales Eliæ ſeruo ſuo ſubmiſerat? Quis denique aliam non expectaſſet pompam pro coæterno Patris omnipotentis Filio? Non delectatur iſtis Dominus, non vt Reges mundi triumphare quærit, non Principum ſpectat ap-

Ad Ephеſ. 1.

paratum: non Angelorum agmina, non cæleſtis exercitus militiam fulgurantem æſtimat; præ illo delectabili pauperum piſcatorum conſortio. Inſtante horâ diſceſſus ſui placuit ante eorum pedes humilem procumbere, eos lauare, abſtergere, ſanctiſſima labia mundatis imprimere: ſunt iſta diſceſſuri præludia? Neque aureato curru ad Patrem aſcendet; ſed victor mortis & inferni, hominumque redemptor, prodibit in conſpectu Patris baiulus exigui ligni crucis ignominioſæ ſignifere. Quis capiet hoc? Ibi verè ſe Deus abſcondit tam infimo loco, vt quis eum ſit cogniturus ignorem:

Iob 11.v.8. *Profundior inferno, & vnde cognoſces?* Benè ergo Cyrillus: *Si extrema factorum eius non capitis, quomodo illam capietis?*

AVGVST. Pater meus Auguſtinus q. 87. in Geneſim, expendens viſionem, quâ in throno gloriæ circumdatum Seraphinis Deum videt Iſaias, conſonantibus vna voce; *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum:* Iſaie 6. animaduertit duos Seraphinorum duabus alis velare *faciem* Dei, & duabus velare *pedes* eius: vt ſignificetur Deum vbique incomprehenſibilem eſſe; ſiue gloriam ſuam oſtendat, ſiue illam abſcondat: ſiue potentiâ & gloriâ ſe accingat; ſiue ſub humili ſchemate ſe ſpectandum exhibeat. Vnde meritò David Pſal. 138. Pſalm. 138. *Veſtigia tua non cognoſcet.* Non cognoſcetur Deus ab homine non ſolum per faciem, ſed nec per pedes. Quod indicant illa: Iob 11.v.7. *Forſitan veſtigia Dei comprehendes?*

Menſura Christi quoad ſummum & profundũ.

Cæterum, in hodierno Euangelio menſuram Dei tam in ſummum quàm in profundum nobis exhibet Euangeliſta. Ac primum: Ioan. c.13. v.3. *Sciens, inquit, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Hoc ſcilicet eſt illud: Hebr. c.7. v.5. *Excelſior cælis.* Deinde: Ioan. c.13. v 5. *Cæpit lauare pedes diſcipulorum.* Hoc nempe eſt illud: Iob c.11. v.8. *Profundior inferno.* Quod maximè adimpletum eſt, cum ſe ad pe-

des

dès abiecit Iudæ traditoris: *Cùm diabolus miſiſſet in cor eius.* Sicut enim Deus in anima, quam per gratiam fecit, habitat, illic omnes theſauros condit, diffundendo per eam Spiritum ſanctum, gloriæ & beatitudinis auſpicium; & tanquàm Rex in aula ſua, ibi demoratur; imperat, gubernat: pari modo ſedem habet in anima diabolus, cuius fulgorem peccato oblitterauit expulsâ gratiâ: illîc infernus eſt, illîc horror eſt; illîc tribulatio eſt; quotidiana lantena, verus denique infernus eſt.

S. Ioannes Euangeliſta quomodo ad perfectã Christi méſuram peruenit.

Iam nunc videamus quomodò Euangeliſta Ioannes tam abſolutam altitudinis ac profunditatis Dei menſuram potuit aſſignare; Si ipſimet ardentiſſimi ſpiritus Seraphim, demiſſo vultu, repetitis vocibus inclamabant, *Sanctus*, Iehouę incomprehēſibilitatem confitentes: quid diſcipulo venit in mentem tam altè aſſurgere & infimè declinare, vt moliatur id quod creaturæ tam ſublimes non capiunt, ſed reuerenter adorant? Tertullianus de reſurr. carn. cap. 13. Dionyſius in Hierarchiâ, indicant, quòd quamuis certum ſit, Deum in throno magnitudinis habuiſſe velatam faciem & pedes; pectus tamen & brachia fuiſſe diſcooperta. Per pectoris ergo iſtius ianuam ingreſſus Ioannes, de illo admiranda in ſecreto bibit, & ſuper idem recumbens menſus eſt omnia quæ non tantùm in cœna contigerunt, ſed antè omnia tempora, in diuinæ mentis penetralibus delituerant. Vnde meritò de illo S. Augu- AVGVST. ſtinus: *Cæteri tres Euangeliſtæ tanquàm cum homine Deo in terra ambulantes, de diuinitate eius pauca dixerunt: iſtum autem quaſi piguerit in terra ambulare, erexit ſe non ſolùm ſuper terram, & ſuper omnem ambitum cæli & terræ, ſed ſuper omnem etiam exercitum Angelorum, omnemq; conſtitutionem inuiſibilium poteſtatum, & peruenit ad eum, per quem*

Digitized by Google

quem omnia facta; de Domini diuinitate quod nullus alius locutus eſt, hoc ructabat quod biberat, aquila ipſe eſt, ſublimium prædicator, & lucis internæ atque æternæ fixis oculis contemplator. Hinc pectoris Dominici captatâ menſurâ dicit: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo* &c. brachiorum & manuum dimenſionem, quæ erant diſcooperta, non neglexit, *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Inſinuans principium aduentûs ſui in mundum, & finem quem exitus eius haberet, non alium fuiſſe, quàm expanſo ſinu theſauros Patris ſui liberaliter profundere, quos Pater in manus Filij poſuerat. Pulchra planè dimenſio amoris Chriſti erga genus humanum: quo ſummus ad ima ſe abiecit, Dominus ad ſeruum, Deus ad hominem; vt eum gloriæ ſuæ principem redderet. Audi Cyrillum lib. 9. in Ioannem cap. 23. *Nequaquàm aliter ad noſtram humilitatem deſcendiſſet, nequaquàm tam acerbum pro nobis patibulum ſuſtuliſſet factus pauper, niſi nos magis quàm ſeipſum amaret.* Extranea & ſtupenda ponderatio, quòd nos, nos, inquam, magis ac ſeipſum amauerit. Quînam hoc fieri poteſt? Reſpondeo: Quamuis ſummũ ipſe bonum ſit, ac conſequenter amoris infiniti ad ſe, in quo ſunt omnia poſſibilia, & rerum creatarum perfectiſſima imago elucet; & eodem amore nos diligat, atque adeò vnum infinitũ maius alio eſſe nequeat: in ſignis tamen externis, in operibus magis ſẽſibiliter ebullit iſte amor, oſtenditurque in nobis, quàm ipſo Deo: vnde & per hunc tam ardenter in nobis effuſum ac liberaliter, facilius eſt percipere paſſus viaſque Domini, quos fecit ab æterno, vt in mundũ aliquando veniret. Atque hos paſſus pulchrè metitur idem Euangeliſta. Ac principium quidem, vbi ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*: vt, quod erat antè

Ioan. 13. v. 1.

Ioan. 3.

Cyrill.

Quomodo Deus dicit, nos magis ſeipſum amaſſe?

Ioan. 3.

antè incarnationem, filius vnicus Patris, verbum Patris, coæternus generanti, æqualis ei à quo miſſus eſt, cognoſceretur. Vltimos verò paſſus metitur, vbi ait: *Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; quod nihil eſt aliud, quàm breui verborum periodo complecti omnes amoris exceſſus, quos hoc die Chriſtum videmus in diſcipulos effundere, cùm deſiderans manducare Paſcha cœnet cum illis ſuauiter, recreet illos non corporali tantùm ſed immortalitatis alimoniâ, corpore viuifico, ſanguine immaculato; Sacerdotes ordinet, Epiſcopos conſecret, genuflectat ad pedes, lauet, mundet, abſtergat, oſculetur, auguſtiſſimũ Altaris Sacramentum inſtituat; *ſacrum illud conuiuium*, vt Eccleſia, *in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratiâ, & futura gloria nobis pignus datur*. Vt innoteſcat omnibus quamuis tranſeat ad Patrem ſuum, non tantùm vt glorioſo & immortali corpori locus gloriæ & incorruptionis donetur, ab omni natione ſub cælo colatur, totum vniuerſum indè regat; ſed etiam (vt re ipsâ oſtendat regnũ ſuum non eſſe de hoc mundo) fidelium corda ſursùm trahat, doceatque ex fide viuere, & ea quæ ſurſùm ſunt quærere, vt ſpem faciat membra eſſe caput ſuum ſecutura, vt viam peccato clauſam aperiret vt eis locum & manſionem pararet, vt Spiritum ſanctum indè mitteret; atque intereà tamen non diſcederet à dilectis ſuis, ſed corpus ſuum panem Angelorũ ſub Sacramento manducarent, & ſanguinem biberent meraciſſimum. *Vt non tantùm per charitatem hoc* (ſcilicet vnum corpus) *fiamus, verùm etiam ipsâ re in illam miſceamur carnem: hoc namq; per eſcam efficitur, quam largitus eſt nobis, volens oſtendere deſiderium quod ergà nos habet*. Chryſoſtomus homil.

Ioan. c. 13. v. 1.

Chryſos.

mil. 61. ad pop. Antioch. *Abſit*, dicit Auguſtinus, *vt dilectionem morte finires, qui non eſt morte finitus.*

Avgvst.

CAP. XIII.

Ioan. c. 13. v. 4.

Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua &c.

Lotio pedum, ſchola virtutum.

HVIVSMODI incendia tam portentoſa genuinus amor eructat, indeficienter vnum aliud protrudit: properant omnia feſtinanter, vt amori diuino ſubſeruiant; concurrant humanæ operæ, nec videntur conglobatim ſufficere omnes induſtriæ. Quid mirum? *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* Vires gigantis talia requirebant opera: quia admirabilis, quia Deus, quia fortis, quia pater futuri ſæculi, princeps pacis, omnes maſculæ virtutis neruos intendit: *Ecce vir Oriens*, clamat Zacharias; qui vt robuſtus pugil, vt exercitatus athleta depugnat, vt adamas infractus conſiſtit; vt diabolum eiuſque opera proſternat. Numera ſi potes innumera. *Surgit à cœna.* Quid hoc? cùm tempus ſit occupatū, Dominus ad lauandum proſilit? nempè opportunum erat, quod nunquàm Dominus torpidè vult omitti, ſed auidè arripi, nec de die in diem differri. Cùm enim Dominus æterna nemini ſæcula promiſerit, non ignauè, non diſſolutè, ſed inſtanter in vita præſenti eſt operandum, inexplebilis malitiæ concupiſcentia gradu in diuerſum verſo propellenda; hoc iubet, hoc intendit, hoc monet Chriſtus ſubito ſuo de cœna proſultu. Deindè, vt nobis indicet, patefaciat, inculcet ardentem deſiderij ſui guſtum quem habet, quantumque mereantur & valeant opera bona, actus charitatis exhibiti tempori. Qui tempeſtiuè dat, bis dat. Relinque delicias in menſa, & quæuis opipara fercula, id eſt, luxum,

Pſal. 18.

Chriſtus gigas: & vir Oriens.

Zachar. 6.

Tempus nullum negligendum: nec procraſtinanda vitæ emendatio.

Chriſti feruor in exercitia virtutum.

luxum, negotia mundi, & alia (quæ licèt quandoque peccata non ſint, per illa tamen abſtrahimur ſæpius à Deo) ſepone, quoties ſubueniendum neceſſitatibus proximorum: *Quærite primùm regnum Dei &c.* Quodam die feſto cùm celebrabat conuiuium Tobias, ſtratæ ſunt menſæ, adſunt conuiuæ, allatæ ſunt epulæ: reuerſus filius nuntiat vnum ex filiis Iſraël iugulatum iacere in platea; ſtatimque exiliens de accubitu ſuo, abit in viam, greſſum accelerat, tollenſque mortuum portauit in domum occultè; vt dum ſol occubuiſſet, clanculò ſepeliret. Quod miſericordiæ factum ita placuit Deo (arguentibus licèt eum proximis ſuis) vt ei Angelum de cælo miſerit ducem itineris filio futurum; qui cùm eum duxiſſet & reduxiſſet ſanum, vxorem ei procuraſſet, dæmonium ab ea compeſcuiſſet, ereptum à deuoratione piſcis cuſtodiſſet, patrem cæli lumen

Matth. 6. Opera miſericordiæ alacriter exercenda.

videre feciſſet, tandem ſeſe manifeſtans: *Quando* (inquit ad Tobiam) *orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas &c. ego obtuli orationem tuam Domino.* *Tob. 12.*

Surgit à cœna, à menſa veteris Paſchatis ad intelligentiæ altitudinem, vt in mores transferamus quod intelligimus, & ſequaces eius aduertant omnium à Deo datorum, omnium myſteriorum à creatione vſque in præſens diligenti conſideratione præhabitâ, in gratiarum actionem ſurgendum.

Ponit veſtimenta ſua. Exuit ſe veſtimentis, vt mors arderet appropinquare. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* In habitu peregrino & humili, in habitu ſerui procedit Dominus, ita nudos cum nudis luctari oportet: *Qui contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abiiciat, ne ſuccumbat*; S. Gregorius homil. in Matth. 32. Ita igitur

Chriſti mors voluntaria. *1. Cor. 9. v. 25.*

GREGOR.

igitur Chriſtus luctum auſpicaturus aduenit, vt quaſi imbellem mors adoriatur ſuadente diabolo. Nunquàm enim iſta fatalis bellua auſa fuiſſet tam ſubitò iaculũ in Regem Regum, & peccati omnis (per quod intrauerat in mundum) expertem vibare, niſi Chriſtus liberè ei ſtragem in ſe exercere permiſiſſet. Adeoque, nè quid illum terreret, aut moraretur, exuit ſe veſtimento regali: in quo
Apocal.19. habebat ſcriptum, *Rex Regum, & Dominus dominãtium.* Mors olim vitam eripuit Regi Achab, vbi ſemel neglexit induere veſtimenta regalia vt cum hoſte confligeret:
3.Reg.22. *Porrò Rex Iſraël mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum; vir autem quidam tetendit arcum, ſagittam dirigens, & eâ percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum.* Idem factum eſt de Chriſto: multæ fuerunt occaſiones in quibus poterat mori; quãdo Herodes impius inſidias puerulo ſtruxit, & infanticidium lamentabile fecit, vt vel ſic communi inuolueretur cladi; quando lapides inuida Phariſæorum improbitas in eum mittere voluit; quando ſæpiùs in necem eius coniurarunt in conciliabulis ſuis: at omnia in vanum reciderunt regali nondum depoſito habitu. Cùm autem moriendi arderet cupidine, exuto virtutis paludamento, mortem à ſe fugientem tenuit, & inerme pectus offerens, pro ſcopo ad ictum fatalem ſtatuit.

Ponit veſtimenta ſua. Nimio ſcilicet noſtri amore æſtuans. Exuit ſe, vt doceret ſequaces ſuos paucis contentos eſſe debere. Exuit ſe, qui omnia veſtit. Et tu, ô homo, propter quem omnia fiunt, nondum quæ ſurſum ſunt ſapis, terram quæris, vana ambis, fluxa appetis, peritura corradis, & grauiori ſcelerum veſte ſublimem animum quotidie grauas? nondum ad exemplum Domini, peculium malè partum & malè

Quid nos doceat Chriſtus, ponendo veſtimenta ſua.

dilapſu-

Digitized by Google

dilapſurum dimittere audes? non poteris te nudare noxiis pro Deo, qui pro te nudat ſe, vt ſaluet te? Niſi iſtis pro Domino exuaris, concupiſcentiæ impetum frænando, non perſuadebis mihi quòd illum ames, quamnis tu dicere cogaris quòd ille amet te. Bona quæ cauſant diſcordias, mentemque in varia torquent, non coniunguntur cum charitate expeditâ & liberâ. Elias curru igneo raptus, pallium reliquit: quod diuiſerat flumen, non capiebatur in curru flammeo. Quis diuidit in mũdo duo corda firmo ſibi glutine coaptata? *Meum & tuum, frigidum illud verbum:* propter quod Chriſtus iudicem agere renuit, lite inter duos fratres exortâ. Aduerte igitur, bona acquiſita quæ diuidunt aquas, non capi in diuini amoris igneo curru. *Ponit veſtimenta*, omnia reiicit impedimenta, vt liberiùs tibi ſeruiat. Non potes tu ſeruire Deo, euulſis ſpinis, ſæculi abiectâ ſollicitudine, & quæ anxij homines tam feruidè conſectantur? Contemne vanos honores, ſplendores familiæ, lites pro temporalibus, ſeductrices denique diuitias, quæ blandâ ſpe promittunt id quod præſtare non poſſunt, quietam ſcilicet beatitudinem; cùm curis in acquirendo & conſeruando preſentem maximè turbent, futuram plerumquè auferant. Hæc omnia ſpinæ ſunt ſuffocantes hominem. Sollicitudo autem rerum diuinarum delinit animam, ſerenat, colligit: vt iſta magis tibi obueuiant, exuit ſe Chriſtus; vt tu induaris mutatoriis, & ſtolam gratiæ accipias, ille deponit. *Ponit veſtimenta ſua*; vt nihil ſit impediens ad virtutem, & expeditum fieri moneat bona liberè operari volentem.

S. Maximus.

Curæ ſæculi exuendæ Chriſti diſcipulo.

Accepit linteum, pro abſterſione abluendorum: vt doceat eos qui præſunt, ne dum alios abluunt aut tergunt, ipſi turpentur.

Chriſtus mittit aquam in peluim. *Ioan. c. 13. v. 5.*

Mittit aquam in peluim. Quis habebit tam firmos & irreflexos oculos ad aſpiciendas peluis iſtius aquas? Intrat non vnus radius ſolis, non vnus fulgor, non vnum iubar, ſed totus ſol iuſtitiæ, ſplendor gloriæ Patris, figura eius ſubſtantiæ, radiantiſſima facies Filij Dei. Ipſa obſtupeſcit aqua, & tremulo ſubſultu tantam fulgoris in ſe receptam gloriam miratur, maieſtatē Dei ex vultu Chriſti reuerberat: iam præ ipsâ caligat pyropus, chryſolitus languet, obfuſcatur ſardius & onyx, omnes gemmarum aurique excæcantur radij præ hoc aqueo fulgore: *Ferit ſummi laquearia tecti.* Non noſtrum dumtaxat poſſet horizontem, ſed orbis vtriuſque plagas illuminare, cui æternus ille lucifer ab æterno genitus, ſplendor Patris, ſerenus illuxit. Difficilius eſt duos iſtos aquæ digitos transfretare, quàm omnes oceani ſinus, & ipſum Bonæ Spei promontorium, vbi tria in ſe inuicem maria contraria ventorum furentium procellâ concurrunt. Mirum dictu! quandoquidem vbi maior profunditas, tutiores ſint naues, quàm vbi vadum timetur. Verumtamen intuere illud in Petro: qui ſpatioſo in mari non timuit, & hîc pedem inferre exhorret.

Cur peluim pectori admouerit?

Ingenioſè verò & ſcienter peluim Dominus pectori coniunxit ad calefaciendum aquam, quâ leuiùs molliuſque lauare poſſet pedes ſuorum, vt calore abſterſos, mundos efficeret, nullâ labeculæ maculâ turpatos. Quo indicatum voluit, illos qui legatione pro Chriſto funguntur, non ſanie, quam abſtergunt, debere ſordidos eſſe, imò ne venialibus quidem ſi fieri poſſet & quotidianis delictis.

Cur pedes diſcipulorum lauerit & abſterſerit?

Lauit Dominus diſcipulis pedes, & mox abſterſit: lauit, vt dignos redderet participatione ſui corporis: abſterſit, vt ſoli Deo iniquitates ſeruatas, & ab eo de nobis tollen-

Digitized by Google

tollendas monſtretur, præuio pœnitentiæ digni fructu.

Miſit aquam in peluim, gratiam videlicet poſuit in menſurâ, vnicuique tribuens iuxtà donationem ſuam in vtilitatem & augmentum corporis myſtici, tum vt erudiat lauandam ab ignorantiâ, peccatorum maculis animam, & ſuperinductas fæces nitore depurandas.

Dei altitudo quo ſe demiſerit? *Ioan.c.13. v.5.* *Cœpit lauare diſcipulorum pedes*, O mirè exaltata piſcatorum conditio! Nempe iam

Sub pedibuſq; videt nubes
& ſydera Daphnis.

Imò iam ſtellas, ſed manus illius, qui eas in firmamento plantauit, videt Petrus pedibus ſuis ſuppoſitas. Quærebat Scriptura, vbinam eſſet thronus Dei?
Iſaia 66. *Terra ſcabellum pedum meorum*: parum eſt hoc, cùm illic gradiantur animalia.
Pſal.103. Conſcende in aërem: *Qui ambulas ſuper pennas ventorum*: neque hoc multum eſt, in eodem aues cæli volitant, & ſuam quaſi olegêre ſedem. Aſcende ad cælum: *Cælum mihi ſedes eſt*; *Actor.7.* non ſufficit, homines iſtum quoque locum occupant: An ergò ad Angelos eleuabimur? *Currus Dei decem* *Pſal.67.* *millibus multiplex*. Altiùs moliamur: *Qui ſedes ſuper* *Pſal.79.* *Cherubim*. Sublimiora petamus: *Seraphim ſtabant ſu-* *Iſaia 6.* *per illud.* Siſte: nemo hîc ſupergreditur. Vide igitur in quantam humilitatis abyſſum demerſit ſe ſuprema Maieſtas, cùm non terra, non aër, non cælum, non Angeli, non Cherubim, ſed manus ipſiuſmet Dei, qui plantis pedum ſuorum calcat alas ardentiſſimorum ſpirituum, eò iam deuenerint, vt fulcra ſint, vt ſuppedaneum pedum humanorũ. *Cœpit lauare diſcipulorum pedes*; vt ſciamus quàm tenaciter hominibus inhæreant ſordes, propter quas in ima ſe deprimit & inclinat altitudo Diuina. Quid hoc, Deus omnipotens? quò dirigis tantam multitudinem, tot ſeruiles actio-

 nes?

Digitized by Google

nes? Ad ſeruiendum, reſpondet. Sed numquid immenſæ maieſtatis te obliuio tenet? Quid prætendis? Doctrinam, inquit, inauditam, mirabilem, ſtupendam ſtabilire, ad quam orbis terrarum defixus hæreat.

CAP. XIV.

Seruitus imperio præponderat: cuius poſſeſſio, benedictio: à Deo etiam aſſumpta.

DIFFICVLTER id admittent Politici, quos aut liuor habet potentiæ alienæ, aut cupiditas propriæ. Accingamus nos ergo, & conemur ſuadere, tutiùs eſſe ſeruire quàm imperare, feliciorem mancipij quàm domini ſtatum. Quomodo nos expediemus tot ſpinis difficultatum, & aliter ſentientis ſæculi pertinaci inſultu? Nihil ita à natura inditum quàm dominatus, nihil ita aduerſum quàm ſeruitus. Libertatem omnes appetunt, nihil eâ dulcius, vt etiam obſtinatis animis in eius aſſecutionem omnium terrarum populi conſpirent. Innatus eſt naturæ rationali excellẽtiæ amor, per quem incitatur ad quęuis proſequenda, quandam diuinitatis æqualitatẽ ambiens, & nullam ab altero dependentiam, vt ſuo ſe arbitrio regat, ſuis viribus gubernet. Econtrà ſeruitutem quique deteſtantur, naturæ probrum, peccati pœnam, quod niſi in orbem irrepſiſſet, nemo à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigeret. Tam durum nomen (ſicut ponderauit in irreuerentiâ Cham ſubtilitas Auguſtini) non potuit mereri natura, facinus fuit culpæ. Nihil ita horruerunt in ſacris profaniſque hiſtoriis animi nobiles & excelſi, quàm turpe ſeruitium ingenitæ nobilitati aduerſum, vitâ indignum, peius fatis etiam acerbiſſimis. Quid igitur generoſi qui me audient? Primo faſtidient

Seruitutem naturâ abhorrent homines.

AVGVST.

dient aſpectu, & indignum ſentient tam vanis immorari: nihilominùs iterùm affirmare audeo, quòd melius ſit ſeruire quàm imperare. Sepoſitâ peccati indignitate & hæreditariâ labe quæ in omnes exundauit, aliam inueſtigabimus ſeruitutem, de qua non ſolùm poſſit dicere

CHRYSOL. Chryſologus: *Nouo libertatis genere non eſt amiſſa ſeruitus, ſed mutata*; verùm etiam tantæ qualitatis, vt

AMBROS. inducat imperia, velut S. Ambroſius dulciter olim tetigit: *Eâ enim parte quâ participamus ſeruitute, participamus & regno.* Surripuit Iacob fratri ſuo benedictionem, & dolo ſupplantauit Eſau: ſi tamen dolus aut furtum vocari poſſit debita primogenituræ poſſeſſio, quam vendidit profanus magis quàm famelicus, & cum pulte commutauit guloſus venator. Tam turpiter ac magis etiam quàm Eſau falluntur, qui pro vili illecebrâ diabolo non animam tantùm, ſed & Dei

Eſau primogenituram ſuam vili pretio vendidit.

gratiam, iuſque ad hæreditatem cæleſtem diuendunt, quod Chriſti & Chriſtianorum ius eſt primogenituræ, comparatum ſanguine, in baptiſmo renaſcentibus datum. Rectè ergo ait Sapiens Prouerb. 6. *Pretium ſcorti vix eſt vnius panis; mulier autem viri pretioſam animam rapit.* Et Antonius in Meliſſ. p. 1. ſerm. 16. *Dæmon ait: Da mihi præſentia, Deo futura: mihi iuuentutem, Deo ſenectam; mihi voluptates, illi corpus inutile. O quantum tibi periculum, quanti caſus inexpectati imminent!* Rediit Eſau ex campo, coctoſque de venatione cibos obtulit patri, dicens: *Surge pater mi, & comede, vt benedicat mihi anima tua. Expauit Iſaac vehemēter,* Septuaginta: *Raptus eſt in ecſtaſim magnam vehemēter.* Vbi, ſi Auguſtino credimus, vidit & ſtabiliuit ſuppoſitionē Iacobi, nutu Deiq; inſtinctu factam; nō quoad modum; nempè mendacium (quamuis figuratam cenſeat locutionem Pater Auguſtinus)

Prouerb. 6.

ANTON.

Geneſ. 27.

AVGVST.

Digitized by Google

nus) inſtante Eſau vt ſibi benediceret. Dubius quid promeret ſenex, ait ad illum: *Frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi quid vltrà faciam?* Anxietas nihilominùs & amor erga triſtem & gementem filium, benedictioni inſtantem, opinio denique ſupplantationis & doli effecerũt, vt cogitaret de aliquo medio: atque ita benedictionem homini terreno congruam illi donat: *In pinguedine terræ, & de rore cæli deſuper erit benedictio tua: Fratri tuo ſeruies.* Quod hoc Iſaaci arbitrium? Iſtáne eſt benedictio? Nihil magis fugit Eſau quàm ſeruitutem, vtpotè magnanimus, rapax, bellicoſus, ferre nequit Eſau fratrem ſuum eſſe cõſtitutum dominum, cui ſeruiat; hinc odium in illum, & quæſitum vltioni tempus: *Venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem.* Nihilominùs poſtrema illa verba præ reliquis pro benedictione agnoſcit ſingulari magnus Ambroſius: *Pro benedictione igitur huiuſmodi eſt ſeruitus, & inter bona numeratur.* Inueniebat ſe Iſaac amore preſſum & neceſſitate, ac ſuffuſus de facto deſiderabat adhibere remedium, & lenire filij fruſtrati dolorem; hinc inquit: *De rore cæli, deſuper erit benedictio tua: fratri tuo ſeruies.* Nota verbum, *deſuper*, ac iungas illud cum ſequentibus, *benedictio tua*: quaſi dicat Iſaac: Hoc mihi ſuggeſſit paternus amor: ſi fuit benedictio prior communis: iſte erit altior ac cæleſtis benedictionis modus, *deſuper*: atque in hâc, *fratri tuo ſeruies*. Benedictio aliis imperandi, quamuis ſit à fauore cœleſti, tamen communis eſt atque obuia: verùm ſubeſſe ac ſeruire, vt indè diſcas aliis poſtmodum rectè imperare, fauoris eſt cuiuſdam ſingularis, ſi quis illud momentis ſuis expendat, ac planè diuini. Conſonant in hanc rem Ambroſij verba: *Per hanc ſeruitutem credidit ſe ipſo futurum eſſe meliorem.*

Gen. c. 27. v. 37.

Seruitus inter bona, ac benedictio Eſau.

Ibid. v. 39.

Geneſ. 27.

Ambros.

Digitized by Google

liorem. Fuit hæc mens Iſaaci, vt ſeruiret Eſau quaſi ad contrapondiũ & compenſationem imperij Iacobi. Verum eſt quod ſurripuit ei benedictionem Iacob in nomine IESV Chriſti; ſed in eodem vult ſanctus ſenex accipiat Eſau ſeruitutem. Quaſi diceret: Seruire omnibus neceſſe eſt, præterquàm Deo. Imò ipſe Deus cùm in hunc mundum venit, ad ſeruiendum venit: *Venit Filius hominis non miniſtrare.* Et ſi gentiles tuos aſpicias, non habes quod conquereris, fili mi Eſau, ſocium in ſeruitute habens fratrem: quatuordecim annis ſeruiet ille ſocero ſuo Laban. Eius deindè progenies integris ſæculis in Ægypto ſub horrendis tyrannis ſeruitute ſeruiet grauiſſimâ. Nemo ſortis humanæ conditionem ſubterfugere poteſt. Quapropter ſi audis ſaniora ſuadentem, ſerui in fratre Chriſto Domini, Deo patris noſtri Abraham, in cuius figura tibi benedictionem præripuit, quâ te exaltatum ſenties: & vbi illatũ creditur damnum, indè exurgat emolumentum. At planè idipſum indicant verba Ambroſij: *Credidit ſe ipſo futurum meliorem*, Meliorem ſiquidem in rigore teſtamenti vocatur, meliorem & maiorem hæreditatis partem conſequi. Hæreditas autem hæc nulla alia fuit quàm primogenitura Chriſti IESV. Is autem venit in hunc mundum non miniſtrari, ſed miniſtrare.

Deus veniens in terras, ſeruitutem elegit.

Matt. c. 20. v. 28.

Melius autem eſſe miniſtrare quàm miniſtrari, ſubeſſe quàm imperare, ſeruire quàm dominari, cũ etiam Gentilium Philoſophorum ſcripta aſſerant, tum Chriſtus Dominus noſter exemplo ſuo monſtrauit. Audite Apoſtolum: *Fratres, hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto* IESV: *qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.* Quaſi dicat: Fratres

Ad Philip. 2

tres mei, ſi ſanum ac ſincerum à me conſilium expetatis, quomodo verè magni eſſe poſſitis, & honeſtâ æmulatione ſuprà alios excellere; non permittatis vos abduci maximis huius mundi, & vanis carnalium hominum perſuaſionibus: ſed ſentite idem quod Chriſtus IESVS, eius ſequimini iudicium & exemplum. Ille enim cùm Deus eſſet, non rapinâ (quod Lucifer ambiebat, Iſaiæ 14.) ſed naturâ, vt explicat S. Auguſtinus, maius exiſtimauit formam ſerui accipere, quàm Domini retinere. S. Chryſoſtomo per metalepſim rapere ſignificat rem quandam perinde ac rapta eſſet pertinaciter retinere. Atque ita: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*, id eſt, hunc titulum, velut rem raptam, non anxiè custodiuit: ſed ſponte vt legitimus Dominus depoſuit, id eſt, celauit, ſeq; exinaniuit, factus ex Domino ſeruus. Vt non ſolùm ſcilicet per

CHRYSOS.

Melius eſſe miniſtrare quàm miniſtrari; paradoxum Chriſtianum.

Prophetarum ſuorum ora & Patriarcharum facta, ſed exemplo ipſe ſuo mundo inculcaret hoc paradoxum inſolitum, & à communi hominum ſenſu abhorrens. Maius eſſe miniſtrare quàm miniſtrari: & qui inter diſcipulos ſuos primus eſſe vellet, neceſſe eſſe vt ſit *omnium nouiſſimus, & omnium miniſter*, Marci 9. Igitur vnigenitus Dei Filius, cùm eſſet æqualis Patri, primogenitus antè omnem creaturam; exinaniuit ſemetipſum, vt ſeipsũ quodam modo maior eſſe poſſet: formã ſerui accipiens, vt hominibus miniſtrare poſſet, atque ita variarum virtutum exempla mundo exhibere: quod facere non potuiſſet, ſi Domini ſemper perſonam ac ſtatum retinuiſſet. *Formam ſerui accipiens*; quam ſcilicet ab æterno concupiuerat; vt aliquando in tempore, *habitu inuentus vt homo*, inſolitis verbis ad Patrem ſuum diceret: *Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ*, Pſal. 115.

Marc. 9.

Phil. c. 2. v. 7.

Pſalm. 115.

Iam

Digitized by Google

Iam tum ſcilicet ſeruire optabat, qui natus erat omnibus imperare; vtque verè ſeruus dici poſſet, de ancillâ naſci: quando partus ſequitur ventrẽ. Cumq́; illi diceret Pater ęternus: *Filius meus es tu, ego genui te*: videbatur ab eodem ſe incitari vt poſtularet *gentes in hæreditatem*: quam vt acquireret, neceſſe erat hominem fieri, ancillæ filium, ſeruum fieri, ſi non in proprietate; in nomine, in obedientia, in ſubiectione, in forma.

Pſalm. 2.

D. Virgo titulum ancillæ adamauit.

Ab hoc Filij Dei iudicio tanti ſeruitutem facientis, minimè ſibi diſcedendum ducebat ſanctiſſima Domini mater: quæ ſimulatque ex Angelo ad ſe miſſo intellexit, Deum ſeruilem formam induere velle; eandem conditionem ambabus velut vlnis amplexa, illicò ancillæ nomen aſſumpſit: *Ecce ancilla Domini.* Et, nè nomine ſolùm nudo delectari videatur; quod primum eſt conditionis ſeruilis officium, nempè obedire, re ipsâ præſtare ſe paratam oſtendit: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Tãtę autem fuit apud Deum dignitatis & meriti hæc Dei genitricis ſubmiſſio: vt Irenæus lib. 5. cap 33. dicat quòd Maria obediens, & ſibi & vniuerſo generi facta eſt cauſa ſalutis, ſicut Eua inobediens cauſa damnationis.

Luc. c. 1. v. 37.

IRENÆUS.

Chriſtus ſerui perſonam & in mundo geſſit, & in cęlis retinuit.

Sed neque Chriſtus ſerui nomine & ſuperficie contentus fuit; verùm re ipsâ talem ſe exhibuit: & cùm ſeruiſſet ſuis, in finem ſeruiuit eis. Hâc enim nocte, quâ cœnam diſcipulis ſuis valedicturus lautiſſimã exhibuit, exuit ſe veſtimentis, præcingit ſe linteo, mittit aquam in peluim, inclinat ſe, pedes ſuorum lauat, abſtergit, oſculatur. Quid eſt ſeruire, ſi hoc non eſt? Vt verò indicet, quàm ſe per hæc magnum fieri exiſtimet; quo nunquàm voluit vocari nomine, Dominum ſe iam primùm nuncupauit: *Vos vocatis me Magiſter & Dominus, & benè dicitis ſum*

Ioan. c. 13. v. 13.

N *etenim*

Digitized by Google

etenim: quò vilius eſt miniſterium, hoc magis ſibi conuenire exiſtimat imperium. Quod enim Dominus mancipiis ſuis ſeruiat, amoris inenarrabilis fuit, altitudinis ineffabilis, ſublimitatis immenſæ. Quin adeò hanc ſerui & miniſtri perſonam Chriſtus dilexit, vt neque poſt expletum ſeruitutis ſuæ tempus (cùm ad Patrem in gloriam ſuam rediturus eſt) eam deponere conſtituat; promittatque ſe confitentibus in terra, quod in cœleſti patria Deus *præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*. Aurea ſunt Petri Chryſologi ſuper hoc verba: Vide, homo, rerum inſolitarum viciſſitudinem, terribilem dominatûs limitem, horribilem ſeruitutis conuerſionem: præcinctus expectat Chriſtus conuiuas & ſeruos ſuos, qui modicum quod paſſionibus ſuis deeſt in terris adimplent: quibus per æterna ſæcula in cælis miniſtrabit, non humanitatis inuolucro tectus, ſed in profundo denudatæ diuinitatis apparens, eâdem lucente diuinitate, & gloriam ac decorem profundente in omnes: quam promiſſionem de terra in cęlos ad Patrem ſecum detulit, quod non in mundo dumtaxat voluerit ſe præcingere ad lauandos diſcipulorum pedes, ſed in regnis quoque ſidereis promiſerit ſeruire: *Repromiſit in cæleſtibus nouam ſeruitutem*.

Luc. 12. v. 37

CHRYSOL.

CAP. XV.

Humilitas virtutis magiſtra. Quos ſuperbia deiecit, humilitas in ſtatum reponit.

ET *cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe*. Secerne te ab omnibus quæ animam tuam grauare, ac per inutiles curas diſtrahere poſſunt: vana omnia quæ mundus oſtẽtat. Quiſquis Chriſtianum agit, ſeparet ſe ab iſtis pernicioſis, exteriorem & aſcititium ornatum

Ioan. c. 13. v. 4.

Vanitas mundana reſcindenda: vni virtuti incumbendum.

Digitized by Google

tum ſeponat omnis regenitus in oſtenſione virtutis: nec præferat, ſed poſtponat virtuti ſtatum ſuum. Nullus ſaluus factus eſt ex honore aut dignitate quæ ad perſonam acceſſit, ſed ex virtute quam animo geſſit. Sola virtus expediens noſcitur ad ſalutem. Non quia quis refulget in oculis mundi, aut dignitatis inſignitur infulis; ſed ex merito Chriſti & virtute per Deum donatâ cæleſtẽ patriam nanciſcitur: quò quis altior, eò ampliùs virtuti boniſque actibus ei inſiſtendum eſt. Vt ſoli Deo tuo inſeruias vult Saluator. Hoc vt te doceat, *deponit veſtimenta ſua*: nudam virtutem amat, reiicit ſuperflua, vt impedimenta. *Linteum accipit*, vt primùm ipſe niteas, deindè alios abſtergas: vnam eandemque munditiam eſſe ſcias, quæ cuique inſiſtit & aliis prodeſt, ne dum ad proximorũ obſequia procedimus, in magis debitis deficiamus: & dum alienæ intẽdimus perficiendæ virtuti, propriam ipſi perdamus, incidentes in culpam quam in aliis volumus emendare.

1. Ioan. 13.

Hæc eſt ſumma hodierni Euangelij, in quo deſiderat Chriſtus liberare de grauiſſimo mancipatu ſeruos ſuos, & reducere illos ad ſtatum innocentiæ, in qua adhuc triumpharet homo, niſi per ſuperbiam lapſus, hæreditariâ labe poſteritatem infeciſſet. In primum ſtatum nos reſtituere cupit, de morte in vitam transferendo, efficiendo nos quaſi nouos Deos, renouatos ſpiritu mentis, ſecundùm Deum creatos in iuſtitia & ſanctitate, quâ antè lapſum floruit Adam, in innocentia creatus, in nullo aduersùs ſemetipſum diſiunctus, integer, vegetus corpore & animâ. E quo ſtatu nos vnà ſecum deiecerunt primi parentes per ſtultam ſuperbiam Deo ſe æquare volentes: quando, indignantes ſe præcepto conſtringi, & vnius arboris

Adam nos perdidit appetendo quod non erat: Chriſtus reparauit, deponẽdo aut eligendo quod reuera erat.

Digitized by Google

boris fructu arceri, crediderunt ſerpenti, vt primam Dei perfectionem ſortirētur, nempè ſcientiam, per quā (teſte Tullio) diis maximè aſſimilamur. O! curas vanas! ô pectora cæca! vt quę non aduertunt ſe Deos fieri non poſſe, cùm creaturæ eſſent indigentes, atque in omnibus ab alio dependentes, qui ſolus ſibi ipſi ſufficit. Quamuis enim ſpeculatiuè ſciret Adam ſe à Deo pendere, eius illuminatione, ſubſidio egere & influxu; practicè tamen tumore inflatus ita ſe geſſit, & omniſcientiæ ſimilitudinem appetiit, ac ſi reuerà ſine Deo ſuis eâ viribus potiri poſſet. Quam ſuperbiam ſuâ damnare voluit humilitate Chriſtus, & erigere in quādam quaſi Deitatem, qui Deitatis ſimilitudinem appetendo turpiter ceciderant. Quandam, dico, quaſi Deitatem: quam Poëtarum quidam in diuitiarum & luxûs contemptu elucere cognouit;

S.Thom.

Luxûs & opum contemptus, Deo ſimiles facit.

Aude, hoſpes, contemnere opes; & te quoque dignum
Finge Deo.

Nam (vt hanc rem preſſiùs vrgeamus) ex quo aduerti poteſt Deum eſſe Deum? Dicit ille quidem: *Ego ſum qui ſum*: ſed quomodò nobis innoteſcit? Cælum ipſum, aiunt, hoc vociferatur. Quodam die reſpexit ad illud Dauid, & recognouit pro opere eius. Hinc nobis quidem naſcitur occaſio pulchritudinem illius, radiantia lumina, aureoſque ſplendores depingendi, quos potenti manu magis admirandus artifex cælo ſculpſit. Sed meliora nos vocant. Deum illa quidem arguunt: ſed non tamen Deus perfectiſſimè cognoſcitur quia cælum creauit. Interroga ab eodem Rege: *Deus meus es tu, quoniam bonorū meorum non eges.* Reſoluetur cælorum machina, omnia Deus aliquādo noua creabit. Deus meus es tu, inquit Dauid, quia nihilo eges: omnia propter te, ex tua bonitate pro-

Exod. 3.

Pſalm. 15.

Digitized by Google

profluunt omnia. Ergo Deus non eſt Deus propter operum excellētiam, ſed propter nullius extrà ſe rei indigentiam. Ad quam perfectionem maximè acceditur per rerum fluxarum & ſuperfluarum deſpicientiam: per diuitiarum, honorum, imperiorum, aliarumque rerum, quas ſtultitia humana miratur, contemptum. Facit huc ingenioſa ponderatio in locum Pauli, qui loquēs de aſcenſione Chriſti, ait:

Ad Epheſ. 4.

Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit. Contrarium videtur dicendum: Qui aſcendit, ipſe eſt qui deſcendit. ita

Actor. 1.

dixerunt Angeli: *Viri Galilæi, quid aſpicitis in cælum? Hic* IESVS *qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet* &c. Verùm vt loci iſtius apud Paulum energiam intelligamus, legamus eum ſi lubet cum interrogatione: *Qui deſcēdit, ipſe eſt qui aſcendit?* Prô! Deum immortalem! ille qui deſcendit in terras, hodie conſcendit ad cælos? Quem igitur decebat aſcendere, niſi illum qui adeò deſcenderat? Cuius tanta eſt demiſſio, vt humiliata maieſtas ad ſeruorum pedes ſe proclinet. Verùm altiùs hæc iuuanda ſunt. Ad quid venit Verbum in mundum? vt aſſumeret eius imperium, diuerſum tamen à Principibus mundi? quorum finis eſt quàm minimum aliis deferre, latè hominibus dominari. Ad ſeruiendum, ad patiendum pro hominibus Chriſtus venit:

Chriſtus mundi imperium ſanguine ſuo acquiſitum, ſtatim deponit, veluti gloriam facti defugiens.

Luc. 24.

Nónne oportuit Chriſtum pati &c. Quomodo eiuſmodi fuit imperium conſecutus? an vi, an bello, an armis, quomodo Romani vtrumque pænè orbem auſi fuêre laceſſere, & Macedo Indias vſque penetrauit, vi viam ſibi adaperiens? neutiquàm: *Non eripit mortalia, qui regna dat cæleſtia.* In manſuetudine, humilitate, beneficentiâ in pauperes & afflictos, mundum aggreſſus; poſtremò fuſo ſanguine, vitæ pretio acquiſiuit. Mundum igitur acquiſiuit

ſanguine ſuo. Ita gentes in eum ſperabunt, ſalutis ſuæ auctorem colent, credentes non aliud nomen eſſe ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat eos ſaluos fieri. Quare aliquantiſper priùs quàm aſcenderet, dixit ſuis: *Data eſt mihi omnis poteſtas*; nec mirum, quando tam magnum atque ingens pro eâ pretium perſoluit. Sed vide nunc Chriſti ingenium. Simulatque mundi imperio potitus eſt, in ipſo poſſeſſionis initio, eo vix deguſtato renunciat: vt ideò acquiſiuiſſe tantummodò videatur, vt mox relinqueret. Terrã deſerere, in cælum redire cupit. Quid hoc? Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcẽdit. Profundè in iſtud intendit Hieronymus: *Omnia corporalia contemnens atque deſpiciens, & æterna contemplans, ſuper cælos ad inuiſibilia ſtetiſſe credendus eſt.* Tam glorioſum eſt atque ſublime terrena faſtidire, eoque magis magnifica actio, quod priùs pretio magno ſanguinis empta, poſtmodùm contemnantur. Nec enim alio adactus ſtimulo mortem Chriſtus oppetiit, niſi vt mundum diaboli poteſtati eriperet; cuius dominium vt iure acquiſierat, ita diuturna eius poſſeſſione frui noluit.

Matth. 28.

Magnum eſt ſublimem eſſe Principem: maior ſeipſo Princeps eſt, & in omne æuum tranſmittendus, qui depoſito faſtu ſe demittit, & maieſtate reductâ trabeam oſtro rigentem humilitate exornat. Videbimur alicui forſan hoc diſcurſu pauperum viliumque perſonarum deprimere ſtatum, qui cùm ad humilia ſint nati obſequia, nullam aut exiguam mereri creduntur laudem, ſi ad demiſſiora ſe inclinent. In Regibus hoc admirandum, in illis quotidianum. Audiant iſti, quos vt alios curæ mihi ſemper ad vtilia ducere: cùm ſciam infirma mundi elegiſſe Deum, per quæ confundat fortia. Non minor ille eſt, imò maior

Quomodo pauperes potentiam & luxum contemnere valeant.

apud

Digitized by Google

apud Deum, ſi ad quam natus eſt ſeruitutem toto ſinu lætus in Dei gloriam accipiat, neque durum reputet obſequia humilia præſtare pro eo qui omnibus dignatus eſt ſeruire, non ſimulatè ſed candidè, vt in omnibus emicuit. Audiant iterùm non me, ſed P. Auguſtinum epiſt. 89. *Totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit. Affectus in re potiùs penſatur, quàm cenſus. Multum reliquit* (inquit Gregorius homil. 5. in Euang.) *qui ſibi nihil retinuit; & qui quàmlibet parum, totum deſeruit. Ab iis tanta dimittuntur, quanta ab aliis concupiſci potuerunt.* Hoc etiam attendit Dominus Deus.

AVGVST.

GREGOR.

Verus honor eſt, quem non proſecutione, ſed fugâ; non vanâ oſtentatione, ſed modeſtâ demiſſione; non ambitione conſequimur, ſed humilitate. Hunc Chriſtus amauit: quem vt conſequeremur, humilitatem elegit: hominem fecit, vermiculum nominauit: *Propter quod & Deus exaltauit eum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.* Adeò vt non homines ſolùm, verùm ipſæ mentes Angelicæ gloriâ Domini fruentes, in humanitatis exaltatæ faciem proſpicere deſiderarint, & Emmanuelem noſtrum pari nobiſcum honorarint religionis obſequio. Venit Magdalena ad ſepulchrum eius mane reſurrectionis, videt reuolutum ab oſtio monumenti lapidem, & duos Angelos in eo ſedentes. *Manifeſtum erat*, inquit Gregorius, *non adeſſe illic Angelorum Principem: cùm non ſtarent*; vſitato ſpiritibus modo; *Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni.* S. Thomas citatus in Catena aurea, aliique hîc exquirūt cur Magdalena loquens cum Angelis ſermonem interrupit, & conuerſa retrorſùm hortulanum interrogauit de Chriſto? Et dicunt, ex eo quòd videbat mulier illos ſurgere, recognouit

Verus honor eſt, honorem contemnere.

Phil. 2. v. 9.

Chriſtus per humilitatē exaltari voluit.

GREGOR.

Apocal. 7.

S. THOM.

Digitized by Google

nouit aduenire perſonam magnificæ qualitatis, cui iſtum honoris reſpectum impenderent. At quis erat ille? IESVS Chriſtus in aſſumpta hortulani forma ſe occultans. Igitur Angeli intuentur Chriſtum ſurgentem,& ſedent: circumdatũ videntes habitu hortulani, aſſurgunt. Quid hoc? Nempè Deus per humilitatem vult exaltari, & venire ad gloriam, quam per potentiam ſibi poſſet parare. Iidem ſpiritus qui ſplendorem reſurgentis cernunt ſedentes,in pedes erecti vulgarem reuerentur veſtitum: ſarculo ligonique honorem deferunt, quem triumphanti non exhibuere. Ita æterna Sapientia indicat: per humilitatem ad veram perueniri gloriã ſe monſtrate,& quos amabat,docere voluit.

CAP. XVI.

Chriſti amor peccatores,& infideles non reſpuit.

AD extremum virtutis apicem peruenit amor Chriſti: & quamquàm potens ſit, omne illud quidquid eſt efficacis energiæ in liberalitatem effundit: vt benignitatis ab vnoquoque nomen meritum ſortiatur, vt amans agnoſcatur *in finem*, de theſauris ſuis inexhauſtis ſine acceptione perſonarum diſpergit, ſine ſuperbia offert, ſine menſura largitur. Nec demerita ſiſtunt iſtum Oceanũ, quò minùs feruentes amoris vndas deſpumet, ſuæ videtur maieſtatis oblitus: & qui hactenus longè diſtabat à peccatoribus (cùm ſit non volens iniquitatem, odioque ſint ei impius & impietas) nunc appropinquat maximè, cùm ad pedes proditoris ſui prouoluitur. Quæ iſthæc tam admiranda humiliatio? Qui exceſſus

Chriſti amor quàm liberalis.

exceſſus charitatis? Miratur hoc ipſum in Chriſto magnus Leo: *Etiam ſeipſum quâdam ratione deſeruit*, inquit, *non trepidâ diſceſſione, ſed voluntariâ ceſſione.* Continere me non poſſũ, quin exclamem cum Eccleſia, Chriſti ſponsâ: *Oleum effuſum nomen tuum.* Oleum effuſum amor tuus. *Effuſum* planè liberaliter ac pænè prodigè. *Effuſum* non ſolùm per cælos terraſque omnes, ſed & infernales ac diabolicos proditoris pedes: vt, ſi poſſes, liuoris in eo vulnera ſanares, peſtem tolleres auaritiæ, omnem denique inordinati & malè affecti in eo aliiſque affectûs curares impetiginem.

S.Leo.

Chriſti amor, oleum effuſum.

Age, mi Chriſte: da beneficia, offer beneficia, non aliter quàm arbor pomis grauida, quæ ramos demittit & quaſi inuitat ad carpendum. Totum humanum genus opitulando & ſubleuando in aſperis, deuinxiſti tota vita: nunc verè tanta ac tot ſimul effundis in hominem, vt nec linguâ, nec mente, nec animo dignas gratiarum actiones concipere poſſit. *Iuſtus ex fide viuit.* Iuſtus Dei, qui eſt Chriſtus, benedictus in ſæcula (de quo velut fonte riui gratiarum & iuſtitiæ manant) viuit ex fide hominum, nec pedem mouet niſi eorum intuitu: quin etiam ſternit illas potentes manus ſub pedibus humanis, cum iſta fide ſaluat ſe, id eſt, ponit in ſaluo (vt ſic loquamur) ſuum amorem & charitatis infinitatem. Notauit illud S. Leo in verbis, quibus Chriſto offerunt Iudæi & promittunt libertatem, quæ nec in ipſorum manibus, nec in animo erat: *Deſcendat de cruce, & credimus ei. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.* Subtiliter ait præfatus Papa: *Quomodo ſeipſum liberabit de manibus veſtris, ſi fidem tollitis?* Aufertis ab illo, quantum in vobis, fidem quam vobiſcum pepigit, & vultis vt eam perdat, nec credat vobis, cùm non cre-

Ad Rom. 1.

Matth. 27.

S.Leo.

O datis

Digitized by Google

Ad Rom. 3. datis in illum. Sed, *numquid incredulitatis eorum, fidem Dei euacuabit?* abſit. Qui Pauli diſcurſus eò tendit, vt probet intenſum & fidelem Saluatoris amorem in mortem vſque crucis: in qua exaltatur velut in ſolio regio, & coronatur, tanquàm in Amore victor, & Rex. Ita ardebat, ait Bernardus, vt crederēt in ſe. Nō expedit petitioni improbæ Phariſæorum annuere deſcendendo de crucis arbore, ne amittat regnum ex deuicta morte reportandum quam in iſto ſtipite habebat vinculatum, vt poſtmodùm quò vellet circumduceret:

Chriſtus in amore victor & Rex, cur ad Iudæorū voces de cruce non deſcenderit?

S. BERN. *Si Rex Iſraël eſt, titulum regni non deſerat, virgam imperij non deponat.* Non appetit coronam in deſerto, quam populus olim meritis eius prouocatus illi voluit imponere. Non eiuſmodi diadema quærit, neque Regis titulo dignum cenſet, qui ſuis, non alienis commodis inſeruit. Ille, vtpote Princeps ſupremus, habet oppignoratum in miſeriis aliorum imperij ſui regimen.

CAP. XVII.

In nocte cœna clariùs eluceſcit Chriſti charitas, quàm vel in ipſa paſſione & morte.

CVM Chriſti amor erga genus humanum præcipuè in humilitate, tanquàm in ſuo campo, ſe exercuerit: quò demiſſiùs ſe abiecit, hoc magis nos amaſſe dici debet. Nuſquàm autem magis ſe humiliauit, & infrà maieſtatem ſuam abiecit, quàm ſubeundo ſeruile crucis ſupplicium, per quod qui ipſa erat bonitas, ipſa ſanctitas, *cum iniquis reputatus eſt*: medius inter duos latrones, tanquam eorū dux & anteſignanus. Quod ſignanter ponderat Apoſtolus, vbi ait: *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem*: addit deindè quod maius eſt: *Mortem autem crucis.* Nihilominùs hodiernæ noctis ſcena, & humilitas

Iſaia 53.

Ad Phil. 2.

Digitized by Google

tas Chriſti in lotione pedum exhibita, neſcio quo ſingulari modo ac teneritudine animum humanum afficit, ac pænè amplius commouet quàm poſtridianæ paſſionis tolerantia, ac duriſſimum mortis ſupplicium.

Prima ratio. Huius rei cauſa in tres potiſſimùm circumſtantias referenda videtur, quæ Chriſti pro nobis humiliationem in vltima cœna reuoluenti occurrunt, neque ita clarè in eius paſſione ſe ſpectandas exhibent. Ac primò, humilitas Chriſti in lotione pedum vti planè magna fuit, ita maiorem præfert libertatis ſpeciem, adeoque magis voluntaria videtur, quàm paſſionis tolerantia. Nam quamuis & de hac dictum ſit: *Oblatus eſt quia ipſe voluit*: attamen tot in illa concurrunt externæ actiones, tot accuſantes linguæ, tot ſanguinariæ voces, tot conſtringentes tortorum manus; vt coacta potiùs, quàm ſpontaneè electa eſſe videatur. (Iſaia 53.)

Mandauerat Deus in veteri lege, vt ſeruis & mancipiis quouis ſeptennio libertas daretur: ſi quis tamen diutiùs ſeruire vellet, perforabatur illi auris, in ſignum quod iam liberè ac ſpontè ſeruiret. At nullum hîc tale ſignum apparebat. Vnde non vulgus ſolùm Iudęorum, ſed & Principes Sacerdotum ſibi perſuadere non poterant, Chriſtum voluntate pati eligente, & non neceſſitate cogente. Vnde illæ crucifixo inſultantium voces: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet nunc ſi vult, eum: Dixit enim, Quia filius Dei ſum.* (Matth. 27.) Ad has eorum voces Chriſtus tamen aures obdurauit: *ne ſi ad eorum poſtulata deſcenderet* (inquit S. Auguſtinus in Pſal. 40.) *impatientia videretur cedere.* (AVGVST.) Atque ita potiùs duxit redemptionis humanæ opus per paſſionem tot ſignis & Scripturis præſignificatam conſummare; & in tole-

 rando

Digitized by Google

rando illa, quibus ferendis ſola humanitas non ſufficiebat, diuinam monſtrare potentiam; quàm de cruce deſcendendo ſuæ ſignum exhibere libertatis. Quam patiendi libertatem, ſi ſapuiſſent Iudæi, intelligere poterant ex Scripturis quæ de illo erant: *Oblatus eſt quia ipſe voluit*, & Pſalmo 39. *Aures autem perforaſti mihi.* Iam verò, vt ad conſtitutum ſermonem redeamus, nihil occurrit in lotione pedum, quod eius coactam magis quàm liberrimam voluntatem oſtendat: in qua nulla vis externa apparet; nullus impulſus, niſi amoris. Surgit à menſâ, non abſtrahitur: ponit veſtimenta: non iis ab aliis ſpoliatur: ipſe ſe præcingit: mittit aquam in peluim: ſe ipſe ad pedes ſuorum inclinat; lauat, abſtergit, oſculatur. Vnde ſignanter Euangeliſta: *Sciens quia venit hora eius*, in quâ ſcilicet Chriſtus Dominus per ſe ipſe omnia exequeretur benignitatis erga genus humanum luculentiſſima indicia: omnia ſeruilis conditionis obſequia: humilitatis extremæ, amoris ineffabilis teſtimonia. Quę quidem omnia à primo quo in mundum venit inſtanti, adimplere amor eius ſummus deſiderabat: ſed præfinitâ *horâ* adimplenda erant. Vnde alibi matri ſuæ ac noſtræ reſponderat: *Nondũ venit hora mea*, ſignificans importunas eſſe eius preces, non ob rem quam petebat, ſed quantum ad tempus quod Pater poſuerat in ſua poteſtate. Itaque matrẽ non corripuit (quod Centuriatoribus placet) neque eius preces repulit; ſed diſtulit: dicendo enim *nondum*, voluntatem ſe habere inſinuat, cuius exequendi *horam* expectat. Quæ ſimulatque aduenit, liberrimè ac liberaliſſimè præſtitit, quod diu antè præſtare aliquando deſiderabat. Priùs tempus indicant eius verba: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequàm patiar.*

Iſa. c. 53. v. 7.
Pſalm. 39.
Ioan. c. 13. v. 1.
Ioan. 2.
Luc. 22.

tiar. Alterum verò, *Sciens quia venit hora eius.* in quâ ſcilicet non miniſtrantibus Iudæorum manibus, non alterius interueniente o-perâ, ſed per ſe ipſe amorem ſuum per ſummæ & inauditæ humilitatis obſequia diſcipulis ſuis exhiberet.

Secunda ratio. Altera circumſtantia (ex qua Chriſti amor & humiliatio in lotione pedum magis clarè & viuidè ſe nobis ſpectanda exhibent, quàm in eius paſſione) ad hoc referri poteſt; quod hodiernæ noctis humilitas, non habuerit coniunctam redemptionis vniuerſę gloriam, quæ noſtro cõcipiendi modo aliqua ex parte eum conſolari potuiſſet, & animum eius in actionem tam heroicam extimulare: ſi nempè poſt hanc ad ſuorum pedes abiectionem, immediatè ſuam ac myſtici corporis ſecum exaltationem expectaſſet. In cruce verò multa illi in ſolatium occurrere poterant: nempè laborum omnium ac dolorum in propinquo finis, prædictionum omnium conſummatio, plena ac perfecta victoriæ poſſeſſio, ſpolia inferno detracta, ac confractum mortis ſpiculum, mox Patri in triumpho exhibenda, mortalitatis (quam in cruce exaltatus myſticus ſerpens exuturus erat) ad eius dexteram exaltatio. Quò ſpectare videntur Apoſtoli verba: *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contemptâ.* Ad Heb. 12. At hodierna pedum lotio, non laborum & abiectionis eſt conſummatio, ſed præludium: poſt quam eum non præmium manet, ſed pœna: non ſceptrum, ſed flagra: non aurea, ſed ſpinea corona: non triumphus, ſed infamia: quorum omnium vel ſola cogitatio, horrorem & ſanguineum ei ſudorem expreſſerunt.

Tertia ratio. Tertiò: In lotione pedum adeò omnis Chriſti gloria ſub humilitatis velo inuoluta delituit, adeò vndequaque tecta ac diſſimulata

S. ATHANASIVS. Christus in cruce pro filio Dei agnitus: in lotione pedum diabolum fefellit.

lata fuit eius potentia; vt dicat S. Athanaſius diabolum hâc nocte Chriſtum (quem ex vitæ ſanctitate, prodigioſo ieiunio, Ioannis deindè teſtimonio & vocibus Prophetarum, hominę maiorem ſuſpicabatur) pro eiuſmodi neutiquam agnouiſſe; ac piâ Domini fraude deluſum, cùm eum tam abiectum & contemptibilem vidit, pro homine deſpexiſſe. In cruce ita exhibita fuit humanitatis eius humilitas, vt non defuerint qui diuinæ ſimul agnoſcerent magnitudinis potentiam. Agnouit eam alter latronum: agnouit & Centurio, qui videns quod factum fuerat, ait: *Verè hic homo filius Dei erat.* Quando videt eum diabolus lauantem pedes, non agnoſcit; abigitque ab animo ſuo ſuperborum princeps, quidquid de eius Diuinitate opinatus fuerat; ipſu faſtu ſuperbiæ in dubiũ vocanto Diuinitatem, dum videt Chriſtum ad tantam deueniſſe humilitatem. Quando autem vidit eum turpiter vinctum, cæſum, flagellatum; reiecit quidem quidquid habebat formidinis de conceptâ Deitate; verumtamen ſimulatque recolligens ſe aduertit, vt petram duriſſimam tormentis reſiſtere, tantâque manſuetudine in periculo capitis adſtare, & animi fortitudine mortiſq; contemptu armatum obſtinare ſilentium aduerſùs falſas accuſationum calumnias; delabi ad priores ſuſpiciones ac timere cœpit diabolus, atque illicò immiſit ſomnium vxori Pilati: (ſi SS. Ignatio, Bedæ, & Anſelmo ſubſcribimus) impedire volens fructum paſſionis, quem incipiebat perſentiſcere. Reuera oculi lyncei forent neceſſarij ad peruidendum humilitatis nocturnæ myſterium, quâ in ſcenam prodijt Altiſſimus Dominus, abiectione à crucis opprobrio diſſimillimâ. Ex lãcibus ſtateræ in terrâ poſitis, neſcis quæ præponderet: eleua; videbis

Marc. 15.

S. IGNAT. MARTYR. BEDA. ANSELM.

bis leuiorem ferri in altum, grauiorum petere terram. Impone vni lanci culpas mundi, alteri pœnas corporis flagellati & omne illud doloroſum ſanguinis profluuium quod haud dubiè deprimet lancem, flagitiis (licèt per ſe plumbeis & naturâ ſuâ deſidentibus) eleuatis. *Vtinam appenderentur peccata mea & calamitas mea, quam patior, in ſtaterâ, quaſi arena maris hac grauior appareret*; quod de pœnis Chriſti intellexit Gregorius: loquitur enim aliquãdo caput pro membris, & iſta pro capite, velut Iob hoc loco in perſona Domini noſtri. Hâc autem nocte non agnouit Chriſtum dæmon quia iacebat bilanx in terram proiecta. Erige, pone eam in manibus cuiuſquam fidelis iuſtè librãtis, aut ſi mauis in crucis ab vtraque parte prominentem eleua ſtipitem, & cognoſcetur pondus. Videbimus lancem paſſionis & ſanguinis Chriſti longè præponderare, eiuſq; pondus ac momentum deſcendere ad infernales vſq; abyſſos; vt liberentur qui in tenebris & vmbra mortis ſedebant. Crux Chriſti, *ſtatera facta corporis, prædamq́ tulit tartari.* Itaque cùm hodierna humilitas ab eo omnem coactionis ſuſpicionẽ ſubmoueat; cùm non fuerit propoſito gaudio extimulata; cùm in ea gloria omnis delituerit, continens ſe in fidis ſilentij caſtris; æquiùs ei competere videtur, *in finem dilexit.* Quando non vnam legionem, ſed omnes Charitatis copias perduxit in campum, adhuc liber, immunis, nec fune vinctus, nec cruce grauatus.

Iob 6. — *S. Greg.* — *Ioan. c. 13. v. 4.*

Non videbatur S. Petro quòd parum petierat ab homine, quando poſt diuina in epiſtolis ſuis monita illud velut palmarium & baſim reliquorum adducit: *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei.* Quiſquis enim hoc ſatagit implere, depoſitâ omni malitiâ, omni dolo, ſimulatione, inuidiâ, detra-

Humilitas, vallis benedictionum: & anima virtutum.

1. Petr. 5.

detractione, in obedientiâ charitatis, in omnium virtutũ augmento accreſcet, immaculatum ſe cuſtodiens & inuiolatum ab hoc ſæculo. Humilitas vallis eſt imbrem ſuſcipiens gratiæ, omniumque bonorum ſeminarium, nexus, vinculum. Adeò vt quod Poëta de animâ canit:

Spiritus intùs alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molē, & magno ſe corpore miſcet:

non ineptè ad humilitatem applices, quæ toti virtutum compagi illapſa eam vegetat, mouet, gubernat. Si tantum operetur humilitas in Chriſtiano, tantumque ſit bonum ſub manu Dei humiliari: quid dicemus de illa admirabili humilitate Filij Dei? quam laudem merebitur, qui tam ſublimis, ita ſe deprimit, vt iam non homo ſub potenti manu Dei, ſed ipſe Deus curuetur ſub homine: abiectiſque æternæ maieſtatis inſignibus, aduoluatur maledictis pedibus iniqui traditoris? Audite Doctorem Mellifluum ſerm. 2. in cap. Ieiunij: *Quid tu inflaris, ô homo? quid extolleris ſine cauſa? quid altum ſapis, & oculi tui ſublime vident?* Sublimis quidem Dominus, ſed non ita proponitur tibi: laudabilis magnitudo illius, non etiam imitabilis. *Humiliare, & apprehendiſti. Sola hac exaltat, ſola quæ ducit ad vitam.* Et tamen (vt cum eodem Bernardo loquamur ſerm. 2. de Aſcenſione) *illa eſt peruerſitas & abuſio filiorum Adam, vt ad ſequendum te Domine* IESV *vix inueniantur, qui vel trahi patiantur, qui duci velint per vias mandatorum tuorum.* Excutiamus tantum torporem, neq; ſubeat nos tam noxiæ dulcedo deſidiæ. Vide cælum, & obſtupeſce: vide terra, & confundaris de ſuperbia tua. Ille qui omni digniſſimus honore, gloriâ, imperio; indigna atque humillima arripuit: qui præeſt omnibus, quaſi vnus de grege ſeruorum nō dedignatur ſubeſſe infirmorum plantis, imò pedes

S. BERN:

Humilitatis Chriſti excellentia, in lotione pedum Iudæ.

pedes detergere ſceleratiſſimi proditoris. Huc proculdubio reſpexit Euangeliſta, quãdo tam expreſsè ac pænè extra propoſitum mentionem facit venditionis Iudæ: *Cùm iam diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas.* Diuiniſſime vates, in tam tenero dilectionis actu proditionis oportebat meminiſſe? & melleis rebus acerbitatem immiſcere? Sine nos intueri ſtillantem merâ dulcedine actionem, eiſque immorari ad ſaturitatem. Ita quidem (reſpondere mihi videtur Euangeliſta) verùm vt penitiùs humilitatem Domini noſtri ſentias, huius rei mentionem inieci, non vt nauſeam pariam. Videte, vt prodeat in arenam conſtantiâ cogitationis ſuæ armatus, potentiæ decus amoris vmbone tegit, ad pedes lupi rapacis ſe abiicit Agnus manſuetus, venditus iam hoſtibus ſuis ab eo, cuius pedes detergit. Intendite quàm properanter proſiliat, ſine anxietate, ſine motu ad proditorem accedat, periculi ſui ſecurus, de eius tantùm ſalute ſollicitus. Vis iam noſſe Chriſtum, intende oculos in hoc ſpectaculum, hîc Dominici affectûs, hîc ingenij, hîc iudicij de nobis, non vana imago detegitur. Quî ſimulet eius animus? non poteſt: hîc candor, hîc veritas, hîc natiuus ille color habitat ſine fuco, ſine ſimulatione. O amoris Chriſti magnitudinem! ô cordis Iudæ duritiem! cadauer & funus actutum erit Dominus per ſceleratiſſimi proditoris auaritiam, nec deſinit tamen Præceptor condonare iniuriam: non ſcelus proditoris obſtat, quò minùs auguſtiſſimũ etiam præſente eo Sacramentum inſtituat. Couuiuio vltimo (quod pignus erat gloriæ æternæ) eum adhibet, cæleſtibus epulis dignatur, qui cæli Dominum terrenæ mercedis pretio poſthabuerat.

Ioan. c. 13. v. 2.

Amor Chriſti, in lotione maximè elucet.

Quin imò blandè ad pœniten-

nitentiam allicit, dum nullo verbo offendit, non cum aliis prodit, non nominat, Heu ſacra auri fames! heu execranda auaritiæ cupiditas! Quando *mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*, mercedem ſui corporis abdicat, ille pretium Magiſtri ſanguinis poſtulat: quando illa oſculatur pedes vt ſuſciperetur, ille Domini lauantis oſculari labia cogitat vt prodat. Apoſtolus Paulus ex ſola iſta circumſtantia ponderauit magnitudinem huius operis, *In qua nocte tradebatur.* Dominus ait: *Hic eſt calix ſanguinis mei; verumtamen ecce manus tradentis.* Sanguinem meum bibiſtis, cæleſtibus inebriati eſtis deliciis, & torrente voluptatis potati: neſcio tamen quid ſentiô, videns in menſa mea manus proditoris, quæ dum ob oculos ſæpius voluuntur, quomodo me nefariè iſtis circumdabit, commouent animam, intima cordis viſcera concutiunt; quidni? Videmus Chriſtum prolu-

Diſcrimen inter Iudam & Magdalenam. *Luc. c. 7. v. 37.*

1. Cor. c. 11. v. 23.

Luc. c. 22. v. 21.

da malefactore proſtratum: ille tamen Chriſticida nullo pietatis motu tactus, animo peſſimo vendit Dominum. Noli mirari, cùm proditio iam peracta ſit. Quod ſi nondum ſalutis ſuæ deſertor, cùm Iudæis de Magiſtro tradendo pactus, violaſſet ius ſacrũ diuinæ amicitiæ: quomodo deſtinatum ſcelus exequi potuiſſet, & tradere tam affabilem, tam benignum, tam comem, tam blandum, tam commodum, tam vrbanum ſe proditori exhibentem? Quale cor non emolliret alta, nobilis, diuina hæc actio? Neceſſarium fuit non inceptatam dumtaxat, ſed maturam fuiſſe proditionem, quam iſta non potuit humilitas ſubruere: *Cùm diabolus miſiſſet in cor.* Verè miſerat, extructoque nido tam abominabilem excluſit fœtũ, qui melius in putredine ſua non coagulatus abortiiſſet: *Adhuc eo perſeuerante in fletu Madianitæ in Aegypto vendiderunt Ioſeph.* Quid

Iudæ in peccato obſtinatio & durities.

Ioan c. 13. v. 2.

Geneſ. 37.

Digitized by Google

Quid hoc? deflet Iacob filium in Chanaan, fratres vendunt eum Ægypto: nec ipſe ſcit de luctu patris, nec pater de venditione Ioſeph. Myſterium aliquod ſubodoror. Videbantur abſentes luctuoſi ſenis lacrymæ impedire poſſe in Ægypto filij venditionem. Quantò magis lachrymæ præſentes Filij Dei, proclinati ad pedes infamis proditoris, ſiſtere potuiſſent procurrentis flagitij imperũ, ſi iam conceptum ac deſtinatum tantummodò fuiſſet.

CAP. XVIII.

Ioan. c. 13. v. 6.

Venit ergo ad Simonem Petrum.

Mirus Euangeliſtæ ſtylus in huius facti enarratione.

ACCESSIT Saluator ad pedes Petri, vt ab illo tanquàm Apoſtolorũ primo inchoaret humilitatis officium. Quem cùm videret Petrus genuflexum antè ſe, Deum ad pedes hominis, diuinitatem incarnatam ad vermem, Creatorẽ cæli antè vilem creaturam, Magiſtrum antè diſcipulum, Regem omnium antè pauperem, ipſam pulchritudinem antè lutum & fœditatẽ, expaueſcẽs (quaſi ecſtaſis eum teneret, & mens aliò rapta peregrinaretur) cœpit diſcurrere per cænaculum, vociferando: *Non lauabis mihi pedes in æternum*, non conſentiam vt facias iſtum exceſſum. *Tu*, qui tantus es, vt neq; cælorum amplitudo, nec terrarum machina te complectatur? *mihi*, qui vermis ſum & puluis, cui homilis caſa & piſcatoria cymba ſunt patrimonij ſummi? Non patiar. *Tu*, qui habes clauẽ mortis & vitæ, qui vno ictu oculi tremefacis elemẽta, diſſoluis diſſipaſque omnia ſi velis vno intuitu; Tu mihi laues pedes? Indignum eſt. *Tu*, cui teſtimonium nuper Filij Dei viui perhibebam, Patre cæleſti afflante; *Tu* Sanctus Sanctorum, flectas ad

Petri ecſtaſis in Chriſti humilitatem intendentis.

Digitized by Google

ad pedes peccatoris? Nequaquàm id permittam. Noſtrum eſt adorare in loco vbi pedes tui conſtiterint, vt tu contrà ad noſtros prouoluaris, curueris antè figmentum tuum, non competit maieſtati.

S. Cypr. *Simili modo*, inquit Cyprianus, *& Ioannes venienti Domino ad baptiſmum tentauit reſiſtere; ſed manſuetiùs increpatus, illicò obediuit.* Quod in animum fortaſsè reuocans Petrus, lotionis obſequium Magiſtro impendere, tolerabile iudicabat: lauari verò ab eo, & tantam admittere deiectionem, indignum; niſi periculoſa interminatio coarctaret.

Ioan. c. 13. v. 8. *Si nō lauero te, non habebis partem mecum.* Erat in Petri excuſatione zelus Dei non ſecundùm ſcientiam; hinc tam cæcâ obſtinatione Præceptori reſiſtere nitebatur, neſciens myſterij iſtius neceſſitatem, quæ in ipſius ceſſura erat vtilitatem. Tam ſępè homo vago inſtabiliq; affectu per inania diſcurrit, aduersùs torrentem brachia mouens, à quo ſecundo beneficiorum fluxu & munifica protruſione in ſalutem animæ ſuæ deſcenderet.

Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum præcinxit ſe, mittit aquam in peluim, & poſtremùm *cœpit lauare*. Dignus mehercule eſt actus iſte, vt non tam elaboratis, quàm nudis ſimplicibuſque verbis, penetrantibus tamen, omnes eius circumſtantiæ minutim enucleentur, quò citiùs vehementiuſque rapiamur in diuinum amorem. Verùm quid cauſæ eſſe dicam, cur narratâ lotione Petri, non attingat Euangeliſta expreſſis verbis lotionem Iudæ, quæ multò clariùs Chriſti humilitatem ac benignitatem demonſtrabat? Inſolitum aliquod fuiſſe neceſſe eſt, nec myſterio vacans, quod calamus tam nobilis Scribæ attingere defugerit. Tanta eſt reuerentia Maieſtati diuinæ debita, tam ſanctum & terribile nomen

Ibid. v. 4. & 5. Cur Euangeliſta lotionem Iudæ claris verbis non exprimat.

men

men eius, vt non ſolùm deceat obſtupeſcere ſtantibus comis & voce faucibus hærente, quando audimus garrientes & oblatrantes contra eam inimicos fidei noſtræ, qualis Iulianus, Porphyrius, cæteriq́ue gentiles & apoſtatæ; verùm etiam ipſummet quod in Dei obſequium loquimur, proferre debeamus cum tremore reſpectu, pauore admirabili. SALVIAN. *Tanta quippè* (ait Saluianus lib. 1. de gubern. Dei) *eſt maieſtatis facere, & tam tremenda reuerentia, vt non ſolùm quæ ab illis contra religionem dicantur horrere, ſed etiam ea quæ pro religione nos dicimus, cum grandi metu ac diſciplina dicere debeamus*. Timet Euangeliſta producere vltimum huius ſpectaculi actum: cumq́ue eò peruentum eſt, præteriens ſilentio quæ Chriſtus Iudę exhibuit ſubiectionis & benignitatis teſtimonia; de cæteris diffusè loquitur: ita tamen vt hiſtoriæ totius integritatem habeamus.

Cum reuerentia de Deo loquendum.

Cõſtat ex generalibus Euangeliſtę verbis & Iudę lotos fuiſſe pedes, Origenes verò, Chryſoſtomus homil. 69. & Euthymius etiam tradunt primo loco fuiſſę lotos. Neque tamen id ſcribendo, perdiderunt reſpectum iſti actui debitum: quin potiùs neceſſarium fuit ſacrarum litterarum illuſtratoribus illud ſilentio non inuoluere, vt innoteſcat horror Euangeliſtæ renuentis & quaſi alij mandantis, quod ipſe per ſe efferre non poterat, ne quidem poſt Petri admirationem viuis coloribus expreſſam. ORIGEN. CHRYSOS. EVTHYM.

Videtur autem primò Euangeliſta per abiectionem Chriſti ad pedes Petri voluiſſe præmunire viam, vt eò commodiùs deuolueretur ad Iudam. Solet Spiritus ſanctus hunc ſæpè ſtylum in Scripturis aſſumere: vt cùm narrandum eſt aliquid pœnoſũ, ne offendat retrahatq́ue aſperitas dictionis, primò quærat aliquid quod dicat guſtui & conſo-

Scriptura ſacra ſæpè læta triſtibus miſcet, ac præmittit.

conſolatione hominũ allubeſcens: ita viam ſternit ad vlteriora. Et eſt notabile ad hoc propoſitum quod narratur, Actor. 4. *vbi quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant antè pedes Apoſtolorum.* deindè narratur quomodo quidam Ioſeph, vocatus Barnabas (conſors ille fuit & comes S. Pauli) diuendità hæreditate idem præſtiterit. Tandem ad Ananiam & Sapphiram deuoluitur cap. 5. qui fraudantes de pretio agri, partem quandam afferentes, Spiritui ſancto mentiti, ſubità morte percutiuntur. Hunc triſtem ſucceſsũ narrare æquum erat: res enim ſingularis fuit, & doctrinæ plena. Quod autem Barnabas fecit, ad quid ſingulariter oportuit dici, quod illis erat commune cum aliis plurimis? cur magis de illo ac aliis mentio, cùm omnes (vt canit Arator) opes conueniunt,

Calcandumq́; docet quod ſubdunt greſſibus aurum,
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ?

S. Lucas id annotauit, non quia vir illuſtris fuit, inter fideles primarius, deſtinatus à Spiritu ſancto ad euangelizandum gentibus, nec quia (ſicut Alexander Monachus in eius vita) non agellum quempiam, ſed latifundum ampliſſimum magnificis decoratum ædificiis Chriſti cauſâ vendidit; ſed quod Barnabas ab Apoſtolis ſit cognominatus, quod eſt interpretatũ, filius conſolationis, ob eximiam manſuetudinem, hilaritatẽ, ſuauiloquentiam, ſanctitatem erga afflictos & miſeros. Fuit hoc igitur à Luca inſertũ, priuſquàm acerbam Ananiæ & vxoris mortem narraret: nè amaritudine iſtâ aceſceret animus, quæſiuit aliquod ſolamen, & inuenit in Barnaba, conſolatuſque eſt ſe cum filio conſolationis, cum filio reſpirationis & refrigerij, quod placuit Eraſmo; aut eructationis, ſcaturiginis

nis, emanationis, ſicut deducit Pagninus. Idem videre licet Geneſeos 6. vbi videns Deus multam malitiam hominum & corruptiſſimos mores, tactus dolore cordis dixit: *Delebo hominem, quem creaui.* Atque illicò cùm Deus oculos vndique circum fert, ſi inueniret aliquid incorruptum; ecce *Noë inuenit gratiam coram Domino*, & incipit ſeriem eius narrare: *Hæ ſunt generationes Noë.* Necdum prolatis filiorum nominibus, redit inquiens: *Noë vir iuſtus in generatione ſua fuit, coram Deo ambulauit.* Iſtudnè pertinet ad illud quod nobis propoſuiſti? Dic nobis quot filios habuerit, & quales eorum mores. Omnia dicentur, conuenit priùs narrare Noë ſanctitatem, qui non genere, ſed iuſtitiâ laudatus erat; ait S. Ambroſius: *Probati enim viri genus, virtutis proſapia eſt; quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt.* Hâc iuſti memoriâ quaſi

Gene. 6.
Ibid. v 8.
Verſ 9.
Ibid.
Ambros.

lenicbat mœrorem Deus, quem ſententia mortis in cæteros cauſarat: hæc intentio Dei fuiſſe cernitur, eò quòd prolato vitæ eius curſu, actionumque perfectione, regrediatur Dominus, inquiens: *Corrupta eſt autem terra coram Domino:* hinc *finis vniuerſæ carnis venit coram me.* Non erat hoc dictum antequàm fieret mentio de Noë? cur repetit? Non videbatur iſtud debere narrare niſi poſteà, vt ſapore virtutis amici ſui guſtato, quem mundi noui originem & ſtirpem volebat, fatale mortis edictum iam latum patientius ferret antropopathiῶs, ſiue, *humanis affectibus* loquendo. Simili modo Euangeliſta noſter, vt muniat ſe ad narrandum ſtupendum Domini ſui factum, quale eſt genuflectere antè proditorem, (quem nullâ tamen obſequij arte reducere potuit, ſed quò magis benefaceret, magis efferaturus erat) Petri hiſtoriam immiſcet, ac latè ſatis proſequitur:

Ibid. v. 11.
Ibid. v. 13.

Digitized by Google

quitur; at nondum audet fari Chriſtum IESVM ad pedes illius proſtratum, qui ex Apoſtolo factus erat ſubitò dux ſceleratorũ hominum; rei tantæ ſe impatem profeſſus. O bone IESV! ô Rex gloriæ! ô Domine principatuum cæli, quò te deiecit amor noſtri! quid ibi agis Domine genuflexus? Si tibi peruerſus non compatitur, ſummum eſt quod perfers opprobrium: & ſi compatitur, maius videtur. Nam quid generoſo animo durius accidere poteſt, quàm ſeruis ſuis miſerabilem videri? ab iis miſericordiam expectare, quorum miſeriis depellendis ipſius opem implorari decebat? Conſiderauit Saluianus Dauidem fugiẽtem à facie Abſalom, & egredientem de Bahurim virum, nomine Semei, de cognatione domûs Saül, maledicentẽ mittentemq; lapides contra Dauid, & ait: *Deiectus vſque in ſeruorũ ſuorũ, quod graue eſt, contumeliam, vel, quod grauius eſt, miſericordiam, vt vel ſibi compateretur, vel maledicere publicè non timeret.* O Rex gloriæ, huccinè rerum deueniſti, vt vnus Iudas videns te ad ſuos inclinatum pedes, haberet in manu ſua compati tibi, vel illudere? Tam caro pretio emis prætenſionem ſine ſpe? Nam quid omninò hinc ſperare poteras? Quòd ſe humiliet Dauid, quòd ieiunet, quòd ingreſſus ſeorſum iaceat ſuper terram, interim dum infantulus infirmatur, parum eſt, quandoquidem dicit: *Quis ſcit, ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans?* quamuis non impetret paruuli vitam, ſpes tamen quòd forſan viuet, nõ omni planè commodo erat. Magdalena poſtquàm vidiſſet ſepulcrum Saluatoris vacuum; ad illud tamen reuertebatur, vt videret an illic eſſet Magiſter ſuus. Suppleuit amor ſpei vices: quamuis enim iam ſibi perſuaſerat quòd indè eum ſuſtuliſſent, nihilominùs illum ibi quærebat: *Eius quem ablatum*

Heroicus Chriſti actus in lotione Iudæ exaggeratur.

SALVIAN.

2. Reg. 12.

ablatum credidit, ardebat deſiderio. Non miror quòd Maria oculis ſuis non fidat; nec diffiteatur quod obtinere prætendit Dauid: atque ambo ex prætenſione eorum quæ deſiderabant multiplicēt induſtrias ſuas. Verùm Saluatori longè aliter accidit. Nec enim cum Dauid dicere poteſt: *Quis ſcit?* quia benè ſcit ſe non aſſecuturum quod intendit: nempè vt vnus ex duodecim crudelitate exutâ patientiam Domini non ſpernat, nec maieſtatem prodat tactus pœnitentiâ: Neque poteſt timere quod Magdalena de ſuis timebat oculis, cùm non poſſit iis ineſſe deceptio, aut vllum in perſpicaciſſimâ cognitione dubium. Sed tanta eſt amoris in Chriſto vehementia, vt non permittat eum operari ſecundùm illud quod ſcit, ſed ſecundùm quod deſiderat: quæ deſiderij, vt ita dicam, intemperies obligat eum vt non ſolùm emat prętenſionem fruſtrandam fructu ſuo, ſed ſummo inſuper cum dolore quòd intentum ſuum aſſequi nequeat.

2. Reg. c. 12. v. 22.

CAP. XIX.

Humilitas Petri, amoris index. Quò quis humilior, charitate Saluatori vicinior. Humilitas virtutum baſis: earum perfectio ſoror charitas.

QVIDQVID dictum eſt, obuerſabatur antè oculos Euangeliſtæ. Quamuis expreſſis verbis non referat, ita ſilet tamen vt ſimul deſignet: vt proditore non nominato, ad verticem Eccleſiæ tranſeat: *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Ioan. c. 13. v. 6. Hic autem quid? *Domine, tu mihi lauas pedes?* egon' iſti rei conſentiam? *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Ibid. v. 8. In qua Petri reuerentia erga Magiſtrum ſuum, ab eo lauari recuſantis, ſatisfactionem accipis de irreuerentia Iudæ in idem facilè conſentientis. Quamuis enim & cæteri conſenſêre, orieba-

Quanta Iudæ impudentia, tanta Petri erga Chriſtum reuerentia.

Digitized by Google

tur horum conſenſus ex amore, qui tandem Petrum quoque renitentem eò adduxit. Nihil gratius Deo, quàm ſi amore ei ſoluatur, quod ex obedientia debetur. Cæleſtis creditor, dicit Chryſologus, totum debitum charitate compenſat. Charitatem abiecerat Iudas, veſtem nuptialem exuerat: & quod omnia ſecum trahit mandata (plenitudo enim legis eſt dilectio) è cordis ſui tabulis eraſerat, illud ipſum cor in rationum Kalendarium commutans, toto animo effuſus in pecuniarum amorem. Quantæ ergo fuit impudentiæ conſenſus Iudæ, tantæ fuit reuerentiæ reſiſtentia Petri, verecunda maieſtatis diuinæ conſideratrix. In multis magis complacemus Deo, placidè reſiſtendo, quàm ſtatim annuendo. *Numquid errauit Moyſes?* ait Ambroſius cap. 8. lib. 1. de Pœnit. *At certè quia non errauit, quòd rogauit, & meruit, & impetrauit.* Probat illud ſucceſſus, quando videmus illum obtinere quod prætendit, contra id quod Deus ſe deſiderare oſtendit. Vt intelligamus quaſdam eſſe reſiſtentias quæ Deo non diſpliceant: atque ſi in aliquâ ſit nonnullum errandi periculum; cùm tamen ſupponente ſe diuino fauori humilitatis amore euacuatur, ſine Dei offenſione hoc fit per mirabilem modum, quo anima Deo conglutinata ſuæ vilitatis memor paululùm repugnat. Ita Petrus cum humili amore reſiſtit, dicens: Domine, quid opus tam alienum moliris à magnitudine tua? Tu es Deus omnipotens, ego vilis creatura: & quomodo vis vt viuam, videns te proſtratum in terram ad plantas meas. Te nuper confeſſus ſum, & modò adoro Filium Dei viui: egò in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Tu Magiſter & Dominus, ego diſcipulus & ſeruus. Tu pulchritudo infinita quæ nunquam

S. CHRYSOLOGVS.

AMBROS.

quàm minuitur, ego deformitas ipſa, quæ indies accreſcit. Eia Domine ſurge, permitte verò mihi vt genuflectam antè pedes tuos, vt illos deoſculer, illos adorem, illos lacrymis (vt nuper mei ſimilis peccatrix) abſtergam. Sede hîc tu, Deus meus: veniam ad te, non ſolùm corporis ſed animi Medicum mei. O felix hora, quam exopto, quando exoriêre, vt complectar pedes Domini mei, & fruar iſtâ dulcedine! tunc mihi viuere videbor: repræſenta mihi hoc votum mi Magiſter; renuit amor, renuit tibi debitus à me reſpectus, vt ſeruus Domini obſequium admittam. *Non lauabis mihi pedes in aternum.*

Tantam demiſſionis ſegetem, quam amor Petri parturiebat, videns Chriſtus, reſpondit: *Quod ego facio, tu neſcis modò; ſcies autem poſteà.* Ioan. c. 13. Concede mihi Deus, Domine omnipotens & amabilis, vt te interrogem: Quando erit illud *poſteà*? Tam infinitæ magnitudinis hoc opus eſt, vt nunquàm Petrus, ſit licèt Eccleſię petra, penetraturus ſit intellectûs molimine celſitudinem eius, numquàm ſciet. Lotionis myſterium humano intellectu non comprehenditur. Quomodo nunquàm? dicet quiſpiam, cùm vniuerſalis Eccleſiæ baſis ſit & fundamentum futurus, principia fidei & ſapientiæ Spiritûs ſancti operâ ſtabiliturus: cùm dici meruerit à S. Gregorio, *Summitas Theologorum*; S. Greg. quin imò ipſe dicat: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*: Actor. 15. cùm & ipſe Chriſtus ſumma Sapientia aſſerat, *Scies autem poſteà*: quomodo ergò dici poteſt, quod nunquàm ſciet? Dicam vno verbo: Nunquàm percipiet Petrus operis iſtius magnitudinem. Exemplo res clarior fiet. Vides puerum innocentem, brachiolis ſuis impetum facientem in columnam templi vt deiiciat: quem pater fatigatum videns, accedit & interrogat, quid facis filiole mi? Reſpondet pro ætate ſua,

Digitized by Google

modum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Ita actionem terminat. Exordium autem Euangelici capitis promittebat nobis amoris, non humilitatis ſigna: quia antè lauandi actum præuenit nos Euangeliſta dicendo, quod cùm tranſire ex hoc mundo ad Patrem deberet, *cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* (Ibid.v.1.) Quæ enim hæc agendi ratio, amorem polliceri, humilitatem dare? Neque hoc ſolùm in hodierna contingit occaſione, verùm etiam quando mandauit tollere iugum ſuum ſuper nos, amorem ſuum nobis commendauit, ſi aſſentiamur P. Auguſtino (AVGVST.) cæteriſque SS. Expoſitoribus, ſtatimque dando ſe pro exemplo, ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* (Matth.11.) Attende Lector, quia idem eſt charitas & humilitas, initium virtutum humilitas, ſcopus earum charitas: ſumma inter has eſt cognatio, & planè neceſſaria ad Chriſti iugum ſuſcipiendum ferendumque. Superbia enim Chriſti iugum velut abiectum, inſtituto aſperũ, parum ſibi accõmodatum auerſari ſolet, & excutere hominibus, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atque transfuſa eſt. (Deus charitas eſt, Dei doctrina, humilitas.) Magnum ac arduum eſt eſſe paruum & humilem, vt niſi à tanto Magiſtro diſci omninò non poſſit. Humilitas propriè virtus Chriſti eſt, qui totus charitas eſt. Vnde nihil magis à Chriſto diſtat quàm ſuperbia, vt potè ortum trahens ex nimio perverſoque ſui ipſius amore, à vera charitate nimium quantum diſtante. Charitas enim, teſte Paulo, *non quærit quæ ſua ſunt*: amor verò proprius non contentus ſe delectare eò quòd in ſe reperit, aſciſcit ſibi & aliena, vt non tam ſe philautus amet quàm adoret. (Nihil tam Deo contrarium, quàm ſui amor atque aeſtimatio.) (1.Cor.c.13. v.5.) *Ego feci memetipſum*, ait quidam in iſto genere. (Ezechiel.29.) Et alter tumidus valdè: *Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ & in gloria* (Daniel.4.)

Digitized by Google

gloria decoris mei? Daniel. 4. Quid hoc parturiat, didicit præ reliquis ſuo malo Antiochus: qui cùm primò crederet ſe mari imperare, & montium altitudines ſuprà humanum modum ſuperbiâ repletus in ſtatera appendere, & ſydera cæli contingere, tandem ſcaturientibus de corpore impio vermibus, inuitus in has voces prorupit: *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Hac de cauſa 6. Deuteronomij primâ vice audimus mandatum ferri, Deum ſuper omnia diligendi, quod antehac aliis mandatis incluſum non ita patebat, ſed ſub generali adorationis cultu continebatur. *Non habebis Deos alienos coram me.* In iſta forma vagabatur iſtud præceptum, quoaduſque 6. Deuteronomij dicit apertiùs: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Hoc eſt, iuxtà P. Auguſtinum lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 22.

Philautiæ effectus.

2. Machab. 9.

Exod. c. 20. v. 3.

Deuteron. 6.

AVGVST.

nullam vitæ noſtræ partem relinqui, quę hoc pręcepto vacare debeat, & quaſi locum dare vt aliâ re præter Deum velit frui. Cui conformiter Victor Antiochenus in Marcum, idcircò in iſta lege repeti cor, animã, mentem, virtutem, quo hominem tanto Dei amore flagrare debere demõſtrat, vt nihil prorſùs in vllam omninò animæ facultatem irrepere ſinat quod eius erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut aliò transferat. Hinc fortè libro nomen adhæſit, vt *Deuteronomium* vocetur, id eſt, ſecunda lex: quia amor, præceptum Euangelicum eſt, & totius legis complementum: vtpotè à quo lex tota pendet & Prophetæ. Primum autem legis mandatum continet adorationem Dei, & prohibitionem idololatrię. Si ab amore Dei deſciſcimus, facilis erit deſcenſus ad idololatriam. Quomodo quis adoret, quem non amat? aut qui ſe nimiùm amat atque æſtimat,

VICTOR ANTIOCHENVS.

ad pedes peccatoris? Nequaquàm id permittam. Noſtrum eſt adorare in loco vbi pedes tui conſtiterint, vt tu contrà ad noſtros prouoluaris, curueris antè figmentum tuum, non competit maieſtati.

S. Cypr. *Simili modo*, inquit Cyprianus, *& Ioannes venienti Domino ad baptiſmum tentauit reſiſtere; ſed manſuetiùs increpatus, illicò obediuit.* Quod in animum fortaſsè reuocans Petrus, lotionis obſequium Magiſtro impendere, tolerabile iudicabat: lauari verò ab eo, & tantam admittere deiectionem, indignum; niſi periculoſa interminatio coarctaret. *Si nõ lauero te, non habebis partem mecum.* Ioan. c. 13. v. 8. Erat in Petri excuſatione zelus Dei non ſecundùm ſcientiam; hinc tam cæcâ obſtinatione Præceptori reſiſtere nitebatur, neſciens myſterij iſtius neceſſitatem, quæ in ipſius ceſſura erat vtilitatem. Tam ſępè homo vago inſtabiliq; affectu per inania diſcurrit, aduersùs torrentem brachia mouens, à quo ſecundo beneficiorum fluxu & munifica protruſione in ſalutem animæ ſuæ deſcenderet.

Surgit à cœna, ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum præcinxit ſe, mittit aquam in peluim, & poſtremùm *cœpit lauare*. Ibid. v. 4. & 5. Cur Euangeliſta lotionem Iudæ claris verbis non exprimat. Dignus mehercule eſt actus iſte, vt non tam elaboratis, quàm nudis ſimplicibuſque verbis, penetrantibus tamen, omnes eius circumſtantiæ minutim enucleentur; quò citiùs vehementiuſque rapiamur in diuinum amorem. Verùm quid cauſæ eſſe dicam, cur narratâ lotione Petri, non attingat Euangeliſta expreſſis verbis lotionem Iudæ, quæ multò clariùs Chriſti humilitatem ac benignitatem demonſtrabat? Inſolitum aliquod fuiſſe neceſſe eſt, nec myſterio vacans, quod calamus tam nobilis Scribæ attingere defugerit. Tanta eſt reuerentia Maieſtati diuinæ debita, tam ſanctum & terribile nomen

men eius, vt non ſolùm deceat obſtupeſcere ſtantibus comis & voce faucibus hærente, quando audimus garrientes & oblatrantes contra eam inimicos fidei noſtræ, qualis Iulianus, Porphyrius, cæteriq́ue gentiles & apoſtatæ; verùm etiam ipſummet quod in Dei obſequium loquimur, proferre debeamus cum tremore reſpectu, pauore admirabili. SALVIAN. *Tanta quippè* (ait Saluianus lib. 1. de gubern. Dei) *eſt maieſtatis facere, & tam tremenda reuerentia, vt non ſolùm quæ ab illis contra religionem dicantur horrere, ſed etiam ea quæ pro religione nos dicimus, cum grandi metu ac diſciplina dicere debeamus.* Timet Euangeliſta producere vltimum huius ſpectaculi actum: cumq́ue eò peruentum eſt, præteriens ſilentio quæ Chriſtus Iudę exhibuit ſubiectionis & benignitatis teſtimonia; de cæteris diffusè loquitur: ita tamen vt hiſtoriæ totius integritatem habeamus.

Cum reuerentia de Deo loquendum.

Cõſtat ex generalibus Euangeliſtę verbis & Iudę lotos fuiſſe pedes, Origenes verò, Chryſoſtomus homil. 69. & Euthymius etiam tradunt primo loco fuiſſe lotos. Neque tamen id ſcribendo, perdiderunt reſpectum iſti actui debitum: quin potiùs neceſſarium fuit ſacratum litterarum illuſtratoribus illud ſilentio non inuoluere, vt innoteſcat horror Euangeliſtæ renuentis & quaſi alij mandantis, quod ipſe per ſe efferre non poterat; ne quidem poſt Petri admirationem viuis coloribus expreſſam.

ORIGEN. CHRYSOS. EVTHYM.

Videtur autem primò Euangeliſta per abiectionem Chriſti ad pedes Petri voluiſſe præmunire viam, vt eò commodiùs deuolueretur ad Iudam. Solet Spiritus ſanctus hunc ſæpè ſtylum in Scripturis aſſumere: vt cùm narrandum eſt aliquid pœnoſũ, ne offendat retrahatq́ue aſperitas dictionis, primò quærat aliquid quod dicat guſtui & conſo-

Scriptura ſacra ſæpè læta triſtibus miſcet, ac præmittit.

Digitized by Google

conſolatione hominũ allubeſcens: ita viam ſternit ad vlteriora. Et eſt notabile ad hoc propoſitum quod narratur, Actor. 4. *vbi quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant, pretia eorum quæ vendebant; & ponebant ante pedes Apoſtolorum.* deinde narratur quomodo quidam Ioſeph, vocatus Barnabas (conſors ille fuit & comes S. Pauli) diuendità hæreditate idem præſtiterit. Tandem ad Ananiam & Sapphiram deuoluitur cap. 5. qui fraudantes de pretio agri, partem quandam afferentes, Spiritui ſancto mentiti, ſubità morte percutiuntur. Hunc triſtem ſucceſsũ narrare æquum erat: res enim ſingularis fuit, & doctrinæ plena. Quod autem Barnabas fecit, ad quid ſingulariter oportuit dici, quod illis erat commune cum aliis plurimis? cur magis de illo ac aliis mentio, cùm omnes (vt canit Arator) opes conueniunt,

Calcandumq; docet quod ſubdunt greſſibus aurum, De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ?

Actor. 4.

S. Lucas id annotauit, non quia vir illuſtris fuit, inter fideles primarius, deſtinatus à Spiritu ſancto ad euangelizandum gentibus, nec quia (ſicut Alexander Monachus in eius vita) non agellum quempiam, ſed latifundum ampliſſimum magnificis decoratum ædificiis Chriſti cauſâ vendidit; ſed quod Barnabas ab Apoſtolis ſit cognominatus, quod eſt interpretatũ, filius conſolationis, ob eximiam manſuetudinem, hilaritatẽ, ſuauiloquentiam, ſanctitatem erga afflictos & miſeros. Fuit hoc igitur à Luca inſertũ, priuſquàm acerbam Ananiæ & vxoris mortem narraret: nè amaritudine iſtâ aceſceret animus, quæſiuit aliquod ſolamen, & inuenit in Barnaba, conſolatuſque eſt ſe cum filio conſolationis, cum filio reſpirationis & refrigerij, quod placuit Eraſmo; aut eructationis, ſcaturiginis

nis, emanationis, ſicut deducit Pagninus. Idem videre licet Geneſeos 6. vbi videns Deus multam malitiam hominum & corruptiſſimos mores, tactus dolore cordis dixit: *Delebo hominem, quem creaui.* Atque illicò cùm Deus oculos vndique circum fert, ſi inueniret aliquid incorruptum; ecce *Noë inuenit gratiam coram Domino*, & incipit ſeriem eius narrare: *Hæ ſunt generationes Noë.* Necdum prolatis filiorum nominibus, redit inquiens: *Noë vir iuſtus in generatione ſua fuit, coram Deo ambulauit.* Iſtudnè pertinet ad illud quod nobis propoſuiſti? Dic nobis quot filios habuerit, & quales eorum mores. Omnia dicentur, conuenit priùs narrare Noë ſanctitatem, qui non genere, ſed iuſtitia laudatus erat; ait S. Ambroſius: *Probati enim viri genus, virtutis proſapia eſt; quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt.* Hâc iuſti memoriâ quaſi

Geneſ. 6.

Ibid. v 8.

Verſ 9.

Ibid.

Ambros.

lenicbat mœrorem Deus, quem ſententia mortis in cæteros cauſarat: hæc intentio Dei fuiſſe cernitur, eò quòd prolato vitæ eius curſu, actionumque perfectione, regrediatur Dominus inquiens: *Corrupta eſt autem terra coram Domino:* hinc *finis vniuerſæ carnis venit coram me.* Non erat hoc dictum antequàm fieret mentio de Noë? cur repetit? Non videbatur iſtud debere narrare niſi poſteà, vt ſapore virtutis amici ſui guſtato, quem mundi noui originem & ſtirpem volebat, fatale mortis edictum iam latum patientius ferret antropopathiâs, ſiue, *humanis affectibus* loquendo. Simili modo Euangeliſta noſter, vt muniat ſe ad narrandum ſtupendum Domini ſui factum, quale eſt genuflectere antè proditorem, (quem nullâ tamen obſequij arte reducere potuit, ſed quò magis benefaceret, magis efferaturus erat) Petri hiſtoriam immiſcet, ac latè ſatis proſequitur:

Ibid. v. 11.

Ibid. v. 13.

quitur; at nondum audet fari Chriſtum IESVM ad pedes illius proſtratum, qui ex Apoſtolo factus erat ſubitò dux ſceleratorũ hominum; rei tantæ ſe imparem profeſſus. O bone IESV! ô Rex gloriæ! ô Domine principatuum cæli, quò te deiecit amor noſtri! quid ibi agis Domine genuflexus? Si tibi peruerſus non compatitur, ſummum eſt quod perfers opprobrium: & ſi compatitur, maius videtur. Nam quid generoſo animo durius accidere poteſt, quàm ſeruis ſuis miſerabilem videri? ab iis miſericordiam expectare, quorum miſeriis depellendis ipſius opem implorari decebat? Conſiderauit Saluianus Dauidem fugiẽtem à facie Abſalom, & egredientem de Bahurim virum, nomine Semei, de cognatione domûs Saül, maledicentẽ mittentemq; lapides contra Dauid, & ait: *Deiectus vſque in ſeruorũ ſuorũ, quod graue eſt, contumeliam, vel, quod grauius eſt, miſericordiam, vt vel ſibi compateretur, vel maledicere publicè non timeret.* O Rex gloriæ, huccinè rerum deueniſti, vt vnus Iudas videns te ad ſuos inclinatum pedes, haberet in manu ſua compati tibi, vel illudere? Tam caro pretio emis prætenſionem ſine ſpe? Nam quid omninò hinc ſperare poteras? Quòd ſe humiliet Dauid, quòd ieiunet, quòd ingreſſus ſeorſum iaceat ſuper terram, interim dum infantulus infirmatur, parum eſt, quandoquidem dicit: *Quis ſcit, ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans?* quamuis non impetret paruuli vitam, ſpes tamen quòd forſan viuet, nõ omni planè commodo erat. Magdalena poſtquàm vidiſſet ſepulcrum Saluatoris vacuum; ad illud tamen reuertebatur, vt videret an illic eſſet Magiſter ſuus. Suppleuit amor ſpei vices: quamuis enim iam ſibi perſuaſerat quòd indè eum ſuſtuliſſent, nihilominùs illum ibi quærebat: *Eius quem ablatum*

Heroicus Chriſti actus in lotione Iudæ exaggeratur.

SALVIAN.

2. Reg. 12.

ablatum credidit, ardebat deſiderio. Non miror quòd Maria oculis ſuis non fidat; nec diffiteatur quod obtinere prætendit Dauid: atque ambo ex prætenſione eorum quæ deſiderabant multiplicēt induſtrias ſuas. Verùm Saluatori longè aliter accidit. Nec enim cum Dauid dicere poteſt: *Quis ſcit?* quia benè ſcit ſe non aſſecuturum quod intendit: nempè vt vnus ex duodecim crudelitate exutâ patientiam Domini non ſpernat, nec maieſtatem prodat tactus pœnitentiâ: Neque poteſt timere quod Magdalena de ſuis timebat oculis, cùm non poſſit iis ineſſe deceptio, aut vllum in perſpicaciſſimâ cognitione dubium. Sed tanta eſt amoris in Chriſto vehementia, vt non permittat eum operari ſecundùm illud quod ſcit, ſed ſecundùm quod deſiderat: quæ deſiderij, vt ita dicam, intemperies obligat eum vt non ſolùm emat pretenſionem fruſtrandam fructu ſuo, ſed ſummo inſuper cum dolore quòd intentum ſuum aſſequi nequeat.

2. Reg. c. 12. v. 22.

CAP. XIX.

Humilitas Petri, amoris index. Quò quis humilior, charitate Saluatori vicinior. Humilitas virtutum baſis: earum perfectio ſoror charitas.

QVIDQVID dictum eſt, obuerſabatur antè oculos Euangeliſtæ. Quamuis expreſſis verbis non referat, ita ſilet tamen vt ſimul deſignet: vt proditore non nominato, ad verticem Eccleſiæ tranſeat: *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Ioan. c. 13. v. 6. Hic autem quid? *Domine, tu mihi lauas pedes?* egon' iſti rei conſentiam? *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Ibid. v. 8. In qua Petri reuerentia erga Magiſtrum ſuum, ab eo lauari recuſantis, ſatisfactionem accipis de irreuerentia Iudæ in idem facilè conſentientis. Quamuis enim & cæteri conſenſêre, oriebatur

Quanta Iudæ impudentia, tanta Petri erga Chriſtum reuerentia.

Digitized by Google

tur horum conſenſus ex amore, qui tandem Petrum quoque renitentem eò adduxit. Nihil gratius Deo, quàm ſi amore ei ſoluatur, quod ex obedientia debetur. Cæleſtis creditor, dicit Chryſologus, totum debitum charitate compenſat. Charitatem abiecerat Iudas, veſtem nuptialem exuerat: & quod omnia ſecum trahit mandata (plenitudo enim legis eſt dilectio) è cordis ſui tabulis eraſerat, illud ipſum cor in rationum Kalendarium commutans, toto animo effuſus in pecuniarum amorem. Quantæ ergo fuit impudentiæ conſenſus Iudæ, tantæ fuit reuerentiæ reſiſtentia Petri, verecunda maieſtatis diuinæ conſideratrix. In multis magis complacemus Deo, placidè reſiſtendo, quàm ſtatim annuendo. *Numquid errauit Moyſes?* ait Ambroſius cap. 8. lib. 1. de Pœnit. *At certè quia non errauit, quod rogauit, & meruit, & impetrauit.* Probat illud ſucceſſus, quando videmus illum obtinere quod prætendit, contra id quod Deus ſe deſiderare oſtendit. Vt intelligamus quaſdam eſſe reſiſtentias quæ Deo non diſpliceant: atque ſi in aliquâ ſit nonnullum errandi periculum; cùm tamen ſupponente ſe diuino fauori humilitatis amore euacuatur, ſine Dei offenſione hoc fit per mirabilem modum, quo anima Deo conglutinata ſuæ vilitatis memor paululùm repugnat. Ita Petrus cum humili amore reſiſtit, dicens: Domine, quid opus tam alienum moliris à magnitudine tua? Tu es Deus omnipotens, ego vilis creatura: & quomodo vis vt viuam, videns te proſtratum in terram ad plantas meas. Te nuper confeſſus ſum, & modò adoro Filium Dei viui: ego in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Tu Magiſter & Dominus, ego diſcipulus & ſeruus. Tu pulchritudo infinita quæ nunquàm

S. CHRYSOLOGVS.

AMBROS.

Digitized by Google

quàm minuitur, ego deformitas ipſa, quæ indies acreſcit. Eia Domine ſurge, permitte verò mihi vt genuflectam antè pedes tuos, vt illos deoſculer, illos adorem, illos lacrymis (vt nuper mei ſimilis peccatrix) abſtergam. Sede hîc tu, Deus meus: veniam ad te, non ſolùm corporis ſed animi Medicum mei. O felix hora, quam exopto, quando exoriêre, vt complectar pedes Domini mei, & fruar iſtâ dulcedine! tunc mihi viuere videbor! repræſenta mihi hoc votum mi Magiſter; renuit amor, renuit tibi debitus à me reſpectus, vt ſeruus Domini obſequium admittam. *Non lauabis mihi pedes in æternum.*

Tantam demiſſionis ſegetem, quam amor Petri parturiebat, videns Chriſtus, reſpondit: *Ioan. c. 13.* *Quod ego facio, tu neſcis modò; ſcies autem poſteà.* Concede mihi Deus, Domine omnipotens & amabilis, vt te interrogem: Quando erit illud *poſteà*? Tam infinitæ magnitudinis hoc opus eſt, vt nunquàm Petrus, ſit licèt Eccleſię petra, penetraturus ſit intellectûs molimine celſitudinem eius, numquàm ſciet? *Lotionis myſterium humano intellectu non comprehenditur.* Quomodo nunquàm? dicet quiſpiam, cùm vniuerſalis Eccleſiæ baſis ſit & fundamentum futurus, principia fidei & ſapientiæ Spiritûs ſancti operâ ſtabiliturus: cùm dici meruerit à S. Gregorio, *S. Greg.* *Summitas Theologorum*; quin imò ipſe dicat: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*: *Act. 15.* cùm & ipſe Chriſtus ſumma Sapientia aſſerat, *Scies autem poſteà*: quomodo ergò dici poteſt, quod nunquàm ſciet? Dicam vno verbo: Nunquàm percipiet Petrus operis iſtius magnitudinem. Exemplo res clarior fiet. Vides puerum innocentem, brachiolis ſuis impetum facientem in columnam templi vt deiiciat: quem pater fatigatum videns, accedit & interrogat: quid facis filiole mi? Reſpondet pro ætate ſua,

Digitized by Google

deiiciam hanc columnam. Abi, inquit Pater; quod facis neſcis modò, ſcies autem cùm grandior fueris. Quid ſciet paruulus grandior factus? quòd non habuerit vires cùm puer eſſet, nec iam adultus habeat, ad deiiciendam ſolis viribus ſuis ingentem columnam. Ita Chriſtus ait: Vade Petre, neſcis modò quod facio, ſcies poſteà, cùm euacuaueris quæ paruuli ſunt: tunc aduertes quòd non fuerint tibi iam, neque poſteà vires propriæ ſufficientes ad comprehendendum ſublime humilitatis meæ opus: quid ſit, mundare pedes veſtros; remanere vobiſcum, & mori etiam pro vobis. *Sciès autem poſteà*, quod idem eſt atque nunquàm aſſequeris. Nihilominùs reſpectus, quo Petrus Chriſtum reuerebatur, eiuſque humilitas efficiunt vt inſiſtat, & dicat: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Cui repugnantiæ fores occludens Dominus, ait: *Si non lauero te, nō habebis* (Ioan. 13.) *partem mecū.* Timuit Petrus aduersùs vitę datorem pertinax perſtare. Sed non id timuit Paulus in c. 9. ad Roman. quãdo dixit quòd non optabat pártem in Chriſto, vt eam fratres ſecundùm carnē haberent: *Optabã ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* (Ad Rom. 9.) Neque Moyſes eſt veritus Exod. 32. vbi niſi parcat populo Deus, petit: *Si non facis, delè me de libro tuo.* (Exod. 32.) Mira res! id quod Petrus timet, & ob quod conſentit in id quod Chriſtus vult; non timuerunt illi, quin potiùs optarunt: inquit Abbas Rupertus, dolens in nullo Patrum loco iſta clariùs enodata, velut ipſi videbantur declaranda. Hinc ille ita: Quia Deus charitas, Deus humilitas eſt; cùm per humilitatem, ſiue per charitatem à Deo quiſquam procul abire videtur, miro modo quantùm à Deo quaſi recedit, tantùm illi proximus fit. Simili modo Chriſtus propinquat Petro, dum ſe ab illo

(Petrus per humilitatem à Deo recedendo, magis ad eum accedit.)

Digitized by Google

per demiſſionis verecundiam ſeparat, & volenti lauare ſubtrahit pedes, indignum ratus eorũ fœditate Magiſtrum aſpergi. Quod dum videtur efficaciter agere, non ſolùm non ipſi pedes lauandos negat, quin potiùs ſe diſponit ad offerendum ſecundâ vice & ampliùs: *Domine, non ſolùm pedes meos, ſed & manus & caput laua.* Primò renuebat quod volebat Saluator, modò plus vult quàm volebat Saluator: (*qui enim lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet*) tantum aberat vt ſecerneret ſe à Saluatore pertinaci voluntate, vt propiùs ad eum accedat; humilitate in amorem & obedientiam deſinente. Factum hoc Petri ex humilitate prognatum, quomodò eum ſeparaſſet à Deo? Via eſt recta in eum tendens. Deus ipſa eſt humilitas; *Deus item charitas eſt; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Totus Chriſtus fuit humilitas, fuit charitas: nunc illuſtriùs manifeſtat quomodo hæ duæ virtutes in vnum idemque concurrant, germanæ ſint ſorores, & tam conſtanti nodo ſibi concatenatæ, vt qui vnam habet, alteram trahat; aut qui vnam habet, non alteram, nihil habere videatur. Charitas virtutũ omnium forma, perficit totum ædificium: humilitas fundamentum eius; nec vnam ſine altero placere nequaquàm poteſt, nec eſſe; nec charitas eſt ſine humilitate, nec humilitas ſine charitate.

Ioan. c. 13. v. 10.

1. Ioan 4.

Humilitas & charitas, indiſſolubili nodo iunctæ: vna aliam trahit.

Declaremus luculentiùs, reſpondentes cuidam dubio quod offerre ſe poteſt, Euangelij textum à capite ad calcem decurrenti, ac ſuprema cum primis conferenti. Finit Saluator, dicendo ſe humilitatis exemplum diſcipulis reliquiſſe: cùm ipſe, qui Domini & Magiſtri titulo ab iis inſigniebatur, lauerit illis pedes, vt diſcant alter alterius lauare pedes: *Exemplum enim dedi vobis; vt quemadmodum*

Ioan. c. 13. v. 15.

Digitized by Google

modum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Ita actionem terminat. Exordium autem Euangelici capitis promittebat nobis amoris, non humilitatis ſigna: quia antè lauandi actum præuenit nos Euangeliſta dicendo, quod cùm tranſire ex hoc mundo ad Patrem deberet, *cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quæ enim hæc agendi ratio, amorem polliceri, humilitatem dare? Neque hoc ſolùm in hodierna contingit occaſione, verùm etiam quando mandauit tollere iugum ſuum ſuper nos, amorem ſuum nobis commendauit, ſi aſſentiamur P. Auguſtino cæteriſque SS. Expoſitoribus, ſtatimque dando ſe pro exemplo, ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Attende Lector, quia idem eſt charitas & humilitas, initium virtutum humilitas, ſcopus earum charitas: ſumma inter has eſt cognatio, & planè neceſſaria ad Chriſti iugum ſuſcipiendum ferendumque. Superbia enim Chriſti iugum velut abiectum, inſtituto aſperũ, parum ſibi accõmodatum auerſari ſolet, & excutere hominibus, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atque transfuſa eſt. Magnum ac arduum eſt eſſe paruum & humilem, vt niſi à tanto Magiſtro diſci omninò non poſſit. Humilitas propriè virtus Chriſti eſt, qui totus charitas eſt. Vnde nihil magis à Chriſto diſtat quàm ſuperbia, vt potè ortum trahens ex nimio peruerſoque ſui ipſius amore, à vera charitate nimium quantum diſtante. Charitas enim, teſte Paulo, *non quærit quæ ſua ſunt*: amor verò proprius non contentus ſe delectare eò quòd in ſe reperit, aſciſcit ſibi & aliena, vt non tam ſe philautus amet quàm adoret. *Ego feci memetipſum*, ait quidam in iſto genere. Et alter tumidus valdè: *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis mea & in gloria*

Ibid. v. 1.

AVGVST.

Matth. 11.

Deus charitas eſt, Dei doctrina, humilitas.

Nihil tam Deo contrarium, quàm ſui amor atque æſtimatio.

1. Cor. 13. v. 5.

Ezechiel. 29.

Daniel. 4.

Digitized by Google

gloria decoris mei? Daniel. 4. Quid hoc parturiat, dicit præ reliquis ſuo malo Antiochus: qui cùm primò crederet ſe mari imperare, & montium altitudines ſuprà humanum modum ſuperbiâ repletus in ſtatera appendere, & ſydera cæli contingere, tandem ſcaturientibus de corpore impio vermibus, inuitus in has voces prorupit: *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Hac de cauſa 6. Deuteronomij primâ vice audimus mandatum ferri, Deum ſuper omnia diligendi, quod antehac aliis mandatis incluſum non ita patebat, ſed ſub generali adorationis cultu continebatur. *Non habebis Deos alienos coram me.* In iſta forma vagabatur iſtud præceptum, quoaduſque 6. Deuteronomij dicit apertiùs: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Hoc eſt, iuxtà P. Auguſtinum lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 22. nullam vitæ noſtræ partem relinqui, quę hoc pręcepto vacare debeat, & quaſi locum dare vt aliâ re præter Deum velit frui. Cui conformiter Victor Antiochenus in Marcum, idcircò in iſta lege repeti cor, animã, mentem, virtutem, quo hominem tanto Dei amore flagrare debere demõſtrat, vt nihil prorſùs in vllam omninò animæ facultatem irrepere ſinat quod eius erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut aliò transferat. Hinc fortè libro nomen adhæſit, vt *Deuteronomium* vocetur, id eſt, ſecunda lex: quia amor, præceptum Euangelicum eſt, & totius legis complementum: vtpotè à quo lex tota pendet & Prophetæ. Primum autem legis mandatum continet adorationem Dei, & prohibitionem idololatrię. Si ab amore Dei deſciſcimus, facilis erit deſcenſus ad idololatriam. Quomodo quis adoret, quem non amat? aut qui ſe nimiùm amat atque æſtimat,

Philautiæ effectus.

2. Machab. 9.

Exod. c. 20. v. 3.

Deuteron. 6.

AVGVST.

VICTOR ANTIOCHENVS.

æſtimat, quomodo ſe non adoret? Atque ita, *Ego feci memetipſum*, clamat ſuperbus & ſibi plaudens Pharao. *Quis eſt Deus?* non eſt Deus, non eſt me potentior: *neſcio Dominum*. Agnouiſſet autem, amaſſet, adoraſſet Deum Pharao; ſi humilis, ſi mitis fuiſſet. Videtis igitur quàm propè coniungatur philautia ſuperbiæ: ex quo ſequitur non eſſe humilitatem vbi illa dominatur, minùs charitatem, quæ *patiens eſt, benigna eſt, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati; omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Sicut ſuperbia & philautia affines ſunt, ita germanæ ſunt humilitas & charitas. Sicut illæ bellorum ac tumultuum huius mundi, tam magni quàm parui, ſcaturigines: ita hæ pacis amantes, ac quietis, ſecuritatis, bonorum denique omnium largitrices.

Ezech. 29. *Exod. 5.* *1. Cor. c. 13. v. 4.*

CAP. XX.

Rectores ſumma decent, non mediocria: exemplo Chriſti prouocantur ad ardua.

QVANTA debeat eſſe virtus Principis, Prælati, aut Miniſtri in dignitate poſiti, quàm excellens, quàm ardua, nemo eſt qui ignorat, ſiue ob admirabilem diuinamque ſcientiam quâ hominum multitudini profutura decernere debet, ſiue ob authoritatem quæ illi apud vulgus decretis eius obauditurum neceſſaria eſt. Summa Rectores decent. Nulli humanæ perturbationi vitióve ſubiectos eſſe conuenit: tantâ deindè virtute excellere, vt inſtar ſolis cæteros vel ut ſtellarum igniculos ſuo fulgore obſcurent. Mediocritas in Regente non ſufficit. Parum eſt non præbere malitiæ exemplum, nec omninò in officio torpeſcere: ad ſumma annitatur neceſſe eſt. Debet eſſe Prin-

Princeps quaſi homo inter bruta, quaſi Angelus inter homines, quaſi ſol inter ſtellas, vt quidquid in eum proteruè, petulanter, ſuperbè fiat, fruſtrà tentetur. Nazianzenus oratione quâdam in laudem S. Baſilij, inquit eum non contentum mediocri virtute quâ adimpleret officium, verùm ipſum virtutis verticem voluiſſe conſcēdere. Cauſamque aſſignat: *Vix enim fieri poteſt, vt ad ſummū contendendo, medium aſſequatur; ac virtutis exuberantia populum ad mediocritatem pertrahat.*

S. GREGOR. NAZIANZ.

Maior eſt obligatio Prælati ad virtutē excolendam quàm ſubditi.

Ioan. c. 13. v. 14.

Non deeſt aliquis qui animaduertit in argumento iſto quod Chriſtus fecit, poſtquàm lauit pedes diſcipulorum ſuorum; *Si ego Dominus & Magiſter laui pedes veſtros; ita & vos debetis alter alterius lauare pedes*, non videri bonam conſequentiam: eò quòd maior ſit obligatio Prælati quàm ſubditi, maior illa Magiſtri quàm diſcipuli. Quare non rectè videtur concludere. Ego qui Magiſter veſter ſum feci hoc, vobis igitur idem incumbit peragere. Aliud planè ab hoc erat conſequens quod Regis Antiochi excuderunt miniſtri, 1. Machab. cap. 2. volentes ſuadere Mathathiæ vt immolaret, & accenderet thura, & à lege Dei diſcederet, dicentes: *Princeps & cariſſimus & magnus es in hâc ciuitate &c. accede prior, & fac iuſſum Regis; & eris tu & filij tui inter amicos Regis, amplificatus auro & argento.* Quid indè, niſi, Quia tantus es in Ieruſalē, priùs adimpleas iuſſa Antiochi, Iudæis omnibus præbendo exemplum? Quomodo ergo ſubſiſtit Chriſti argumentum, ſi ego Dominus hæc facio, & veſtrum eſt eadē facere; quando maior noſcitur obligatio Superioris quàm ſubditi, auctiſque donis, rationes etiam creſcunt donorum? quantò enim obligatiorem ſe quiſque conſpicit, tantò ad ſeruiendum Deo promptior debet eſſe ex munere. Audi

1. Machab. 2.

R re-

S.CYPR. reſponſum S. Cypriani de bono patientiæ ſerm. 3. Nō vult Chriſtus dicendo, *ſi ego qui ſum Magiſter veſter laui vobis pedes, & vos debetis alter alterius lauare*, iſtam elicere conſequentiam ; quam ergo? illam: Si ego Magiſter, Dominus, Deus veſter, creaturis meis hoc feci; vos ad idem obſtringamini æqualibus veſtris exhibendum. In me conſpexiſtis actum humilitatis heroicum lauando pedes, iis me incuruando, qui lutum ſunt & puluis: vos obſtricti eſtis actum exercere mediocrem, quod eſt ęqualibus veſtris pedes lauare. Dignatus eſt pedes Apoſtolorum lauare, vt dum circà ſeruos talis eſſet Dominus, exemplo ſuo doceret qualis circà compares & æquales debeat eſſe conſeruus. Quod Chriſto in votis erat in opere tam excellenti, non aliud fuit niſi vt Apoſtoli facti eius memores, mutuæ ſibi inuicem charitatis exhibere officia non deſinerent: ſupereminens hoc erat in Chriſto, ſed mediocre in diſcipulis; quod docere volebat ſimilem humilitatis actum eſſe exercendum non vt Dominus in ſeruos, ſed inter ſe conſeruis; non Magiſtris in diſcipulos, ſed inter ſe condiſcipulis. Ad quod mediocris humilitatis exemplum Chriſto videbātur trahendi, ſi ipſe heroicum & ſuperexcellens illius in ſe exhiberet ſpecimen, in quod intuerentur, & quem aſſequi non poſſent, inſequi tamen non dubitarent.

Chriſtus in lotione pedum, diſcipulis ſuis exemplo præiuit: docuitque quid illis faciendum.

Inter proprietates animaliū quæ vidit Ezechiel, vna erat quòd exirent ex illis *ſcintillæ quaſi aſpectus æris candentis*, per quod Gregorius in Tropologiâ præ cæteris ſublimis intelligit Concionatores & Eccleſiæ miniſtros, qui ſunt velut æs tinniens in ſonitu, ſed ignitum charitatis feruore, vt nō tam doctrina ſana quàm ignea ex iis prodire debeat. Ezechiel. 1. Aduerte tamen quàm ſubtili narratione penſet omnia Gregorius: *Ex metallo* S.GREG. inquit,

inquit, *ignito non tantùm elicitur ignis quantum ineſt, ſed ſcintillæ ſubtiles ſunt valdè & tenues.* Ex multiplici charitatis igne, qui in Concionatoribus ardet & Prælatis, non egrediuntur flammæ crepitantis incendij quæ animos ſubditorum depaſcant, ſed ſcintillæ tantùm amoris diuini. Non omnia noſſe myſteria regni cælorum datum eſt illis clarè, ſed obſcuritatũ inuolucris tecta, vt ardentiùs petant, ſidentiùs conſequatur. Candens æs ſcintillas proiicit: per quod innuitur, non ebullientes proſilire in Auditorum corda flammas, ſed tenues, apparentes, paruulas *ſcintillas*, quæ foueri tamen poſſunt, & concurrente Domini gratiâ gliſcere in magnũ ignem: ſed ipſos tamen Concionatores Seraphicis ardoribus ſurſum debere agi in Deum, ac totos oportere eſſe ignitos, inſtar *æris candentis.* Diuinos homines requirunt ſacra munia, cùm Prædicatores opifices ſint superni mundi: *Quis enim tot*, exclamat Nazianzenus in Apologetico, *voluntates, quot ſunt Auditores aptè concinnabit, ad reddendam Deo conuenientem harmoniam?* Audiamus & Gregorium Papam flammantia verba emittentem homil. 5. Sancti viri (dicamus Prædicatores, quales maximè ſanctos eſſe decet) quoſdam iuxtà ſe poſitos quaſi tangendo ad amorem patriæ cæleſtis accendentes, carbones ſunt: quibuſdam longè poſitis lucentes, dum eorum itinera dirigunt ne in peccati ſui tenebras corruant, lampades ſunt. O magnum onus, & Angelicis formidandum humeris, cui Eccleſiæ miniſtri ſubduntur: quod tamen tot paſſim ambiunt, quos pluſquam Atlantes eſſe oportebat! Res ardua eſt & ſublimis, ideoque Angelicam puritatem incorruptibili corpore efflagitat. Nullis conuenit, niſi quibus diuinitus ardens,

Prælati ac Doctores, charitate inflammari debent; vt eius ſcintillas in animis ſuorum excitent.

S. Gregor. Nazianz.

S. Greg. Papa.

firma, & conſtans voluntas aſpirata eſt, qui aſſilientes tribulationũ fluctus comprimere poſſint, & ſeipſis altiores gradi immobiles ſuper aquas, id eſt, populum poſiti. Neque enim tantum ſanguinem illarum animarum de manu eorum requiret Dominus, quas profligatæ vitæ exemplo perdiderunt: quin & de illis rationem ſunt Iudici daturi, quibus mediocri ſuâ vitâ parum profuere, ideoque torpidæ emarcuerint in terram proſtratæ, quas in cælum euexiſſent ſi excellẽtiſſimis virtutibus iiſdem præluxiſſent. Ita intelligo D. Chryſoſtomum homil. 34. ſuper epiſt. ad Hebręos. *Miror ſi poteſt ſaluari aliquis Rectorum*. Cur tam difficilis ſaluatio! In quo tam arcta ſiſtit difficultas? audite: *Mulierum, puerorum, virorum rationem redditurus eſt; tanto igni ſubiicis caput.* Videtis nequaquam ſufficere docere rudes ſanam doctrinam, neque ſcandalum præbere turpi & inquinatâ vitâ: ſi nihil aliud ſupereſſet, non foret tam grauis Superiorum ſaluatio, nec cauſarent Chryſoſtomo tantum ſtuporem ij qui ſe ſaluant. Inſuper igne amoris diuini ſuccenſos oportet eſſe, vt flammas euibrent, radios diffundãt, & velut Æthna aut Veſuuius bulliant internis incendij ignibus, vt ſummâ vi proſiliant *ſcintillæ* in animos ſubditorum. O homo! durus eſt Dominus, ſæuiſſimus in exigendis, metit vbi non ſeminat. Præcepit omnibus Deus vigilare, maximè autem Prælatis & Rectoribus, vt curam domûs ſuæ gerant, ne ſegneſcant domeſtici, vel hoſtes intrent, vel fures diripiant. Simile eſt illud pręceptum Pauli Actor. 20. *Attendite vobis & vniuerſo gregi &c. propter quod vigilate.* Vnde ad Deum Moyſes, Numer. 11. *Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in ſinu*

Chrysos.

Prælaturæ ſtatus periculoſus.

Actor. 20.

Numer. 11.

Digitized by Google

ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum?

Remp. regere, res ardua. Non temerè ad eam accedendum.

Permittit Deus venditionem Ioſephi innocentis, vt ſit Gubernator Ægypti & quaſi pater Pharaonis, vt patri, fratribuſque (ne fame moriantur) de annona ſufficienti prouideat. Emit illum Eunuchus Regis Putiphar: inuenit Ioſeph gratiam coram domino ſuo, præpoſitus omnibus gubernat creditam ſibi domum. Sed Ioſeph iſto munere exiguo tempore perfungetur, & paulò pòſt dolis impudicæ mulieris tradetur in carcerem, in quo triennio hærebit abſque eo quòd recordetur eius. Domine Deus, ſi ſpeciali gratiâ decoras tuum Ioſephum, benedicisq; domui Ægyptij propter eum: cur hæc tam patienter aſpicis, nec indignaris pudicum adoleſcentem in compedibus vitam trahere miſeram & afflictam? quâ prouidentiâ extollis primùm breuî pòſt deiiciendum? *Non fruſtrata fuit prouidentia Dei* (ait Philo lib. de Ioſeph) *quin potiùs conſecuta fuit cum effectu finem, ad quem diſponebatur. Quia ſicut illum reſeruabat in Gubernatorem vaſtiſſimi regni, quale erat Aegyptus, voluit priùs in domo Putiphar fundamenta iacere duraturi regiminis, velut præludium ad regnum.* Oportebat futurum adminiſtratorē Reipublicæ exerceri in rebus œconomicis: nam & domus eſt parua ciuitas, & œconomia compendiaria Reſpublica. Si Reipublicæ Præſes, vt ſit vſquequaque perfectus, amore erga ſubditos flagrare debet, omniumque domos illius diligentia defendere, non totas noctes inerti ſomno traducere, in omnem partem oculos intentos habere, omnium obſeruare conſilia & actus: Idem œconomus faciat. Aptè igitur concludit Sapiens Philo: *Qui habilis inuenitur regendæ familiæ, non inidoneum eſſe ad regni ſceptra capeſſenda facilè dicimus eundem eſſe aptum & diſpenſationi*

PHILO.

ni domeſticæ & adminiſtrationi publicæ. Quemadmodum ad eandem ſpectat artem pictoriam, ſeu ſtatuariam, formare figuras grandes & paruas: ita ad eanden prudentiam, regere communitates populoſas & infrequentes. Cùm igitur res tam ardua ſit Reipublicæ adminiſtratio; aliiſque preeſſe, non appetet illud qui ſapiet. Honos eſt, ſed & onus: quod multos oppreſſit, nullos non periculis variis expoſuit. S. Bernardus in epiſt. 237. ad Eugenium Papam: *Altiorem locum ſortitus es, ſed non tutiorem*; ſublimiorem poſſides locum, ſed & perìculoſiorem. Itaque quiſque Chriſtianus ſecum ratiocinetur, dum viderit grandes perſonas dignitate, gloriâ, æſtimatione ſublimes, in faſtigio vrbium, in vertice authoritatis emicantes: Altior es me, ego tutior te: præcedis me loco, ſed ego illum tibi præfero in ſecuritate, magiſque æſtimo hunc quàm iſtum cùm ſit minùs malum humilitas, loci mei quàm periculum tui maius bonum mea ſecuritas quàm tua ſublimitas; minor erit caſus humi incedentis, quã ex ſumma rupe propendentis. Vtinam multi capiant verbum hoc: cùm culturæ mentis, quieti, perfectioni aptiſſimus ſit ſtatus humilis, in quo intellectus, voluntas, memoria, omneſque animi affectiones depurari poſſunt meliùs à vitiorum fæce, & ad normam veritatis legiſque diuinæ conformari! Summum bonum eſt, animus fortuita deſpiciens, virtute lætus, extra metum & cupiditatem poſitus. Verùm placida fidaque tranquillitas à paucis quæritur. Inquietantis ſæculi turbines omnes amant: quidquid in rebus humanis ſublime ac magnum videtur, infra ſuos iacere pedes volunt; nihil appetunt iam, nihil deſiderant quàm in ſæculo gloriari, & quanto poſſidentium periculo! *Relinque diuitias*, inquit Seneca epiſt. 84. *relinque ambitum,*

S. BERN. Vita priuata tutior, ac magis expetenda.

SENECA.

bitum : tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum ſcit terminum: tam ſollicita eſt nè quem antè ſe videat quàm nè poſt ſe alium; laborat inuidiâ, & quidem duplici. Ad ſapientiam te dirige, tranquillimas res pete. Facit huc quod Æneas Syluius hiſt. Bohem. cap. 13. refert de Suatocopio Bohemiæ Rege, qui victus ab Imperatore Arnulpho, cùm in eremum fugiens diu inter ſanctos ſyluicolas incognitus vixiſſet; morti vicinus ſe illis tandem detexit his verbis: *Ego ſum Rex Bohemorum, qui prælio victus ad vos confugi, regiam vitam & priuatam expertus morior. Nulla regni fortuna tranquillitati eſt præferenda? hîc ſecurus ſomnus, ibi cura & pericula nullum cibum, nullum potum non amarum reddunt. Quod vita mihi Deus dedit, hîc felix peregi: in regno quicquid eius tranſactum eſt, mors ſuerius quàm vita fuit.* Et quis non memoret Phœnicem ſanguinis Auſtriaci Carolum V. Imperatorem Magnum? qui dicere ſolebat, ſe reſignato Imperio plus voluptatis in ſua monaſtica ſolitudine percepiſſe vno die, quàm ex omnibus ſuis victoriis & triumphis, quibus præ cæteris tamen felix fuit. Hæc audiuntur quidem, & leguntur: ſed in animum rarò demittuntur. Tam cupidâ honoris impetigine ſuperbi protoparentes poſteritatem infecêre, quæ nunquàm ferè à nobis tollitur, ſed acriorem ſolet excitare pruritum. Notauit S. Bernardus epiſt. 42. in verbis Centurionis, quibus ſe ſignificabat & ſubditum eſſe, & aliis imperare: *Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.* Et deindè, *Habens ſub me milites*: plus tamen æſtimauit primum quàm ſecundum. Quare cùm vtrumque referre oporteret, priùs narrat quòd obediat, quàm quòd imperet: priùs ſe ſubditum fatetur, quàm primipilum & Hecatontarchum. Signum certè dedit, ſe imperio præferre ſeruitium; non iactabat poteſtatem, quam nec

Æneas Syluius.

Matth. 8.

nec ſolam protulit, nec priorem. Hinc miratus eſt ipſe IESVS audiens iſta, non quod inopinatum atque improuiſum ſibi eſſet quod miraretur (quid enim Domino poterat eſſe inopinatum, vtpotè qui ipſam Centurionis fidem in ipſo fecerat?) ſed vt oſtenderet rem dignã eſſe imitatione, quæ raritate ſuâ admirationem meruerat. Neque ſanè vſitata res fuit temporibus Gregorij Papæ, qui de illis ita queritur: *Nunc curritur paſſim à doctis pariter & indoctis ad Eccleſiaſticas curas, tanquàm ſine curis iam quiſque victurus ſit: videntes quippè illos qui iam proprios humeros cupitæ ſarcinæ ſubmiſerunt, non ſolùm gemere tanquàm ſub onere, ſed inſuper appetere plus honorari.* Quantùm deflectimus à virtute Christi, quam nobis in ſcopum propoſuit, exemplum dando, vt ſicut ille fecit, ita & nos faciamus. Abdamus hoc in animo, reſpicientes in conſummatorem ſalutis noſtræ, qui tot tantaque pro nobis operatus, vt quemadmodùm ille fecit, & nos faciamus. Ille non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: ille regnum, cùm ſibi offerretur, repudiauit atque fugam arripuit: ille oneris ſibi impoſiti memor, cœpit priùs facere, & poſteà *docere*. Ille idem diſcipulis ſuis præcepit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona*, nempe doctrinæ conſona, non tantùm verbo & linguâ docere nos iuſſit, ſed opere & veritate, non laudes hominum ambitioſè captando, aut nobis ipſis indiſcretè blandiendo. Intentionis noſtræ finis debet eſſe glorificatio Patris, laus Dei, exaltatio Chriſti, amor Redemptoris noſtri, vt in illo æſtimetur, ametur, honorificetur Auctor bonorum omnium; Deus Pater, benedictus in ſæcula. Amen.

Gregor. Matth. 5.

TRACTA-

TRACTATVS
De venditione Iudæ.

Tunc abiit ad Principes Sacerdotum vnus ex duodecim, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Et conſtituerunt ei triginta argenteos. Ioann. 13.

PROOEMIVM.

Iudas omni gratiâ impinguatus, ſuâ peruicaciâ ſterilis, meruit exſcindi.

ARBOR *naturâ ſterilis & degener, quãuis copioſo pluuiarum imbre irrigetur, quia tamen ſuccum non imbibit vt floreat, fructũ proferre nequit. Sufficientes gratiarũ pluuiæ cælitus decidebant in Iudam, ſed arbor erat arida, firmum non habens fundum, in radice putrefacta. Arbor curâ hortulani ſtercorata, imbre cæleſti alta, & tamen infructuoſa, ad quid locum occupat? Melius eſt euelli eam, & in ignem mitti, ad minùs foco ſeruiet, vt eo congelati incaleant. Iudas arbor plantata ſecùs decurſus aquarum, in conſortio Chriſti* IESV, *fontis aquarum viuentium, tametſi diuinis irrigetur chariſmatum imbribus, non proficit: conſequens ergo eſt eradicari illam, in caminum proiici debere: vtilius erit ſi in tartaro ardeat quàm in Eccleſiâ: præciſus de terra, ſcandalum non dabit: neque perniciem adferet eius conſortium. At quæ vtilitas, quòd Iudas ſit pabulum ignis infernalis? nempè, vt huius intuitu permotus frigidi peccatoris animus incaleſcat; vt Sacerdotes digna officio graduq; ſuo peragant;*

Iudæ lapſus ad cautelam noſtram à Deo permiſſus.

Digitized by Google

gant; & qui Deo proximè appropinquant, ſancti ſint, quia Dominus illorũ ſanctus eſt; vt timeant Prælati, & quotquot in præeminentiæ faſtigio aliis dominantur: metuant denique præſumptuoſi Chriſtiani, qui beneficiis affluentes, ſterili corroſi putredine marceſcunt; timeant omnes, cùm poſſint ruere ex ſupremo gratiæ ſtatu in vallem omnis miſeriæ. Cecidit Iudas tot beneficiis Chriſti præditus; quem diſcipulum vocauerat IESVS, *Apoſtolum nominarat; quem virtute miraculorum fecit inſignem, theſaurarium habuit oblatorũ; quem neque præteriit lauando, ſed antè illum velut alios profundâ ſubmiſſione ſua genua flexit: cecidit tamen, vendidit Dominum, & cuius poterat ſanguine redimi, tradidit; mortem ſibi generans æternam: ſuâ pertinaciâ euulſus eſt, quia mundationi diuinæ non conſentiens, rebellem & contumacem animum impietate obdurauit. Miramur obſtinationem Cain, irreuerentiam Cham, fraudulentam feritatem Iſmaël, miramur proteruiam hiſpidi Eſau,*

Aggrauatur variè Iudæ impietas.

Pharaonis indurationem, ſchiſmata Dathan & Abiron, inuidiam fratrum Ioſeph, contradictionem Core: miramur idololatriam Aaron & populi ludentis, Saülis ſuperbiam: miramur Abſalonem perſequentem Dauid patrẽ: miramur vtriuſque populi inclytos & plebeios, obſtinatè turpiterq́; delinquentes: ſed peccatum Iudæ, quod Chriſtus tantâ diligentiâ conatus fuit impedire, admirando ſtupore omnes penitùs percellit. Miratur hoc Hieronymus ſuper caput Iſaiæ 28. ad verba illa, Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim: Et erit flos decidens gloriæ eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium. *Vel* Super verticem Gethſemani, *iuxtà Septuaginta, Iudam indicantes, qui tanquàm flos de Apoſtolicæ gloriæ faſtigio in valle Gethſemani, vbi Chriſtum prodidit cohortibus, deturbatus eſt. Ebrius autem & vinolentus proditor appellatur, non vino, ſed auaritiâ, veneno aſpidum inſanabili. Eum autem florem, qui de tanta gloriæ vertice delapſus cecidit,*

S. HIERONYMVS. *Iſaiæ 28.*

cecidit, præcoci ficui perſimilem eſſe, inquit ibidem Propheta: quæ adeò primò intuentis oculos allicit, & guſtum prouocat, vt quis non priùs eam attrectare & digitis experiri velit an delicata ſit, quàm deglutire & in ſtomachum mittere. Extimularat diu aſtu auaritiæ plurimarumq́ tentationum aſſultu diabolus proditorem Iudam, & tanquàm groſſum præcocemq́ ficum mollem & maturum reddiderat proditioni. Vbi primùm igitur de Apoſtolatûs cacumine tanquàm è celſa ficulnea deiectus eſt, è veſtigio vulpis in morem diabolus celeritate admirabili arreptum abſumpſit: poſt buccellã enim, teſte Ioanne, intrauit in eum Sathanas; tunc autem penitùs deuorans deuoratus eſt, inquit Dalmata. Audeo dicere, hac calamitas & miſeria tam breuî percuſſit proditorem, quàm vulpes ficum comeſt, *vt terſè ait Comicus. Sunt & hodie nonnulli, qui in concepto malo, Iudæ damnati ſectantur irreconuerſo pede veſtigia, vt omnis ars ſuauiter eos reducendi argumentis nullis præualeat. His ſanè timoribus configenda ſunt hominum corda, angendæ mentes; his ſunt aculeis compungendi animi, ne cum Iuda deſcendant in profundum malorum, & contemnant redire ad Deum, qui omnes errantes piis atq́ue miris modis reuocare non deſinit.* Abiit ad Principes Sacerdotum. *Abiit, & vendidit Deum triginta argenteis. De hac probroſa venditione quam fecit Iudas, & de alterâ quam peccator facit, leni voluptatis illecebrâ ineſcatus, iam acturi ſumus. In conſpectu ſtamus Chriſti, viui gratiarum omnium fontis: irrigare dignetur noſtros hoc rore animos: hæreat hîc mens, ne abeat à præſentiâ Domini ſui, à quo receſſit infelix Iudas. Obtinebimus pluuiam gratiæ ad proferendos fructus bonos ac maturos, vbi mediatricem Dominam Virginem rogantes, eam Angelico* Aue *humiliter ſalutauerimus.*

CAP. I.

Manſuetudo Chriſti erga Iudam, quale nobis documentum.

CHRISTVS, Iudæ ſalutis cupidiſſimus, vt quouis modo eum à ſcelere reuocaret quod in Dominũ machinabatur; vt conſtaret ſe non circumuolutum, ſed volentem, ſcientem, prudentemque mori; diſcipulis dicit: *Quia vnus veſtrûm me traditurus eſt*, hoſtibus ſcilicet meis. Perſonam nebulonis ſupprimit, vt eius nomini adhuc parcat, inquit Hieronymus, & hac lenitate pœniteat eum facti ſui, cùm ſua conſilia perſpecta cernat. Verbis indefinitis, non nomine indicat perfidum, ſi fortè reſiliat: documento nobis, non expedire quempiam malum coram multis prodere, ſi tibi ſoli eſt cognitus. O ❘ pimia Saluatoris patientia, ſecum in menſa & in eadem paropſide ſuſtinentis proditorem! O effrontem Iudæ & obſtinatam audaciam, ad menſam eius, quem tradere diſponit, accedere non erubeſcentis! Hæ ſunt artes, hi mores deteſtandi filiorum huius ſæculi, tenebrarum harum; dolos tegere, quo certiùs noceant: at num quis Deum fallere poteſt? Vndique tenêris, Iuda: pellucent pectoris tui arcana: nihil ſolem iuſtitiæ latere poteſt.

Matth. c. 26. v. 21.

HIERON. Cur Chriſtus Iudam non nominauit?

Verùm alij diſcipuli *aſpiciebant ad inuicem hæſitantes*, id eſt, conſternati, (ſemimortui, vult Chryſoſtomus) primùm ob tanti ſceleris immanitatem; tum quòd de ſe quiſque eſſet anxius, ne vel facinoris iſtius reus ab aliis crederetur, vel ex humana fragilitate etiam reus fieret. Vide diffidentiam ex propriæ fragilitatis cognitione, & humilitatem Apoſtolorũ; qui nullius criminis aduerſùs IESVM ſibi conſcij, magis tamen Chriſti dictis quàm ſuæ fidunt conſcientiæ:

Ioan. c. 13.

CHRYSOS.

Oſtenditur quod oporteat ſibi diffidere.

Digitized by Google

HIERON. THEOPHYLACT. tiæ: quod notant Hieronymus ac Theophylactus. Ad mala & peiora poſſe quemque mutari, quis dubitet? Quiſquis homo eſt, perſuadeat ſibi, neminem adeò bonum eſſe, quin illicò malus fieri poſſit, ſi viribus ſuis permittatur: & quod non hodie, cras fortè *in foribus peccatum aderit.* Ideoque Apoſtoli de ſeipſis anxij, de Saluatoris verbis certiſſimi, cœperunt Matth. c. 26. v. 22. ſinguli dicere: *Numquid ego ſum Domine*, in quem tantum ſcelus cadere poſſit? Quaſi dicant: Manifeſta, quæſo, me mihi; manifeſta omnibus illius ſcelerati nomen, vt cæteri à metu & ſuſpicione liberemur. Tacet hîc Iudas, ſceleris conſcientiâ territus; neque in ſimilem vocem prorumpere audet, moribus diſſimilis. Mitiſſimus tamen Dominus impium non auerſatur, ne criminis concepti cauſam aliqua ei præberet offenſio; tum vt propiùs tangeret proditoris animum, ſceleris mentione

Iudæ obſtinatio: & contrà Chriſti in eum benignitas.

factâ, tacito tamen nomine; tum vt doceret, etiam ſæuituros in nos inimicos diligere. Vnde nec apertis conuitiis, nec aſperis verbis in eum inuehitur: perfidiam non exprobrat palàm, ſed intimam pulſat Iudæ conſcientiam per illa: *Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet.* Matth. c. 26. v. 23. Non fuit hoc ſignare Iudam, quia omnes poſuerant manum in paropſide, ſed tantùm exaggerare ingratitudinis crimẽ. Nam quòd aliqui putant hîc paulò clariùs proditorem expreſſum eſſe, eò quòd, cùm plures eſſent paropſides, Chriſtus de illa loqui videtur è qua ipſe & aliquot viciniores veſcerentur; id aliter ſe habere, patet ex Marco, qui dicit: *Vnus ex duodecim,* Marc. 14. *qui intingit.* Neque placet quod Hieronymus aliique HIERON. nonnulli putant Iudam propriè expreſſum, quòd ex impudentia auſus eſſet ſolus cum Domino intingere: quia Petrus non tam ſollicitè poſteà vrſiſſet vt

proditorem ſciret, Ioan. 13. Statim verò ſubiungit
Ioan. 13. Chriſtus: *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Væ*, æternam in Scriptura ſacra pœnam ſignificat. De ſeipſo tanquàm de alio Chriſtus loquitur, & dicit:
Matt. c. 26. v. 24. *Filius quidē hominis vadit* &c. Tota Scriptura grauida erat Chriſto, eiuſque myſteriis. Ne tamen glorietur proditor quaſi re benè geſtâ, & impletis per opus
Ibid. ſuum Scripturis, ait: *Væ illi, bonum erat ſi natus non fuiſſet homo ille*, quàm non ſortiri ſcilicet finem ad quem creatus eſt, nempè Deum & beatitudinem, ſed perpetuâ damnatione puniri. *Væ*, dicit illi Chriſtus, nimirùm vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia, vt vel ſic animam eius lucraretur. Non cupiebat effugere mortem, ſed animam Iudæ non perdi deſiderabat pius Saluator: quamuis pro humano genere mori vellet, nolebat tamen de morte ſua quemquam contrahere peccatum, aut incurrere æternum exitium.

Erectus ergo iſtâ ſupplicij damnatione Iudas, ſentienſque facilè ſe notari; nè longiori ſilentio prodere ſeipſum videretur, vt audaciâ bonam mentiretur conſcientiam, inſigni impudentiâ rem diſſimulans, rogat: *Nunquid ego ſum Rabbi,* *Matt. c. 26. v. 25.* de quo hoc ſuſpicaris? Perſuaſus videtur fuiſſe IESVM, quâ erat humanitate, non eſſe hoc palàm ei obiecturum; vel ſi obiiceret, ſe palàm negaturum, atque ita velut atroci iniuriâ opportunè ſe poſſe proripere, vindictæque ſpecie proditionem effectam dare. Frontem perfricare ſtatuit, qui mentem habebat induratam: ſimulat tamen quàm diu poteſt, ac fictâ voce rogare audet: *Nunquid ego ſum Rabbi?* Vide reprobam animam, vide animam deprauatam, quæ vocem aſſumit innocentis, *Iudæ fucatus animus.* cùm nocendi habet affectum: ſuſpicionē auertere conatur verbis, ipſum flagitium

gitium gerit in animo: eò vult videri fidelior, quò in corde perſiſtit iniquior. Et notandum, quod cæteri diſcipuli dixerunt: *Numquid ego ſum Domine?* Iudas autem: *Numquid ego ſum Rabbi?* Illi pro Domino habent & confitentur: Iudas volens excutere iugum obedientię Chriſti, *Magiſtrum* vocat; vt Phariſæi, Scribæ, Sadducæi, omniſque illa ſerpentina colluuies. Ergóne vis fugere, Iſcariothes, à Dei conſortio in aliena caſtra? & cuius dominium hactenus probaſti; nunc improbare? quem ſuprà hominem nuper conſpexiſti, honoraſti, coluiſti; iam vulgari Magiſtri tantum titulo inſignies? Subterfugies obedientiam Dei, illique quod habet ſupremum in te omneſque ius denegabis? In furcã deuenies Iuda, morte peſſimâ morieris. Non mouent iſta iniquum, qui peſſimum iam ſcelus animo deſignarat, vt Phariſæis & Pontificibus Magiſtrum tradat; vtque anſam calumniandi illum habeat, vrget Magiſtrum, dic, dic, ait: *Numquid ego ſum Rabbi?* Quâ tam peſtilenti proteruiâ non irritatus manſuetus Dominus, eius adhuc nomini parcit; ne aduerſùs Iudam tumultus inſurgeret, ferunteſque in amore IESV diſcipuli impium trucidarent. Dicit itaque ad pertinacem eius inſtantiam Chriſtus: *Tu dixiſti.* Eſt iſta Hebræis familiaris affirmatio, vt patet Matth. 26. v. 64. vbi Cayphas eâdem phraſi vſus eſt. Ioannis quoque 18. eodem modo Chriſtus, dicens Pilato: *Tu dicis, quia Rex ego ſum*, affirmat ſe eſſe Regem: qui modus affirmandi modeſtus eſt, ſine arrogantia loquentis, ſine offenſione colloquentis. Hîc ergo expreſſit quodammodò proditorẽ: ſed ita tamen, vt non animaduerterent adhuc diſcipuli, fortè quia ſubmiſſiùs loqueretur, quod ſuſpicatur nobiſcum Auguſtinus initio lib. 3. de conſ. Euang. Vnde tunc videtur Petrus à Ioan-

Chriſtum alij diſcipuli Dominũ vocant; Iudas, Magiſtrum.

Matth. 26.

Ioan. c. 18.

AVGVST.

à Ioanne nutu poſtulaſſe, vt peteret quis eſſet? de quo *Ioan.13.* Ioannis 13. & mox data eſt Iudæ buccella. Meritò autem obſeruat hîc Chryſoſtomus *Chryſos.* tolerantiam Domini; qui, eum nec obiurgans, nec crimen exprobrans, terminos nobis ac regulas tolerantiæ & obliuionis fixit iniuriarum.

CAP. II.

Timor pœna, ſeruilis: de culpa conceptus, ſummo bono aduerſa; filialis.

QVARE autem non legitur locutus Iudas, quando alij diſcipuli? quia tunc ſolùm tractabat Chriſtus de culpa: *Vnus autem veſtrûm me traditurus eſt.* *Matth.c.26. v.21.* Quo audito diſcipuli reliqui, maiorem ex culpæ timore percipientes dolorem, quàm ſi pœnarum in illos gehenna concurreret, toto animo côturbati ſunt. O contingat hoc etiam nobis, nè tam leuiter in peccatum præcipitemur: dicamuſque cum pudico Ioſeph: *Quomodo poſſum hoc facere, & peccare in Deum meum?* *Geneſ.39.* cuius maieſtas omnem meretur reuerentiam; cuius pulchritudo & bonitas omnem omnium creaturarum amorem exigit; *Ob Dei bonitatem à peccatis eſſe abſtinendû.* cuius tot extant in nos beneficia, cui acceptum referre debemus quidquid boni in corpore animòque habemus: in quo mouemur, & ſumus: ex quo in omnibus dependemus: à quo bona omnia expectamus, tam in præſenti vita quàm in futura. Non his immorabatur Iudas, *non eſt Deus in conſpectu eius*, inquinatæ erant viæ illius, euerterat ſenſum ſuum, & declinauerat oculos vt non videret cælum. *Pſalm.10. v.5.* At loquitur tamen: verùm non priùs, quàm pœnarum metu, veluti flagris oſtenſis, excitatus. Vt ſeruum ſe oſtendat, non filium Dei; auditâ pœnâ quam Chriſtus ingeminat, *Væ homini illi* &c. loquitur: Sûmne ego Rabbi? Infamis proditor! Nonno

ne tacuiſti quando cæteri loquebantur? Tacui, reſpondet, quia tunc loquebatur Magiſter de culpa, quam non curo. Heu miſeri ad quid deueniſti? Quando loquitur de pœna, tunc tandem prorumpis? Infelix anima, quæ parui pendit culpam, & ſolam æſtimat pœnam! Non ita nos docet Scriptura & Sancti. Vnum

S. Ansel. audiamus Anſelmum, illud D. Virginis delicium: *Si hinc peccati horrorem, indè inferni dolorem corporaliter cernerem, & neceſſariò vni eorum immergi deberem; priùs infernum, quàm peccatum appeterē.* Auertat Deus, vt anima Chriſtiana perueniat ad talem ſtatum, vt ſolam pœnam æſtimet, culpam nihili pendat: quia iam tunc Deus ſubtrahit ſe prorſùs ab illa, quod vltimum eſt malorum: *Væ eis,*

Oſeæ 9. *cùm receſſero ab eis.* Vbi obſerua: non idem eſſe ſeparari animam à Deo, & Deum ab anima. Quando anima peccatum admittit in Deum, quamuis ab eodem auertatur, nihilominùs non ſtatim ab illa planè auertitur Deus, quamdiu ſcilicet gratiam non negat reſurgendi, quamdiu obuiat fugienti, & errantem reuocat in viam iuſtitiæ. Quando autem Deus planè recedit ab anima, eamque derelinquit, *Væ eis cùm receſſero ab eis*; iſta eſt extrema infelicitas. Recedere autē incipit à nobis Deus, cùm eius magnitudinis & bonitatis (quibus charitas exſtimulatur) à nobis recedit memoria: cùm in peccatum propendentibus, non ſuccurrunt eius in nos collata beneficia: eius infinita maieſtas, pulchritudo ineffabilis, bonitas inexhauſta: quibus permoti peccatum deteſtemur, vt Deo aduerſum & inimicum. Quæ tamen nemo in diſtortum ſenſum trahat, quaſi conſiderationem pœnæ, vel inferni non velim eſſe actum probatum & referibilem in Deum: abſit. Sed vt fuga peccati planè perfecta ſit, vlteriùs eſt

Deus quando ab homine recedat.

Digitized by Google

aſſurgendum. Solùm pœnę timorem, actum æſtimo ſeruilem: verendumque eſſe, nè ſi in illo ſiſtamus, recedat planè à nobis Deus, vti olim à Saule, pro quo deprecabatur Samuel: ad quem Deus: *Vſquequò tu luges Saül, cùm ego proiecerim eum?* Quare autem deſpexit Saülem Dominus? Legite ſacram Regum hiſtoriam. Mittitur Saul à Domino ad delendum funditùs Amalec: *Percute Amalec, & demolire vniuerſa illius; non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum, & aſinum.* Abiit Saul, pepercitque Agag & optimis gregibus ouium: & vniuerſa quæ pulchra erant, noluerunt ille & populus diſperdere ea, quidquid verò vile fuit & reprobum, demoliti ſunt: erexitque ſibi Saül fornicem triumphalem. Miſſus Samuel à Domino, exprobrat ei inobedientiam, dicens: *Pro eo quòd abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus.* Fatetur culpam Saül: *Peccaui, quia praeuaricatus ſum ſermonem Domini.* Quid hîc expectas, quod ipſi reſpondeat Propheta? Audite: neſcio an magis tragica verba in tota reperias Scriptura: *Porrò triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur.* Si peccaſti, Saül, tanquàm ſuperbus falſuſque triumphator, verus triumphator in Iſraël tibi non parcet, neque flectetur tuâ, quam præ te fers, pœnitentiâ: *Pœnitudine non flectetur.* Quid hoc rei? Deus, cuius natura bonitas eſt; homine peccatum ſuum agnoſcente ac damnante, in ira perſiſtet? non lacrymis expugnabitur? non precibus mollietur? *Triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur?* Quomodo iſtud? Quando Dauid duplici grauiſſimoque ſcelere ſe obſtrinxerat, auferendo vxorem ab Vria Hethæo, ipſi vitam; excitat Deus Prophe-

1. Reg. 16.

1. Reg. 15.

Peccati remiſſio verâ contritione parauda eſt.

1. Reg. 15. v. 29.

Digitized by Google

Prophetam Nathan, vt Regem ſceleris ſui arguat. Dauid ſub parabola à Nathan propoſita in ſeipſum ferens ſententiam, in hæc verba prorupit: *Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui hoc fecit.* Intulit illicò Nathan: *Tu es vir ille*: cumque multa Regi minatus eſſet, dixit Dauid ad Nathan: *Peccaui Domino.* Cui è veſtigio reſpondet Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatũ tuum.* Quomodo ignoſcit Deus Dauidi dicenti: *Peccaui*: Saulem damnat non minùs dicentem; *Peccaui*? Ego dicam, ait Magnus Auguſtinus, *quia in ſimili voce diſſimile pectus erat.* Dauid dixit, *Peccaui*, ex animo dolens quòd Deum offendiſſet, qui vnxerat eum in Regem, domum Domini ipſi dederat, vxoreſque eius in ſinu illius, dederatque ei domum Iſraël & Iuda; & ſi hæc parua reputaſſet, maiora adiecisset. Tantam clementiam Dei (qui inſuper de laqueis mortis eum

2. Reg. 12.

Ibid. v. 7. 9.

Ibid. v. 13.

AVGVST.

ſæpè eruerat) ruminans Dauid, humiliato ſpiritu, contrito corde, abſque eo quòd aduerteret ad pœnas quas ei minabatur Nathan, magis ſentiens offenſam quam commiſerat, quàm pœnas quas promeruerat, ingemuit dicendo: *Peccaui Domino.* Offendi Deum, offendi Dominum infinitæ bonitatis & magnitudinis, *Peccaui. Dele Domine iniquitatem meam*; dele; ex animo enim dolet; *quia peccaui tibi*; vt mox Pſal. 50. interpretatus eſt. Saül verò quid? idem ille verbum protulit, *Peccaui*: ſed quo animo? non ex dolore, quem propter offenſam Dei debuiſſet elicuiſſe, ſed ex formidine pœnę, timẽs regio nomine ac ſtatu exui. Dauidi proponit Nathan pœnas & caſtigationes, quas luiturus eſt: *Quia feciſti malum in conſpectu Domini, non recedet de domo tua gladius in ſempiternum; ſuſcitabit Dominus ſuper te malum.* Non iſta ſunt tamen quæ concutiunt eius animum, quæ mentem dolore

Pſal. 50. v. 3.

Pſal. 40. v. 5.

2. Reg. c. 12. v. 10.

Digitized by Google

lore lancinant: offenſa Dei ſatis ei grauis videtur & luctuoſa, ac perennibus lacrymis deploranda. Ob hanc igitur ingemiſcebat, ob hanc lacrymis ſtratum
Pſalm. 118. ſuum lauabat. *Exitus aquarum* (dicit alibi) *deduxerunt oculi mei, quia nō cuſtodierunt legem tuam.* A Saüle non extrahit verbū; *Peccaui*, dolorem offenſæ: caſū regni ſui, iacturā honoris formidat, de eo magis ſollicit⁹ quàm
1 Reg. c. 15. v. 29. læſione Dei hinc ait: *Peccaui; ſed nunc honora me corā ſenioribus populi.* Vides diſcrimen? Iuſte ergo illi intonat
Ibid v. 29. Samuel: *Porrò Triumphator in Iſraël non parcet, neq; pænitudine flectetur*, quia Deum non æſtimas læſū, ſed damnis commoueris quæ tibi impendere vides: vna te regni cura torquet iam iam in partes ſcindendi: ſecurus de Deo offenſo; honorem tuū quomodo retinere poſſis, tantùm ſollicitus es.

Iam verò conferamus Iudam cum aliis diſcipulis. Tractante Chriſto de peccato traditionis, ille ſecurus cœnæ indulget, hi conturbantur: ille nil ſuâ referre exiſtimat, hi pro ſe quiſque ſolliciti ſunt: ille tacet, hi ſummâ animi mœſtitiâ & anxietate Magiſtrum interrogant: *Numquid ego ſum Domine?* Matth. c. 26. v. 22. Verùm poſtquàm de pœnis traditori paratis iniecta mentio eſt; ſtimulo aliquo tactus eſt Iudas, neque tamen compunctus: vt non ſolùm ſeruili ſe ingenio eſſe oſtenderet, ſed furciferum, & plagitribam. Longè ab eo diſtabat Regius Pſaltes adhuc liber à pœnis, quia ſolùm abhorrebat culpam, tam lacrymabiles poſtmodùm Pſalmos concinuit, inter cæteros quinquageſimum: *Miſerere mei Deus* Pſalm. 50. *ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* Quid ita mœrore tabeſcis? quid fles inſolabiliter? nónne tibi iam remiſſum eſt peccatum, Rex ſancte? *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* Verum quidem: ſed ſi forſan tunc dolor meus ad pœnam quoque reſpexit, nec in ſola

culpa

culpa ſubſtitit; ingenuè, & vt filium decet, Deum me offendiſſe deplangam; non quòd habeo hîc Nathan qui mihi minetur, nec pœnas quæ terrorem incutiant: nec refugio eas, aut auerſor, ſuſcipiam gaudens: ſolùm reuoluo offenſæ culpam quæ me affligit, culpam quæ me torquet, culpam in cuius fœditate fui obuolutus, culpam quæ in me computruit, culpam quæ ſupergreſſa caput meum, ſicut onus graue grauata eſt ſuper me; de illa doleo, dolebo, & clamabo, ſemper: *Miſerere mei Deus.*

CAP. III.

Iudas ob vnguenti profuſionem irâ ſuccenſus, ſtimulante auaritiâ molitur proditionem; ſeparatq; ſe à Chriſto, cui adhærere bonum eſt, quem derelinquere æterna perditio.

Matt. c. 26. v. 14. TVNC *abiit.* Abiit ſcilicet, non tractus eſt, non expulſus eſt, ſceleris concepti machinator: nullo incitante, nullâ neceſſitate abiit; ſed ſponte ſuâ, ſolâ incitâte auaritiâ. *Tunc abiit*, poſtquàm ſcilicet illa nuper peccatrix, illa Magdalena amore æſtuans, charitate ſollicita, quidquid balſami ſupererat ex illis pigmentis & vanitatibus, quibus olim ad delicias ſuas vſa fuerat, in Domini recumbentis caput liberali manu effudit: *Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput eius recumbentis.* Matth. 26. Cuius cùm tanta eſſet fragrantia, vt *domus impleta fuerit ex odore vnguenti*; & mulieris factum Chriſtus ipſe laudaret: ſoli Iudæ odor ille diſplicuit. Ioan. 12. Vnde fremit, & indignatur: *Vt quid perditio hæc?* Matth. c. 26. v. 8. Non perditur ſanè, quod Chriſto Domino impenditur. Cur igitur frendet, cur indignatur? quia nempè dolebat huius balſami pretium ſibi ereptum. Auaritia eum ſtimulabat, torquebat, vrebat: quam vt palliaret, in bonum mulieris opus inuehitur. Vnde diſcere poſſumus, bona etiam

Bona opera impiorum maledicentiæ ſubiecta.

etiam & ſancta opera non ſubterfugere improborum maledicam linguam. Soletur ſe itaque Religioſus, gaudeat virtutis & ſanctitatis ſectator, dum viderit ſe ob Deo placentia facta ludibrio ab inuidis haberi, & vitio verti ab impiis, quod eſt in ſe probatiſſimum. Gaudeat, inquam, cùm videt opus tam pium, ipſius Chriſti ore laudatum, à nefario tamen proditore carpi.

Improbum Iudæ de profuſione vnguenti iudicium.

Incenditur igitur indignatione Iudas, atque in hæc ferè verba prorumpit: Eſtne poſſibile quod talis permittatur, inutilis videlicet, effuſio? Nemo eſt in Apoſtolico Collegio, qui prodigam conetur impedire fœminam? Nemo murmurat? Nemo remedium adhibet? Balſamum tantiùs pretij ita effundetur? Nemo loquitur: Saluator illud laudat: *Bonum opus operata eſt in me.* Quid hoc? Neminem iſta tangunt, nullum mouent? Itáne nos Apoſtolos, qui omnia dereliquimus, decebit voluptuari, deliciis affluere, vnguenti odore recreari? Sardanapalos iſta decent & Cleopatras. Qui ſtacte & croco vtuntur, in domibus Regum ſunt. Seruos Dei ſquallor ornat & horrida atque incompta cæſaries. Quid Scribæ & Phariſæi de Magiſtro noſtro dicent? an non anſam habent calumniandi tam delicatum Doctorem? Egregius ſanè præco, qui cùm ſuperflua præſecare doceat; diuites aſſerat difficulter in regnum cælorum ingreſſuros; volucribus cæli nidos habentibus non habere ſe vbi caput reclinet paullò antè dixerit; nunc delicias appetit, nunc nardo ſpicato & liquoribus delibutus apparet; omnis priùs voluptatis inſectator, nunc luxum & profuſionem amat. Vah ſcandalum! Vah hypocriſin!

Matth. c. 26. v. 10.

Atque hæc quidem in ſpeciem pulchra, ac primâ fronte alicui à veritate non multùm abſona videri poſſint.

ſint. Et fortaſſis hoc Euangeliſta Matthæus indicare voluit per iſta verba, *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt*. Quaſi nonnullis ex Apoſtolis hoc Iudâ murmur inchoante, iſta vnguenti profuſio diſplicuerit. Verùm vt admittamus & reliquos diſcipulos indignatos fuiſſe, alia tamē illorum mens fuit, alia ſcelerati proditoris. Hic enim murmurabat inſtigante auaritiâ, quia ſcilicet atteſtante Ioanne *fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat*; commodis ſuis ſtudebat, ac parando peculio, ex quo aliquando ſeparatus à Chriſto viueret. Reliqui verò ſyncero animo tangebantur pauperum curâ, quam à Magiſtro didicerant: vtpotè quem non deliciis huiuſmodi, ſed frugalitate & miſericordiâ in egenos capiſcirent. Vtrumque ſenſum ſuggerit S. Auguſtinus lib. de conſ. Euang. cap. 57.

AVGVST.

Cur Chriſtus Iudæ infido & auaro loculos crediderit.

Sed alia hîc mihi difficultas ſuboritur. Si Chriſtus præſciuit Iudam fore furem, cur marſupium commune fidei eius credidit? Quòd inter Apoſtolos eum receperit, tranſeat: illud erat immenſi eius amoris indicium. Sed cur eum conſtituit diſpenſatorē, quem ſciebat infidelem? Illibenter me in ſalebroſas huiuſmodi quæſtiones immitto. Reſpondeat pro me Chryſoſtomus in homil. ad popul. Antioch. Videatur quoque Ianſenius Iprenſium Præſul in commentariis ſuper Ioannem cap 13. v. 18. Iudas mente auarus erat, pecuniis inhiabat, auro ac nummis delectabatur. Dentur igitur ei loculi, quibus ſe oblectet; committatur ei marſupiū; nè fortè per malas artes & furta animi ſui libidinem explere ſtudeat. Deus Optimus Maximus ſæpè ſuâ ineffabili miſericordiâ præuenit damna & laqueos, in quos anima caſura eſſet, & illos amouet, nè peccet. Vxorem ducet aliquis ſtudioſus, litteraturâ inſignis, qui

CHRYSOS.

Dei in diuertendis peccandi occaſionibus in hominem miſericordia.

Digitized by Google

qui ita gnauiter feliciterque ſtudiis incubuit, vt cæteris commilitonibus ingenij ac doctrinæ palmam præripuerit. Mirabuntur omnes, atque ſecum indignabuntur tam præclarum ingenium, ac plurimùm Eccleſiæ ac fidelium inſtructioni profuturum, coniugij vinculis illigari. Sed pauci conſiderant hunc fortaſſe ſtatum ſaluti eius magis conducere; vt qui mollis fluxique animi ſit, & in libidinem propendeat. Si Eccleſiaſticus foret; iſti diuino ſtatui per enormis vitæ remiſſionem maculam inureret. Melius itaque ei eſt nubere, quàm vri. Præſtat bonum eſſe in ſæculo, quàm vitiis deditum qui ſæculo ſe renunciaſſe profitetur. Virginem aliquam formoſam Deus variolis permittit turpari, nè oculis & ſpecie ſuâ ſe alioſq; perdat. Alteri dens euulſus eſt, deperiit oris pulchritudo, nè ſibi aut aliis nimiùm placeat. Ruit nobilis Eques inimicum perſequens, luxato coxendice tibiam diſtortam reportat: ſciebat Deus iniurias, quas in perniciem animæ ſuæ eſſet æmulo illaturus. impedit Deus nè quis Epiſcopatu, aliáve inſigni dignitate potiatur, præuidens adminiſtrationis incuriam, animarum ruinam. Atque ita multis ipſe conſulit, qui id non expendentes vel Deo obſtrepunt, vel aliis cauſis iſta aſſcribunt, quæ à recondita ac ſuaui Dei prouidentia fluunt. Simili modo eadem Dei benignitas præuenit quodammodo malitiam Iudæ. Qui cùm ad furta pronus eſſet, ac ſitiens pecuniarum; vt auertat eum à maiori malo; committit ipſi pecunias, vt vel ſic langueat earum amor.

Sed tam immoderata eſt Iudæ cupiditas, vt nullis nummis exſaturetur. Hinc videns profundi balſamum pretioſum, murmurat, indignatur: Et, quod peius eſt, auaras ſpes virtutis laruâ tegere conatur. *Quare hoc*

Iudæ auaritia & hypocriſis.

Ioan. c. 12.

hoc vnguentum nō vaniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? Ita quidem pulchrè in ſpeciem, Iudas; ſed reuerâ intus in animo dolens fraudatam dolo triginta denariorum burſam ſuam. Quid ergo molieris Iuda? iuſto videris furore percitus. Mira, inquit, nec vſitata animo deſigno. Non ſuſtinebo perditionem hanc. Si Magiſter meus inſaniat balſamo delectatus: ſi bonum illud opus aſſerat, quod nemo mecum non redarguat; perdam eum: & ſi vnguentū illud vendere prohibeor, illum ipſum vendam. Ad loculos meos pretium iſtud redire debuerat. Cur numos interuertit, qui marſupium credidit? Trecentos illos denarios mihi corpore ſuo exſoluet. Luat ille potiùs in cute, quàm vt diſpendium patiar in ære.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Matth. c. 26. v. 14. *Tunc abiit ad Principes Sacerdotum.* Quando abiit a poſt maturum iam auaritiæ ſcelus, diu antè deliberatum. *Cùm diabolus immiſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotha*, inquit Euangeliſta. Ioan. c. 13. v. 2. Quod ingenioſè illuſtrat Præſul Rupertus. Rvpert. Immiſit in cor Iudæ diabolus oua ſua, quæ poſteà ipſe excluſit per opera maligna. Nefanda profectò ſunt illa oua, ex quibus talis partus excluditur. Baſilius homil. S. Basil. in Hexamer. 1. ſuprà Octauam, *Oua*, inquit, inueniri *natura mirabilis, quæ hyponemia dicuntur & ſubuentanea, quæ vultures ſolo ventorum afflatu & agitatione concipiunt, in aërea regione pennarum libramento ſubleuatâ; quibus etiam incubans auis, nullos partus excludit: imò ſi quando volucri ſupponantur, nullo modo fouentur, ſed magis calore ſordidantur, ac tetrum de ſe fœtorem foras emittunt.* Quæ ſanè diabolicis ouis peraptè conueniunt. Sunt autem oua diabolica prauę cogitationis, motuſque peruerſi; quos tunc primùm videtur diabolus in-

 ſtar

ſtar nefandi vulturis concepiſſe, cùm arrogantiæ vento ſublatus in altum, Deo æqualis eſſe voluit. Iſta oua hominum cordibus ſupponit aſtutus & callidus, è quibus illi ſcelerũ omnium fœtorem eliciunt: & ſic miſit in cor Iudæ diabolus oua ſua, quæ poſteà ipſe per opera excluſit maligna, iuxtà Ruperti ſuprà, memoratum eloquium. Et ſanè Chriſtus dæmonem anteuertens, meliora in corde Iudæ oua collocarat, quia illi ab initio mentem motuſque ſanctiores indiderat, ex quibus an bonum boni alicuius operis partũ ediderit ignoramus: illud ſolùm compertũ habemus, ex ouis iſtis irrita plurima euaſiſſe. Sed quid mirum? quando, teſte Ariſtotele, ſi accipitris clamores gallina perceperit quando nido incubitans confouet oua, omnia pariter vana reddantur & irrita, quamlibet anteà fuerint proba & genuina? Agnouit in accipitre, auaritiæ & furti ſimilitudinem Clemens Alexandrinus, dum laborat in eruenda ratione, cur ſcilicet Moyſes accipitrem inter eſculenta non retulit. Quod ſi vnguis rapax accipitris, furti & auaritiæ, atque diaboli ſimul imaginem referat, Iudam accipitris clamores excepiſſe, quis neget? Quæ fuit certè cauſa præcipua, vt quæ in illius corde Chriſtus depoſuerat oua, corrumperentur ſtatim, atque inania euaderent & infœcunda.

ARISTOT.

CLEMENS ALEXANDRINVS.

Abiit Iudas. Apoſtatauit infelix à Collegio tam nobili. Expecta, perſuadeamus Iudæ ne abeat. Quid agis Iuda? quid moliris? itáne diſcedis à conſortio Chriſti, & illi impiorum conciliabulum præfers, de quo vaticinatus Iacob, *Non ſit in conſilio eorũ anima mea?* lutum margaritis, ſcoriam auro, terram cælo anteponis? Quid hoc? itáne tibi ratio omnis obbrutuit? Vide Iuda, expende quid agas: finem reſpice. Si non abis, beatus eris. *Beatus vir qui non*

Apoſtrophe ad Iudam, ne Chriſtũ prodat.

Geneſ 49.

Pſalm. 1.

non abiit in conſilio impiorũ, & in via peccatorum non ſtetit. In cõſortio Christi, bonorum omniũ cornucopiæ. Si hinc abeas, in locum ſterilem, in locũ horroris deuenies & vaſtæ ſolitudinis: omnia te deficient, & quod habes etiam auferetur à te. An non vera loquor? Reſponde Iuda, & infringe ſi potes dicta mea, murmurator. Quid tibi deeſt, ſequenti Deum? Neſcis, ſeruire ei, eſſe regnare? O quot Patriarchæ & Prophetæ toto animo anhelarunt vt eum viderent! Tu felicior illis non vides tantùm, ſed palpas eum, ad os ei loquens, homo vnanimis in domo panem cum eo manducas, amicus es ſponſi, quid ergo fugam intendis? quid tam infame ſcelus in eum concipis, qui plus quàm affectu paterno te deperit? Age, reſponde liberè, quid in eo tibi vnquam diſplicuit? quid defuit? Numquid ipſemet Dominus ait: *Quando miſi vos ſine pera, numquid aliquid defuit vobis?* Quâ neceſſitate laboras? quo morbo, cui tam prouidus Magiſter non medeatur? Pecunias expoſcis? gazophylacij Dominici cuſtodem agis, tibi ſua omnia tanquàm fidiſſimo credit: latus illius ſtipas, mensâ frueris eâdem, ex eadem paropſide cœnas; ſibi ille demit, quo tu fruaris. Non ita gallina pullos ſuos, quàm ipſe ardenter vos amat. Quòd ſi nondum iſta te mouent, ſi hiſce obſtinatum pectus molliri nequit; tam ſuaui conſortio Domini ſi attrahi non potes, & redamare qui ita te amat; attende Iuda, vide mala, quæ ſe ab illo ſeparantes inuoluant. Palmes à vite præciſus ſuccum non habet, in ignem mittitur, & ardet. Si te non tangunt eius amor & benignitas, ſi bona eum ſequentibus propoſita tibi ſordent; at moueant ſaltem mala deſertoribus parata; moueat ignis ſuccenſus in furore Domini, ardẽs vſq; ad inferni nouiſſima. Inquire, priuſquàm abeas: Con-

Luc. 22.

Varia argumenta à peccatis auocantia.

ſule Prophetas, reuoca in memoriam quæ ex veritatis ipſius ore auribus tuis hauſiſti: collegas tuos interroga: expende omnia: præcipitata conſilia ſæpè nocent. Audi quid iſti clangant: Non te excæcet, inquiunt, auare, numorum ardor: pauculum æs ſunt triginta denarij, quos videris perdere ex balſami profuſione. Quid ambis tam exiguum pretium, qui omnem Domini ſubſtantiam poſſides? Quid paucis numulis illectus, eum perdis cuius *manus plena hyacinthis*? Caſſe venator, acue mentem, aperi oculos: Ob rem nihili, theſauros immenſos & incomparabiles contemnis; in propriam perditionem, & ſeram heu pœnitentiam ruis! Siſte pedem, Iuda: rationem, non cupiditates prauas in conſilium adhibe. *Non irridetur Deus*: patiens quidem eſt & longanimis; verumtamen ſi acuerit vt fulgur gladium ſuum, & arripuerit iudicium manus eius; reddit vltionem hoſtibus ſuis, & his qui oderunt eum retribuit: inebriat ſagittas ſuas ſanguine, & gladius eius deuorat carnes. Memento, ô Iuda, quòd aperta ſit terra, & deglutiuit Dathan, exarſit ignis in Synagoga & flamma combuſſit peccatores. Audi ſapientiſſimum Dauidem: *Ad nihil redegit valdè Iſraël, concluſit in gladio populum ſuum, iuuenes eorum comedit ignis, & Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*. Hæc rumina Iuda, & cogita quòd grauiora in caput tuum recidere poſſunt. Si magnus ille tuos olim patres rudes valdè, ex Ægypti ſeruitute emerſa mancipia, nondum Domini iugum ferre aſſuetos, tam horrendè caſtigauit: quid fiet de te Iuda, tot prærogatiuis cumulato? quot plagis vapulabis, qui benignitatem Domini tam malitiosè conculcas? Diligit te Collegij Rector efflictim, cæteri te Apoſtoli concollegam honorant: ſi abieris, quid ſperare potes

Cant.c.5. v.14.

Gal.c.6 v.7.

Pſal.77.

quàm

quàm accenſum zelum & vtriuſque indignationem, ex quo omnis malorum torrens in te exundabit?

Cain voluntatis malæ, intellectûs boni erat, nõ ineptè colligebat; cùm eum Deus à facie ſua abiiceret: *Eiicis me*, inquit, *à facie tua, omnis igitur qui inuenerit me occidet me.* quid timet Cain? quis auferet ei vitam, cùm præter illũ & parentes nemo in mundo exiſteret? ex quo antecedente illã dicit conſequentiam? reuelauítne ei Deus? an Manes fratris Abelis inquietum turbabant? mirantúrne parentes? an furiatæ mentis agitatu rapitur, vt dicat: *Omnis qui inuenerit me, occidet me*? Quid iſta ſibi vult concluſio? an quia exul eſt, & profugus? non. Quid igitur? an quia peccauit? Ita reor: peccatum enim, quo nullus eſt hoſtis ferocior, continuum bellum mouet; peccatum ſceleratis inſultat ſemper, torquet, lancinat, ſollicitos habet. Cùm contrà iuſtus exclamet: *Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ex his fortaſſe Cain iſtam illationem colligit. Sed mihi adhuc aliud quiddam fratricida innuere videtur. *Non enim*, vt benè Ambroſius, *impænitens Cain mortem animæ, ſed corporis timet.* Sed ex eo animo vultuque conſternatus gemit, quod à facie Dei eiectus abſcondi debeat, hanc mortis ſuæ cauſam allegat. Quaſi dicat: Eiicis me à iucunda & felici patria, nuſquàm me conſiſtere permittis, ab vno in aliud expellor vagus & inſtabilis, latibula quæro reus infandi ſceleris. Tu Domine abſcondis faciem tuam à me, ne me oculis æquis aſpicias: abſtuliſti à me fructus terræ, abſtuliſti gratiam & tutelam tuam; permittis me mihi; ad veniam rogandam te conuenire non audeo: etſi me non perſequaris, *quiſquis inuenerit me, occidet me*; tueri me non potero. Video mihi effectus & pœnas

Margin notes: *Geneſ. 4.* — Timor Caini eiecti à facie Dei. — AMBROS. — *Pſalm. 22.*

nas peccati: tremor corporis, exilium & fuga, timor, mentis conſternatio: imò totus orbis conſpirat contrà inſenſatos.

Ad te reuertor, ô Iuda. Tu Chriſti Apoſtolus, duodemuir tam nobilis Collegij, qui multos haud dubiè cum aliis peccatores in viam ſalutis reuocaſti: cur argumentum ſimile non cudis? quid non ſic tecum argumentaris: Quò progrederis Iuda: leui pretio ineſcatus Dominum vendes? tantum crimen in innocentem Agnum machinaris, in Magiſtrum tam beneuolum? Excute, excute tam furinſam mentem: ne te Dominus ille & omnes alij abominentur: deſiſte ab infami facto, auoca animum tuum ab intempeſtiuis cogitationibus Dominum prodendi. Meliora Iuda, meliora te decent & magis ſana conſilia. Quis te reponet in locum, à quo te Magiſter eiecerit? Sed *abit* ille, atque in propoſito perſiſtit: ad ſana cõſilia aures obſtruit, mentem obdurat. Quò abis Iuda? propitius ſit tibi Deus. Non eſt bonum tibi derelinquere Dominum tuum, horrendum eſt incidere in manus Dei viui. Sed quò vadis diſcipulus ſine tuò Magiſtro, filius abſque patre, lactens abſque matre? Quò vagaris ouis deperdita, relinquens Paſtorem & caulas Dominicas? ſi aquam quæris; quid amas lacunas diſſipatas, omnis fœculentiæ plenas? quid aliena paſcua inquiris, ſolum ſterile & effœtum, loca deuia, ſyluas opacas, vbi lupi ſæuiunt, onager rugit, & omne ſerpentium genus ſibilat? Vide Iuda quid agas, benedictionem Dei relinquis: & vadis miſer quæſitũ maledictionem, quæ non ad oſſa te deuorare cõtenta, quidquid medullæ ſupereſt penitus exſuget.

Sed dum nos inani clamore fatigamur, abiuit Iudas. Quò tandem? A benedictione ad maledictionẽ: à bonis conſiliis, ad mala faci-

Iudæ ſtultitia triginta argenteos Chriſto præferentis.

facinora; à bonorum omnium theſauro, ad triginta argenteos, traditionis pretium. *Dilexit maledictionem, & venit ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.* Quod iam indè multis retrò ſæculis præſenſiſſe animo Pſaltem Regium teſtatur Ioannes Euangeliſta, verba Pſalmi 40. pronuntians: *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum*. quæ iuxta Septuaginta Interpretum lectionem ſic ſunt efferenda, ſi paulò altiùs repetantur: *Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui manducauit panem meum magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Homo igitur pacis, pacificè nimirùm exteriùs conuerſatus, & qui ſacroſanctum panem libauit in cæna, leuauit contra Dominum calcaneum ſuum. Theophylactus metaphorã exiſtimat à luctantibus acceptam, qui vt aduerſarium ſupplantent & proſternant, calcaneum illi implicant, ad terram vi maximâ deprimentes. Aliam agnouit Alphonſus Salmeron ductam ex ſimilitudine animantis, calce tundentis illum qui ipſi pabulum adminiſtrat. Summum illud Præſulum decus D.P. Auguſtinus & Chryſoſtomus, *ſupplantationis* nomine dolos & technas perhibent ſignificari, quas animo conceperat Iudas; eſt enim mens quoque & animus ſupplantator: *Prauum eſt*, inquit Ieremias, *cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* vbi ſi verbum ad verbum reddas, *ſupplantator eſt cor hominis*, ad litteram euadit: idem ergò eſt ſupplantatio quod calliditas & fraudulentia. Quam explicationem magnoperè probo, quod Euangelicæ lectioni mirum quadret. Exiſtimabat Iudas ſuos dolos & fraudes nulli cognitas eſſe, ideoque proditionem patrandam animo occultabat. Christus autem his Prophetæ verbis, proditoris

Pſalm.108.
Ioan.c.13.
Pſalm.40.
THEOPHYLACT.
SALMER.
AVGVST.
CHRYSOS.
Ierem.17.

Digitized by Google

ris inſidias omnes ſibi cognitas eſſe pronunciauit. De veteratore ſerpente, qui humano generi perniciem
Geneſ. 3. attulit, *ſed & ſerpens*, inquit Scriptura; *callidior erat cunctis animantibus terræ*: ad litteram, *ſupplantator ſupra cuncta animantia.* Hæc dicta ſunto iuxta lectionem Septuaginta: nam Hebraica & Euangelica lectio pro ſupplãtatione, *calcaneũ* retinet, *leuauit* ſcilicet, vel *magnificauit ſuper me calcaneum ſuum.* Primæua vox eſt *xa cheb*; quæ modò *calcaneum*, modò *mercedem* ſonat, quia merces in fine & calce operis dari conſueuit, vt inquit
PAGNIN. Pagninus, quapropter Græcè quoque dicitur *Telos*, id
Pſalm. 19. eſt, finis; Pſalm. 19. *In cuſtodiendis illis merces multa.* &
Pſalm. 40. 40. *Deſolabuntur propter mercedem confuſionis*; aliaque occurrunt in ſacris litteris valdè obuia, vbi merces calcanei, ſiue calcis nomine cenſetur. In præfato igitur Pſalmi teſtimonio ſic vertere nobis liceat: *Qui manducauit panem meum, magnificauit cõtra me*, aut, *ſuper me, mercedem ſuam.* Iuxta quam lectionem pulcher ſenſus elicitur: merces enim Iudę, propter quam ſuam operã Iudæis impendit, argenteorum triginta numerum non exceſſit: *Decorum pre-* Zachar. 11.
tium, quo appretiatus ſum ab eis, inquit Chriſtus apud Prophetam. Quaſi dicat: Parua profectò merces, exiguum valdè pretium, minimique faciendũ, quod Iudæ ob meam proditionem fuit perſolutum à Iudæis. At ipſe tamen *magnificauit contra me mercedem ſuam*, id eſt, minimam illam mercedem magnificit: vel potius, *magnificauit ſuper me*, pluris ſcilicet æſtimauit triginta argenteos, quibus me traderet; quàm me, quẽ non tradendo poſſidere poterat, quique omni pretio maior eram? Quod acutè pariter & venuſtè carmine cecinit Sedulius. SEDVLIVS.

Tantundem ſceleris ter dena numiſmata ſumens
Argenti, paruo cæcatus munere, geſſit;

Quan-

Digitized by Google

Quantum cuncta ſimul terrarum regna, mariſq;
Diuitias, omnemq; vagis cum nubibus æthram
Si caperet, geſturus erat: neque enim bona mundi
Sufficerent magni fuſo pro ſanguine Chriſti.

CAP. IV.

Oſtenditur deteſtanda fœditas ſceleris Iudæ vendentis Dominum inimicis ſuis exiguo pretio. Peccator minori pretio ſæpè animam diabolo offert. Chriſtus proſtans venalis, paruo ære à quouis emi cupit.

Matth. c. 26. v. 14. ET *abiit vnus ex duodecim.* Quis ille? Apoſtolus Chriſti, ac ſacri Collegij honore auctus: cui cæleſti fauore conceſſum erat miracula patrare, reſuſcitare mortuos, ægris ſanitatem reddere. Ne glorietur Chriſti miniſter, qui ſacro quotidie altari aſſiſtens Filium Dei manibus tractat: timeat Prælatus; & videat nè cadat, quiſquis ſupereminet cæteros gloriâ & dignitate. *Vnus ex duodecim: numero, non merito: ſpecie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo ſpirituali: carnis, non cordis vnitate*, inquit Auguſtinus tract. 6. in Ioannem. AVGVST. Notatur autem ab Euangeliſta perſonæ dignitas, quò magis ſceleris appareat enormitas. Nec ſuperuacuum eſt, aut myſterio carens, quod ait Lucas: *Intrauit autem Sathanas in Iudam.* Luc. 22. *Non occupando* (inquit Chryſoſtomus) CHRYSOS. *corpus eius, ſed peſſimam venditionis voluntatem inſpirando.* vt Ioannes: *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas*: Ioan. c. 13. quod de furtis eius nemo dixit: vt appareat ſcilicet, immane fuiſſe ſcelus, ad quod tam præſenti diaboli operâ opus fuit.

Abiit ergo Iudas ex conſortio, quo nullum orbis habuit celebrius: cuius Rector Chriſtus erat, Deus & homo, perſona cæli amplitudinem excedens: cuius ſtatuta ac leges fuerunt obſeruatione facillima, ſigni-

gnificatione præſtantiſſima. *Abiit* vt traderet, cui ex Apoſtolici muneris officio incumbebat dicere, quocumque intraſſet, *Pax huic domui.* *Abiit* vt vitam Domini ſui hoſtibus venderet, cui incumbebat ſanitatem ac vitam aliorum ſeruare, leproſos mundare, infirmos curare. Abiit *vnus ex duodecim*; ne ſcilicet aliis ſceleris ſui contagionem affricaret; cui ad prædicandum Euangelium ſocius adiunctus fuerat: *Miſit eos binos.*

Luc.10.

Luc.10.

Iudæ de Chriſto tradendo cum Phariſæis conſilium.

At quò infelix abiit? *Ad Principes Sacerdotum*, iam congregatos vt de Chriſto capiendo inirent cõſilium. Audite rhetoricam impij proditoris: Illuſtres Sacerdotum Principes, Dei legiſque diuinæ zelatores, conſtat mihi multo ab hinc tempore decreuiſſe vos, vt Reipublicæ quies ſeruetur, apprehendere hominem iſtum (hic erat titulus, quo Chriſtum eximij illi Phariſæi inſigniebant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?*) & neminem veſtrûm latet quòd ego diſcipulus arcanorum eius conſcius probè norim quos ille locos accedere, quibus commorari ſolitus ſit. Vana erit omnis veſtra induſtria ſine me. Inſtabilis eſt & vagus; nunc huc, nunc illuc diſcurrit; iam latet; iam ſe prodit, iam ſe facit inuiſibilem: *Tranſiens per medium illorum ibat.* Iam ex Capharnaum remeat in Nazareth, ex ea in Galilæam, ex Galilæa in Iudæam, ex hac in Iericho, ex Iericho Solymas: nunc per vicos & pagos oberrat, nunc in vrbibus ſpectatur. Igitur *quid vultis mihi dare, & ego*, cui hoc propter domeſticam conſuetudinem & familiaritatem perfacile eſt, *eum vobis tradam?* Satis indicans ſibi non eſſe curæ, quid cum eo facturi ſint. Benè ſapientia dicit: *Peccator, cùm venerit in profundum malorum, contemnit.* Profundum malorum obſtinatio eſt, induratio eſt, deſperatio eſt, contumacia,

Ioann.11.

Luc.4.

Matt. c. 26. v. 14.

Prouerb.18.

cia, rebellio mentis eſt: in quod profundum cùm quiſpiam venerit, contemnit ſeipſum, contemnit virtutem, contemnit gloriam, contemnit & pœnam, contemnit monita ſalutaria, contemnit ſacrum Dei verbum, contemnit cælum, contemnit ipſum Deum ac tanti non æſtimat.

Pontifices Iudæorum canibus comparati. *Iſaia* 28.

Abiit *ad Principes Sacerdotum*. De quibus ſcilicet Iſaias: *Væ coronæ ſuperbiæ, mercenarij Ephraim*. Coronam ſuperbiæ, ſuperborum Pontificum cœtum & conuentum Hieronymus interpretatur: qui conſilium ineuntes quomodo Chriſtum operibus ſuis contrarium (vtpotè qui nihil niſi benignitatem & humilitatē doceret) dolo caperent ac tenerent: *facti ſunt mercenarij Ephraim*, Iudam nempe Iſcariotem oriundum ex ſtirpe Ephraim, exiguo ad id lucro & mercede conducentes. Atque hi ſunt de quibus apud Regium Pſaltem Saluator expoſtulans: *Quoniam circumdederunt me*, inquit, *canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Notanda verò quæ de iiſdem Iſaias: *Iſti enim vino decepti ſunt, errant propter ſiceram, exciderunt mente propter vinum, vacillauerunt, propter ebrietatem errauerunt*, hoc eſt propter phantaſma. Ariſtoteles lib. 4. de hiſtor. animal. cap. 10. non hominibus tantùm, ſed animantibus quibuſdam, præcipuè canibus, ſomniandi vim & facultatem ineſſe commemorat. Adde Plinium hiſt. lib. 10. cap. 17. qui canum inſomnia ad agros & venationes aſſerit plerumque pertinere; quod & Lucretius Poëta indicat, atque vetus inſuper parœmia: *Canis ſomnians venationes*. Cùm igitur illa Pontificum, ſiue canum corona in concilio contra Chriſtum inito, phantaſmatibus & inſomniis iuxtà Prophetam agitata fuit, nil niſi venationes ſomniabat: *Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum*, inquit Euangeliſta: id eſt,

HIERON. · Pſalm. 21. · Iſaia 28. · ARISTOT. · PLINIVS. · Ioan. 11.

Digitized by Google

eſt, vt IESVM velut ceruum aut damam è latebris in apertum campum educerent, atque ita curſu incitato perſequerentur, ac captum tandem morſibus dilacerarent. At, iſti *vino decepti ſunt, exciderunt mente propter vinum*, clamat Iſaias. Canibus vinum adeò noxium, & pernicioſum eſſe videtur, vt eo hauſto in rabiem agi tradat Plinius: vnde *caninum prandium* (authore Gellio lib. 13. cap. vltimo) in quo nullum vinum propinaretur, appellari conſueuit. Et Plutarchus ſcribit de conuiuiis, in quibus vino parceretur, ioco dicere ſolitum Theophraſtum: *Sympoſia iſta canina ſunt.* Si ergo vinum adeò canibus inimicum eſſe perhibetur, vt vel eo leuiter hauſto rabie ſtatim exſtimulentur: Pontificum ille caninus cœtus quando multo vino madidus atque ebrius etiam ab Iſaia deſcribitur, non vulgari ſanè rabie, correptus fuiſſe debuit; vt meritò de illis dicat Pſalmiſta: *Quoniam circumdederunt me canes multi, conſilium malignantium*, vel *rabidorum*, aut *rabie percitorum, obſedit me*, vt quidam legunt. Rabies autem, quæ canes maximè inter reliqua animantia percellit, eſt venenata qualitas iuxta Plinium, quam ille qui eâ correptus eſt, ſolo afflatu in alios tranſmittere & euomere conſueuit. Animum planè caninum gerebat Iudas: qui ſimul ac canum agnouit cogi conciliũ, diabolo inſtigante accurrit, & rabie in Chriſtum ſtimulatis aſſociatus, virus peſſimum afflatu eorum concepit, quo deindè agitatus in Dominum ſuum læthiferis morſibus ſæuiret. Iſtam Iudæ veſanam rabiem Magiſter agnoſcens, vt canem truculentum molliret, panem obtulit ſaluiferum: quem cùm ipſe ore impuro guſtaſſet, conceptum furorem minimè poſuit, quin potiùs adauxit: has vſque ſacrilegas voces horrendo latratu

Pſalm. 21. v. 17.

Iudas quaſi rabidus canis ad Chriſtum capiendum rapitur.

Matth. c. 26. v. 15. latratu ingeminans, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?*

Quid vultis mihi dare? Hieronymus putat eſſe verba ponentis in poteſtate ementium, quantum darent, quaſi viliſſimum mancipium venderet. Veriùs puto cum Ianſenio verba eſſe proponentis venalem, tentantiſque velintne dignum tali merce pretium offerre; vt ita infelix quod ex vnguēti effuſione damnum ſe feciſſe credebat, Magiſtri pretio compenſaret. Ibid. *At illi conſtituerunt ei triginta argēteos.* Quàm exile pretium! Non dabit eum Iudas. Augete pretiū Phariſæi. Diſcipulus Magiſtrum tam vilipendet, quem ipſe Sathanas pluris æſtimat? Pro ſola certè genuflexione omnia hic regna mundi Matth. 4. eidem offert: *Hac omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Nihil agimus: nimis benè de Iuda ſperamus: triginta argenteis contentus eſt. Obſtupeſcite cæli, & deſolamini portæ eius: ille viliſſimo pretio æſtimatur, cui ſe omnis gratia, omnis decor, omnis ſapientia, omnis virtus infudit: ille venditur, cui vterque orbis imò ſi mille forent, cum omnibus theſauris ſuis, ſine ſcelere conferri nequit. Triginta argenteis Dominum vēdis proditor? Hęnè ſunt decimæ, quas ex trecentis denariis, quos balſamo vendito perdidiſſe te indignaris, colligis? Hoc pretio vniuerſi Conditorem, cæli ac terræ Dominū appendis? O! non ſceleratum tantùm, ſed ſtultum & vecordem mercatorem.

Huc mihi mentem aduerte, Chriſtiane. Mutato nomine de te non fabula narratur, ſed veris lacrymis deflenda hiſtoria. Iudas eſt, ac Iudâ etiam inſanior, qui ob leuem delectationē animam ſuam diabolo vendit, quàm Chriſtus ſanguinis ſui pretio redimendam duxit. Hic vt veneream ſcabiem fricando titillet; ille vt leuem honorem & vanas laudes aliis præripiat, ille

Peccator Iudæ ſimilis, qui animam pro leui delectatione proſtituit.

ille vt inuidiâ tabeſcat, irâ deſpumet, furore corripiatur. Heu vanum pretium! Heu vilis merces! quibus animam in quem nullo auro, nullis gemmis, nullis gazis Perſicis æſtimandam, appendunt ſtulti mortales, & Tireſiâ magis occæcati. Videant illi, videant quàm ſimiles Iudæ, nè dicam ſuperiores, neque ſtultitiâ ſolùm, verùm etiam nequitiâ: vt qui ob vilius etiam pretium Chriſtum peccando non ſolùm produnt, ſed inſuper conſpuunt, flagellant, cædunt, atque iterùm velut crucifigunt. Audite hæc qui tam facilè ac leuē ob cauſam ad peccandum decurritis, deflete commiſſa mala, vobiſmet in malis actibus maledicite, reſumite ſpiritum, & aſpirate in lucem, tenebras mortis agnoſcite quibus tenemini offuſcati, fatigemini ſuſpiriis & ſingultibus, pectus tundite, corrigite quod perperam commiſiſtis, & indulgētiam fuſis lacrymis poſtulate, benignus eſt & lenis Dominus iis qui ſeipſos iudicant; reconciliari non renuit, ſi eum nemo faſtidit, aut ſi reuertitur qui receſſit. Si Iudam vno in facto imitati eſtis, nolite eum ſequi per omnia. Audite pronis auribus Dominum vos ad pœnitentiam reuocantem: nolite, vt ille fecit, obdurare corda veſtra: ſinite illum obſtinato animo in barathrum ſe prçcipitare.

Sed iam ad proditorem reuertor. Præſtolare pauliſper Iuda, nè ſubſcribas ſcelerato contractui, venditio iſta vilis eſt, infamis eſt, iniqua eſt. Plus dabit tibi mater eius, quàm vendere ſtatuis, Angelorum Regina. Eia Domina, eme filium tuum, eme incorruptionis legiſlatorem, vitæ tuæ gaudium, boni omnis fontem. Accurrite fideles animæ, accurrite Reges & Principes, Regum omnium dominator proſtat venalis. Venite virgines, viduæ, orphani, deſolati, venite, adeſt omnium tutor ac defenſor:

ſor: venite ægri corpore & animâ, quacunq; detineamini infirmitate, adeſt Medicus: oppignerate, date omnia veſtra vt eum conſequamini: augete pretiũ, licitamini: En Chriſtus circumit in auctione. *Quid vultis mihi dare?* Dicamus cor, & animam, & corpus, & omnia quæ de manu tua accepimus. Quis mihi det, te filium matris meæ oſculari, ô bone IESV? O dulcis IESV, ingredere facultatis meæ arcam, mentis meæ gazophylacium tibi patet! O quot theſauris beabor! O quot deliciis perfundar, ſi tu in animæ meæ lares ſanctiſſime Cuſtos tranſieris! Adueni IESV, adueni: en ego porrectis vlnis, expanſis brachiis te excipiã: quidquid meum eſt, tuum ſit: omnia dabo, vt te potiar: non ſunt theſauri, non ſunt diuitiæ quæ tibi comparari poſſint. Et tu inſenſate proditor, dabis iſtum dilectum præ filiis hominum, qui enutriuit te, qui de ventre matris tuæ ſuſcepit te, pro triginta argenteis? Vnus ex diſcipulis trades Dominum in manus peccatorum? Tu, qui edis panem eius, homo pacis in quo ſperabat, amplias aduerſùs Magiſtrum ſupplantationem? Infamis Chriſticida, mercator peſſime, pro triginta argenteis vendis IESVM? vendis viam & vitam? qui aperitur, & qui aperit; qui ſoluit, & nemo claudit; quem ſuum clamant Seraphim, ſuum adorant Cherubim; quẽ Principatus metuunt, & omnis Angelorũ Hierarchia prono vultu adorat; quem orbis terrarum ſi noſſet, pro eo omnibus viribus decertaret, nec ſineret tradi inæſtimabilem Principem, iſtam pretioſam margaritam ab infami propolâ pro triginta denariis. Sed quomodo eum vendit Iudas, cùm non ſit eius? Mancipium enim Dominus non eſt, neque ſeruus, ſed creaturarum omnium pater. Regna mundi erántne diaboli, cùm arroganter diceret:

Lucę 4.

ceret; *Quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa?* nequaquàm, ſed hæc eſt poteſtas tenebrarum, *Traditus eſt quia ipſe voluit*: niſi enim ipſe vellet, incaſſum adniteretur humana calliditas.

Eſſet tamen Chriſtus Iudę, modò vellet eum: amanti animę ſe addicit: apud eum hoſpitatur & manſionem facit, qui pulſanti aperit, & immaculatum ei in corde habitaculum ſternit.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS
De Alapâ Chriſti.

Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes Pontifici. Ioann. 18.

CAP. I.

Inſolentia militis Chriſtum alapâ cædentis exaggeratur. Per hanc alapam Chriſtus deleuit noſtræ prauaricationis dedecus: pro Lamechi homicidio & totius mundi ſceleribus ſatisfactionem dedit, hominemq́ ex ſeruitute diaboli liberauit.

COMPASSIO & dolor, propter iniuriam Chriſto IESV Domino noſtro illatam, ita cor meum affligit, vt vlteriùs progredi non permittat, quin in primo huius operis limine, vbi militis Chriſtum alapa cædentis nefanda occurrit inſolentia, cum
Chryſos. D. Ioanne Chryſoſtomo homil. 81. in Ioann. exclamare incipiam: *Exhorreſcat cælum, & contremiſcat terra. Alapis Deus percuti potuit? O Angeli, qui hac intuemini, quomodo ſiletis? quomodo manus continere poteſtis? quomodo pro Domino veſtro non reſpondetis? An hoc ita facitis, quod attonitos vos teneat tanta inſolentia & tanta manſuetudo, tanta peruerſitas & tanta patientia?* Mirabilis extitit Chriſti manſuetudo, qui cælum, terram, Angelos cohibuit, ne tantam tamque immanem iniuriam atrociter vlciſcerentur. Inſolentia miniſtri Chriſtum alapâ percutientis exaggeratur. Oza 2. Reg. 6. ſacerdos quia arcam Dei tetigerat, ſubitò à Deo percuſſus interiit: & hodie miles myſticam arcam ſummâ afficit iniuriâ, eique ſacrilego auſu alapam infligit,

Digitized by Google

git, neque vllus eſt qui de tanto ſcelere ſupplicium ſumat. Aruit confeſtim manus Ieroboam; quam contra quemdam Prophetam extenderat: hæc autem ſacrilega manus contra Chriſtum Dominum & Prophetarum Regem armata, nequaquam quod millies erat promerita, exaruit. Angelus manum Abrahami, quam in filium ſuum Iſaacum erexerat, retinuit atque compeſcuit: quare Angeli rabidam & huius miniſtri manum non cohibuerunt, quam aduerſùs rerum omnium Creatorem eleuauit, & in eius faciem validè ac inuerecũdè intorſit. Quis æquo animo feret aut pro dignitate poſſet enarrare nimiam, vt ita loquar, Chriſti manſuetudinem, qui infamis carnificis impudẽtiam nullo ſtatim ſupplicio caſtigarit? quis non excandeſcat, videns Dominum à viliſſimo & abiectiſſimo homine verberari? Diuus Parens Auguſtinus in ſuo tractatu in Ioannem ad hunc locum ſic ait: *Si cogitemus quis acceperit alapam, nõnne vellemus eum qui percuſſit aut cæleſti igné conſumi, aut terrâ dehiſcente ſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliâ huiuſmodi qualibet pœnâ, vel etiam grauiore puniri? quid enim horum per potentiam iubere non potuiſſet, quâ vincitur mundus?* Certè S. Cyrillus admirabilem hanc Dei, alapam recipientis patientiam putat tantæ virtutis fuiſſe, propter dedecoris accepti magnitudinem, vt delere potuerit commune dedecus, quod ex peccati turpitudine humana natura contraxerat. Cyrilli verba digna ſunt quæ hoc loco referantur: *Quemadmodum*, inquit, *Chriſtus ſuâ morte noſtram deſtruxit; ſimiliter arbitror præuaricationis noſtræ dedecus alapæ inflictu deletum fuiſſe.* Ego autem iniuriæ, quàm homo per mendacium Deo intulit in paradiſo, vi huius alapæ ſatisfactũ fuiſſe contendo. Quod vt manifeſtum fiat: explicabo

3. Reg. 13.

Gen 22.

Chriſti alapam recipientis patientia.

AVGVST. tract. in Ioan. 6, 113.

Alapa Chriſti quantæ virtutis.

CYRIL. lib. 12. in Ioan.

Alapa Chriſti ſufficiens fuit ad delendas omnes culpas.

Digitized by Google

cabo hîc locum Scripturæ, qui maximam difficultatem inuoluit. Lamech vocatis duabus vxoribus ſuis, hæc ad ipſas verba habuit:

Gen. 4.

Audite vocem meam vxores Lamech auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties. Vbi notandum Deum eiuſmodi ſupplicium ei qui occideret Cain ſtatuiſſe, quòd ſeptuplum puniretur:

Ibidem.

Quicumq; occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Debebat Deus imperare & comminari, ne quis Cain fratricidam occideret: in quem, vt

Ambros.

notauit Ambroſius, verendum erat nè creaturæ omnes, ob mortem Abeli ſuo fratri allatam, inſurgerent, necemque iniuſtiſſimam vlciſcerentur; poſteà tamen Lamech & Cainum & quendam adoleſcentulum alium interfecit. Vnde Ada & Sella eius vxores veritæ ſunt, ne ſubitò diuina vindicta eum corriperet; quare ab illo procul recedebant, neque manus illius ita ſanguine cruentatas tangere volebant, quem qui interemiſſet, pœna manebat grauiſſima à Deo intentata. Quas ſic Lamech fuit allocutus:

Quomodo de Lamech fuerit ſūpta vltio ſeptuagies ſepties.

Nolite à me recedere, nam ſi ſeptuplum vltio dari debeat de Cain, de Lamech dabitur ſeptuagies ſepties.

Ibid.

Verba ſunt notatu digniſſima, ſed obſcuriſſima, ideoque hic Interpretibus multis aqua hæſit. S. Hieronymus in quadam epiſtolâ ad Pammachium, non accepit hæc verba, quaſi aſpera forent & pœnas minitabunda, ſed vult eſſe blanda atque ſuauia, quaſi Lamech dicere voluiſſet: Nolite vxores à me diſcedere, neque vobis horrorem vllum incutiant hæc brachia cruentata: Deus enim, (quod videmini vereri) non eſt pœnas de me ſumpturus, niſi quas de Caino etiam homicidâ ſumpſit. Cain, propter innocentem ſanguinem fratris Abelis effuſum, pœnas meâ manu

Digitized by Google

git, neque vllus eſt qui de tanto ſcelere ſupplicium ſumat. Aruit confeſtim manus Ieroboam; quam contra quemdam Prophetam extenderat: hæc autem ſacrilega manus contra Chriſtum Dominum & Prophetarum Regem armata, nequaquam quod millies erat promerita, exaruit. Angelus manum Abrahami, quam in filium ſuum Iſaacum erexerat, retinuit atque compeſcuit: quare Angeli rabidam & huius miniſtri manum non cohibuerunt, quam aduersùs rerum omnium Creatorem eleuauit, & in eius faciem validè ac inuerecūdè intorſit. Quis æquo animo feret aut pro dignitate poſſet enarrare nimiam, vt ita loquar, Chriſti manſuetudinem, qui infamis carnificis impudētiam nullo ſtatim ſupplicio caſtigarit? quis non excandeſcat, videns Dominum à viliſſimo & abiectiſſimo homine verberari? Diuus Parens Augûſtinus in ſuo tractatu in Ioannem ad hunc locum ſic ait: *Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum qui percuſſit aut cœleſti igne conſumi, aut terrâ dehiſcente ſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliâ huiuſmodi qualibet pœnâ, vel etiam grauiore puniri? quid enim horum per potentiam iubere non potuiſſet, quâ vincitur mundus?* Certè S. Cyrillus admirabilem hanc Dei, alapam recipientis patientiam putat tantæ virtutis fuiſſe, propter dedecoris accepti magnitudinem, vt delere potuerit commune dedecus, quod ex peccati turpitudine humana natura contraxerat. Cyrilli verba digna ſunt quæ hoc loco referantur: *Quemadmodum,* inquit, *Chriſtus ſuâ morte noſtram deſtruxit; ſimiliter arbitror prauaricationis noſtra dedecus alapa inflictu deletum fuiſſe.* Ego autem iniuriæ, quàm homo per mendacium Deo intulit in paradiſo, vi huius alapæ ſatisfactū fuiſſe contendo. Quod vt manifeſtum fiat: explicabo

3. *Reg.* 13.

Gen 22.

Chriſti alapam recipientis patientia.

Avgvst. *tract. in Ioan.* 6, 113.

Alapa Chriſti quantæ virtutis.

Cyril. *lib.* 12. *in Ioan.*

Alapa Chriſti ſufficiens fuit ad delendas omnes culpas.

Digitized by Google

cabo hîc locum Scripturæ, qui maximam difficultatem inuoluit. Lamech vocatis duabus vxoribus ſuis, hæc ad ipſas verba habuit:

Gen.4. *Audite vocem meam vxores Lamech auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* Vbi notandum Deum eiuſmodi ſupplicium ei qui occideret Cain ſtatuiſſe, quòd ſeptuplum puniretur:

Ibidem. *Quicumq; occiderit Cain, ſeptuplum punietur.* Debebat Deus imperare & comminari, ne quis Cain fratricidam occideret: in quem, vt

Ambros. notauit Ambroſius, verendum erat nè creaturæ omnes, ob mortem Abeli ſuo fratri allatam, inſurgerent, necemque iniuſtiſſimam vlciſcerentur; poſteà tamen Lamech & Cainum & quemdam adoleſcentulum alium interfecit. Vnde Ada & Sella eius vxores veritæ ſunt, ne ſubitò diuina vindicta eum corriperet; quare ab illo procul recedebant, neque manus illius ita ſanguine cruentatas tangere volebant, quem qui interemiſſet, pœna manebat grauiſſima à Deo intentata. Quas ſic Lamech fuit allocutus: *Nolite à me recedere, nam ſi ſeptuplum vltio dari debeat de Cain, de Lamech dabitur ſeptuagies ſepties.* Quomodo de Lamech fuerit ſūpta vltio ſeptuagies ſepties.

Ibid. Verba ſunt notatu digniſſima, ſed obſcuriſſima, ideoque hic Interpretibus multis aqua hæſit. S. Hieronymus in quadam epiſtolâ ad Pammachium, non accepit hæc verba, quaſi aſpera forent & pœnas minitabunda, ſed vult eſſe blanda atque ſuauia, quaſi Lamech dicere voluiſſet: Nolite vxores à me diſcedere, neque vobis horrorem vllum incutiant hæc brachia cruentata: Deus enim, (quod videmini vereri) non eſt pœnas de me ſumpturus, niſi quas de Caino etiam homicidâ ſumpſit. Cain, propter innocentem ſanguinem fratris Abelis effuſum, pœnas meâ manu

dedit in ſeptimâ generatione: ita Deus etiam de me & de toto genere humano vltionem non capiet, niſi in ſeptuageſimâ ſeptimâ generatione. Enimuerò ſi Lucæ Euangelium inſpiciamus, cap. 3. videbimus Chriſti genealogiam vſque ab ipſo Deo deductam ſeptuaginta ſeptem generationes includere. Clara eſt igitur Lamechi prophetia: nam hodie Deus in ſeptuageſimâ ſeptimâ generatione de iniuriis de vllo vmquàm homine in ſe admiſſis, de cunctis mundi ſceleribus vltionem & ſatisfactionem ſumit in Chriſto. Lamechus horrendum crimen admiſerat; cum Adamo cæteri homines admiſerant: Deus ab illis vltionem & ſatisfactionẽ ex æquo ſumere nõ poterat: in ſeptuageſimâ ſeptimâ generatione Chriſtus, Deus & homo, propter infiniti ſuppoſiti dignitatem, æqualem atque perfectam Deo Patri pro iniuriis compenſationem dedit, & infinitæ vltionis pœnas per hanc alapam, non minùs quàm per cæteros cruciatus perſoluit.

Luca 3.

Vt autem de primâ Adami offensâ, quæ præcipua eſt, agamus; Magnam ille Deo iniuriam intulerat, quæ in aperto mendacio conſtitit. Aſcendit ſerpens in arborem, vbi cum Eua pluribus verbis egit, vti fructum à Deo vetitum manducaret. Reſpondit Eua, etſi tepidè: *De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur.* Quod diabolus poſtquàm audiuit, extemplò omnem ſuam aſtutiam aduocauit, ſeque ad ſuas artes, id eſt, ad mendacium conuertit, dicens: *Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus quòd in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.* Conſenſit Eua, vnaque maritus Euæ blandimentis illectus. Quo facto, cùm viderent poſt eſum pomi

Pro mendacio Adami Chriſtus hac alapâ ſatisfecit Deo Patri.

Geneſ. 3.

Ibid.

pomi ſubitâ morte necdum ſe extingui; intrà ſe cogitarunt Deum non dixiſſe verum: atque ita reipsâ, licet nullo verbo, dixerunt Deum fuiſſe mentitum: diabolo eos non morituros aſſerenti magis credentes, quàm Deo, qui prædixerat, in quacumque die de ligno ſcientiæ boni & mali comediſſent, continuò mortem incurſuros. Exprobranti autem mendacium, pro dignâ vltione, alapa ſolet infligi. Homo mendacium Deo exprobrarat; non poterat grauiſſima illa Deo facta iniuria, niſi per alapam ipſi Deo datam compenſari. Nam infinita iniuria eſt quæ Deo fit: hæc autem reſarciri non poteſt, niſi per ſatisfactionem infinitam, quæ à ſolo Deo dari poteſt. Peccata ex vi obiecti (quod eſt Deus, quem homo offendit) trahunt quamdam infinitatem, ideoque ab homine puro illis ſatisfieri perfectè non poteſt. Igitur infinitæ

Geneſ. 2.

iniuriæ, quâ homo in paradiſo Deum mentitum dixerat, pœna infinita ex parte perſonæ patientis, ſcilicet hæc alapa Chriſto Deo & homini inflicta, correſpondit. Denique, vt concludam, vltio quam Deus de hoc mendacio, quam de Lamechi peccato & reliquis mundi ſceleribus ſumere volebat, fuit dilata in ſeptuageſimam ſeptimam generationẽ, in quâ Chriſtus pro omnibus pœnas exſoluit. Per hanc alapam Patri ſatisfecit, hominem liberauit, & iuſtę vltioni ſatisfactionem infinitam ac perfectã dedit. B. Ephrem doctrinâ & ſanctitate venerabilis, exiſtimat per hanc alapam non ſolùm deletam fuiſſe noſtræ pręuaricationis infamiam, ſicut Cyrillus arbitratus eſt, quinimò noſtram naturam ex diaboli tyrannide ac ſeruitute erutam, verâque libertate donatam; ſic loquitur ſerm. de paſſ. Dom. *Serui*, inquit, *omnes cùm liberi efficiuntur, accipiunt alapam*,

Alapa Chriſti liberauit nos ex ſeruitute diaboli.

EPHREM.

pam, vt morali libertate potiantur. Alludit ad veterum conſuetudinem, qui ſeruis ſuis, quos manumittere, ſeu libertate donare volebant, leuem alapam infligebant. Sicut igitur ſerui accipiunt alapam, vt morali libertate potiantur: ita Deus homo, formam ſerui accipiens, alapam recipit, vt homo (cuius ipſe ſtatutam & peccata in ſe ſuſceperat) ex diaboli ſeruitute eripiatur & verâ libertate donetur: *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam* Iesv. Non redeamus igitur ad veteris ſeruitutis iugum Chriſtiani, nouo iam ſtatu ac nomine aucti: ſed dignos nos per omnia præſtemus eâ *libertate quâ nos Chriſtus donauit.*

Ioan. c. 18. v. 18.

Gal. 4. v. 31.

CAP. II.

Poſt alapas, aliaſq́; iniurias nobis illatas, imitanda Chriſti manſuetudo, & ſerenitas ſeruanda tum in vultu, tum in verbis.

Considerand a nobis diligenter Saluatoris noſtri manſuetudo atque patientia, quem neque exacerbauit militis inſolentia, neque rei indignitas perturbauit, neque tanti facinoris immanitas ad iuſtiſſimam vltionem prouocauit. Equidem magna nos tenet obligatio, vt ad eius imitationem & exemplum vitam noſtram componamus. Chriſtianum non eſt, ſed deſertoris & degeneris animi ſignum, ſi quis irâ exardeſcat aduerſùs eum, à quo læſus fuit; & in ſatisfactionem iniuriæ, proximo ſuo mortem machinetur. Sectare Chriſtiane (vnumquemque veſtrûm hîc alloquor) Redemptoris tui, tam modeſto & pacato animo

Chriſti manſuetudo imitanda.

animo iniurias perferentis, veſtigia. Plurimùm deplorabat D. Cyrillus ſuam, omniumque Chriſtianorum imbecillitatem & puſillanimitatem, qui ad minimam iniuriam ſubitò excandeſcimus, & iracundiæ feruore æſtuantes protinus de vindictâ cogitamus, longiſſimè à Chriſti Domini patientiâ recedentes: *Si quis*, ait, *de proximis lapſu linguæ minimum quidquam contrà nos dixerit; more draconum in eum inſurgimus, & mille verbis pro vno vituperantes, ſatiari non poſſumus: non, quia vt homo lapſus eſt, nec propter communem infirmitatem hominum iram deprimimus, ſed ad vltionem irruentes, principem & conſummatorē fidei noſtræ* IESVM *non reſpicimus*. Reſpiciamus ergo in principem fidei noſtræ IESVM Chriſtum, eius mãſuetudinem imitãtes nequaquàm de vindictâ cogitemus, Deo vltionem reſeruantes, qui dixit: *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Quid ad vltionem capiendam tantoperè feſtinamus? Ecce Deus ipſe, antequam de hominis peccato dignam caperet vltionem, vſque ad ſeptuageſimam ſeptimam generationem expectauit. Aliquis alapam nobis inflixit? Deus ipſe eam etiam paſſus eſt, nec fuit vltus, quo tamen neque maior, neque illuſtrior vllus poteſt reperiri. Patientiam (viliſſimi vermiculi) patientiam, ab ipſo rerum omnium Moderatore addiſcamus, neque atrox iracundiæ venenum in viſceribus noſtris augmentum ſumere permittamus, ſi Chriſti diſcipuli eſſe volumus. Quid ſcelus ſcelere cumulamus, iniuriæ iniuriam rependimus? Dixit Chriſtus Matth. 5. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alterã.* Hæc eſt doctrina, quæ in Chriſti ſchola addiſcitur. Quia Petrus voluit, gladio arma-

CYRILL. *lib. 12. in Ioan.*

Ad Rom. 12.

Matth. 5.

Vindicta Petri ictu huius alapę explicata.

armatus, aliis reſiſtere; Chriſtus magno alapæ cruciatu & ſanguine debuit hanc culpam compenſare.

Porrò firmiter credo, qui Chriſto alapam inflixit, fuiſſe ipſum Malchũ, cuius auriculam paulò antè in horto curauerat Christus. Ita ſentit Chryſoſtomus homil. 82. in Ioan. Fundamentum huius opinionis eſt, quia vtrobique, id eſt, ſiue percutiatur à Petro, ſiue Chriſtum percutiat, ſemper ſeruus aut miniſter, non autem miles appellatur. *Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum*; & paullò infrà: *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam* IESV. Hoc ſuppoſito audiamus Tertullianum, qui agens de vulnere quod hac nocte Malcho Petrus inflixit, ſic ait: *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt*. Chriſti manſuetudinem non ita afflixit vulnerata Malchi auricula, quàm Apoſtoli factum, doctrinæ, quam anteà propoſuerat, omninò repugnans. Docuerat non eſſe reſiſtendum malo & dexteram maxillam percutienti, præbendam alteram: quia igitur Petrus eius diſcipulus hæc documenta non adimpleuit, voluit vt ille idem, qui ab Apoſtolo acceperat iniuriam, ſibi alapam infligeret. Hoc facto Petrum erudiens quomodo coram ſuo Magiſtro doctrinam eius obſeruare, & iracundiam refrænare deberet. Itaque quando Petrus Malchum vulnerauit, idem fuit ac ſi Chriſti faciem alapâ vulneraſſet: *Patientia Domini in Malcho vulnerata eſt*. Deniq; Chriſtus noluit Petro alapam infligi, ſed ipſemet eam recipere voluit, vt non ſolùm Patri æterno, ſed etiam ſuis inimicis ſatisfaceret: erat enim anathema ſeptuageſimæ ſeptimę generationis, in quo iniuriæ Deo hominibuſque factæ vindicandę erant.

Chryſoſ.

Ioan. c. 18. v. 10.

Ibid. v. 18.

Tertvll.

Sed paullò curioſiùs Matthæi verba expendamus,

Matth c. 5. v. 30. mus, dicentis: *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*, Vbi notandum, Chriſtum non dixiſſe, *præbe illi & ſiniſtram*, ſed *præbe illi & alteram*. Diſputat S. Auguſtinus ſuper hunc locum, quare potiùs dexteram maxillam, quàm ſiniſtram nominauerit, quandoquidem alapa non ſoleat impingi in dexteram maxillam, ſed potiùs in ſiniſtram, quæ eſt ad dexteram percutientis? Quare videtur dicendum fuiſſe; *Si quis te percuſſerit in ſiniſtram maxillam*: quia magis accommodata eſt ad recipiendum ictum brachij dextri. Reſpondeamus Auguſtino: Chriſtus quando dicit: *Si quis te percuſſerit in dextram maxillam*, intelligit de ſiniſtrâ, ſed ſiniſtram nomine dexteræ honorat, In Chriſti ſenſu, ſiniſtra maxilla alicuius hominis æquo animo colaphum patientis, ſic honoratur, vt dextera nominetur; neque manet ampliùs ſiniſtra, ſed fit dextera; ideoque etiamſi agat de ſiniſtrâ eam tamen dexteram appellat: *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam*. Quid alapam ceu turpiſſimum opprobrium ita acerbo animo recipitis? Chriſtus ſuo opprobrio omnia mundi deleuit opprobria; & ipſa maxilla, quę alapam recipit, honorem aſſequitur: nam quę ſiniſtra erat, dextera nominatur. Sed nónne Euangelij verba contradicunt? Dixit Chriſtus, *præbe illi & alteram*: non dicit, prębe illi & ſiniſtram. Intelligenda enim ſic eſſent Chriſti verba: *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alterā dexteram*, inquit S. Hieronymus. At nullus homo duas dexteras maxillas habet: ſi dextera maxilla alapam receperit, altera quæ non recipit, debet eſſe ſiniſtra. Reſpondeo illam maxillam ſiniſtram, quę ſe conſtanter ac generosè exponit ad recipiendam alapam, à ſiniſtra tranſire in dexteram, & dexterā appellari, vtrá-

Avgvst.

Siniſtra maxilla fit dextera per patientiam.

Hieron.

que igitur maxilla apud Deum vocatur dextera. Magnus ille populi Dux Aioth vtramque manum ad tractanda arma tam expeditam habebat, vt dixerit Scriptura Iudic. 3. *Vtraque manu pro dextera vtebatur*: Eodem modo vtraque maxilla poteſt vocari dextera, ſi vtramque cum manſuetudine atque patientiâ iniuriis exponamus: ita vt ſi tertiam maxillam haberemus, etiam dextera poſſet appellari: ideoque ſi tertiam maxillam haberemus, non deberemus illam percutienti negare. Viuamus ad exemplar iuſti hominis, quẽ tam patientem deſcribit Nazianzenus, vt dicat: *Tertiam etiam obiecturus, opere docens, quæ ſermone non poteſt.* Hîc ſolet ordinariè moueri difficultas cum S. P. Auguſtino, cur Chriſtus qui id conſilium dederat, ſi quis nos percuſſiſſet in dexteram maxillam, illi & alteram præberemus, ipſe alteram Malchò percutienti non obtulit? quinimò eius inſolentiam ac temeritatem reprehendit? *Cur Chriſtus* inquit Auguſtinus, *non fecit quod præcepit?* Reſpondet, *illud præceptum non eſſe ad litteram intelligendum, vt præbeamus alteram maxillam, ſed vt animo tranquillo iniurias perferamus, parati potiùs alteram præbere maxillam, quàm iram concipere, aut vindictam deſiderare.* Chriſtus ergo non iuſſit, vbi quis nos in vnam maxillam percuſſit, obuertamus illi & alteram; ſed voluit hanc doctrinam in ſpirituali ſenſu intelligeremus: nempè poſt vnam iniuriam eâ eſſemus animi æquitate atque conſtantiâ, quâ nos ad aliam recipiendam paratos oſtenderemus. Enimuerò nullus ſibi perſuadeat, ſi quis in dexteram maxillam in plateâ percuſſerit, mè illicò alteram præbiturum: cum magnâ modeſtiâ, vt puto, reſponderem, eumque ſereno animo tantæ inſolentiæ & temeritatis arguerem. Neque Chriſtus vbi

Iudic. 3.

Nazianzenus.

Cur Chriſtus vnam maxillam percutienti non præbuerit alteram.

Augvst. tract. 113. in Ioan.

vbi hanc doctrinam protulit, aliud voluit quàm nos ad maximam manſuetudinem & patientiam exhortari. Si Chriſtus credidiſſet, poſt acceptam alapam, omnes eam modeſtiam ſeruaturos, quod percuſſorem ſui erroris benignè admonerent, nunquam docuiſſet præbēdam alteram maxillam: de noſtra autem manſuetudine & modeſta reſponſione diffiſus, vult opere doceamus quæ ſermone non poſſumus.

Serenitatem in vultu prætulit, quando alapam recepit.

Certè res admiratione digniſſima eſt, videre hominem alapâ percuſſum, animo tam ſereno eſſe, vt in ipſius vultu generoſam lætamque patientiam legere poſſimus. Alapam recipit Chriſtus, & placidis oculis manſuetudinem, mentiſque tranquillitatem præferens, modeſtiſſimè miniſtrũ impudentiæ conuincit. Iob Dominum ita alloquebatur: *Numquid oculi carnei tibi ſunt? aut ſicut videtho mo*, propter acceptas iniurias turbatus, *& tu videbis?* Narrat Euangeliſta milites velaſſe faciem Chriſti, & ſic alapas inflixiſſe: *Cæperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cadere*, Marc. 14. Porrò eam ob rationem faciem eius velatam exiſtimo, quod cùm viderent miram in Chriſti vultu & animo ſerenitatem, gratiamque in reſpondendo, poſtquàm colapho percuſſus fuerat, timuerunt ne Chriſtus oblatam taliter reſpondendi occaſionem adhuc arriperet; quapropter eius oculos velarunt, ne videret quorum alapis & iniuriis lædebatur. Si legamus cap. 15. libri ſecundi Regum, reperiemus Dauidem, quando Abſalonis furorẽ fugiebat, nudis pedibus in montem oliuarum & velato capite conſcendiſſe: *Porrò Dauid aſcendebat cliuum oliuarum ſcandens & flens, nudis pedibus incedens & operto capite.* Cur Dauid in aſcenſu montis, arboribus variis conſiti, per abrupta illa & ſummæ difficultatis loca

Iob 10.

Marc. 14. v. 15.

2. Reg. 15.

loca operto capite incedebat? Præſtabat aperto capite, liberiſque oculis eſſe, ne in ramos aut ſentes impingeret, dein quo etiam expeditiùs fugeret. Perſequebatur eum Abſalon, & velato capite incedebat, quaſi nullam aut exiguam voluntatem haberet filij manus euadendi. Doctus quidam Interpres, huius rei non incongruam rationem aſſignat. Operto & velato capite inceſſit Rex Dauid, ne perſequentis filij videret iniurias. Dauid, patientiæ exemplar, quem D. Gregorius Nazianzenus manſuetudinis doctorem appellauit, animi ſui æquabilitatem non auſus eſt polliceri, ſi inimicorum iniurias oculis ſuis perſpexiſſet, vnde quo ſecurum & ſerenum animum ſuum redderet, ſuos velauit oculos. Christus autem à Malcho recipit alapam tam ſereno animo ac ſi nihil recepiſſet: videt nefarium ſuum percuſſorem, & modeſtâ reprehenſione

Difficile eſt, iniurias inferentem æquis oculis aſpicere.

contentus eſt, nullatenus ob acceptam tam grauem iniuriam perturbatur: *Nunquid oculi carnei tibi ſunt? aut ſicut videt homo, & tu videbis?* nequaquam. Chriſtus tranquillo animo opprobria, colaphos, aliaſque iniurias patitur, & ſerenam in vultu oculiſque conſtantiam ſeruans, nobis præclarum manſuetudinis ac patientiæ exemplum relinquit. Iob 10. v. 4.

CAP. III.

Alapa, quam à Malcho recepit Chriſtus, fuit maxima omnium iniuriarum, quas in Paſſione ſuâ tolerauit.

Dico hanc alapam fuiſſe maximam & vehementiſſimam iniuriam inter omnes, quas Chriſtus in totâ ſuâ Paſſione tolerauit; idcircò hanc alapam vocauit per excellentiam *dolorem ſuum.* In Geneſi cap. 15. deſcribitur Rachel pariens vltimum filium ſuum Beniaminum

Digitized by Google

iaminum; ex quo ob difficultatem partus certiſſima ei mors imminebat. *Egrediente autem animâ præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Bennoni, id eſt, filius doloris mei, Pater verò appellauit eum Beniamin, id eſt, filius dexteræ.* Per Beniamin filium vltimum Malchus, qui Chriſto alapam incuſſit, adumbratur: Fuit enim vltimus inter omnes eos, quibus Chriſtus beneficium curationis impertiuit, amputatam eius auriculã miraculosè reſtituendo. Vocatur Malchus filius doloris mei, & filius dexteræ, quia dexteram manum in faciem Chriſti contorſit, & ſacrum illum vultum læſit:

Gen. 15. Malchus filius doloris Chriſti, & filius dexteræ: id eſt Beniamin.

Vultum quo cælum tempeſtateſq; ſerenat.

Tanto autem dolore Chriſtum affecit, vt dicat Vincentius Ferrerius ſerm. de Paſſ. ex vi percuſſionis Chriſtum Dominum in terram ad pedes Pontificis decidiſſe. O verè impudentem dexteram, & execrabili armatã audaciã! Nónne igitur Malchus, *qui tetendit aduersùs Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt*, iure poteſt appellari à Chriſto *filius doloris mei, & filius dexteræ?* quidem nullũ dolorem Chriſto grauiorem fuiſſe in totã eius Paſſione, quàm ictum illum, quem inflixit Malchi dextera indicant hæc verba, *filius doloris mei*; vbi non ſolùm dicit *doloris*, ſed *doloris mei.* Eâdem emphaſi vſus eſt per Dauidem: *Et in ſiti mea potauerunt me aceto.* Sæpiùs Chriſtus ſiti laborarat, ſed numquam ita vehementi ſicut in cruce, in quâ cùm manus pedeſque clauis confixos haberet, ad ſitim leniendam nullatenus poterat ſe iuuare, ideoque *ſitim ſuam* appellat per excellentiam. Sic magnitudinem doloris volens oſtendere, quem attulit Malchus huius alapæ inflictu, eum vocauit filium doloris ſui. *Filius doloris mei.*

Iob 15.

Alapa fuit maximum omnium iniuriarum Paſſionis Chriſti.

Pſal. 68.

Proponite vobis omnes cruciatus & iniurias, quæ in totâ

totâ ſuâ pertulit Paſſione, nunquam ſilentium fregit, nunquam vel vnam vocem amiſit, nunquam vel minimùm conqueſtus fuit, niſi propter vnam alapam ab hoc Malcho inflictam. Balthaſar ſuis optimatibus ſplendidum inſtruxerat cõuiuium, in quo vaſa templi Ieroſolymitani aurea & argentea, quæ aſportauerat Rex Nabuchodonoſor pater eius, profanabat. Sed ecce diuinam vltionem. Apparet enim in ſuperficie parietis manus hominis ſcribentis. Hanc manum vbi Rex vidit, ingens eum timor & perturbatio inceſſit. Audite Scripturam: *Et Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis, tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum: compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur.* Quid ita de ſubitò perturbaris Rex potentiſſime? quid vidiſti? vngues leonis irati aut ſæuientis vrſi, vel tigridis? Solam, inquit, vidi hominis manum. Quid? ſola hominis manus tantum tibi terrorem & perturbationem poteſt adferre? Haud ampliùs poſſes perturbari, ſi Cherubinus romphæam ignitam in te vibraret, ſi leones & vrſi, omneſque aliæ feræ in te ſimul irruerent? Nimirum nihil neque terribilius, neque crudelius manu hominis, neque inſtrumentum vllum quod maioribus doloribus poteſt nos affligere. Darius Rex, qui Balthaſari ſucceſſit, cùm miſiſſet Danielem in lacum leonum, allatum lapidem & poſitum ſuper os laci *obſignauit anulo ſuo, & anulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem.* Mirum eſt Regem, cùm expoſuiſſet Danielem leonibus famelicis deuorandum, adhuc curam habuiſſe, ne quis homo, qui foris & extrà lacũ erat, inuidiâ aliáue maleuolentiâ ductus, ei damnũ aliquod adferret. Quo facto Rex declarauit plus timendas hominis manus, quàm leonum & ferarum crudeliſſimarum

Dan. 7.

Manus hominis quàm metuenda.

Dan. 6.

marum vngues. Hic mundus eſt *mare magnum & ſpatioſum manibus*, præſertim in Regum aulis, quæ manibus metuendis ſcatent. Ibi enim ſunt manus quædam adulationibus blandientes quidem; ſed quouis aſpidum veneno pernicioſiores: aliæ ſunt mendaciis inſtructæ quæ Principibus prudentiæ oculum eruunt aut excæcant: aliæ harpyiarum vnguibus armatæ ad Principem & patriam bonis ſpoliandam: aliȩ aureos hamos præferentes ad attrahendum Magiſtratus & Prælaturas; aliæ ferro armatæ ad æmulos ſuos ſubuertendos aut è medio tollendos. In paucis verbis, quibus Deus per Ieremiam cap. 46. minatur Ægypto, tertiò tamen *manus* repetitur, quaſi hac nihil grauius vel terribilius ſit: *Dabo eis in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſeruorum eius.* Vnde nõ ſine iuſtâ ratione Chriſtus alapam manu hominis impudentiſſimi inflictam vocauit dolorem ſuum: cuius doloris ea vis fuit, vt ſilentium fugerit, & percuſſorem reprehenderit; de quo tamen prædixerat Iſaias: *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum*, cap. 53.

Pſal. 103.

Manus aulicorum, quales?

Ierem. 46.

Percurrite animò cruciatus omnes, quos Chriſtus in ſua paſſione tolerauit, quem hac alapa maiorem inuenietis? Sigillatim, ſi placet, eos expendite. Capitur Chriſtus in horto, & iniectâ in collum cordâ rapitur per torrentem Cedron; ſicut agnus tacet. Deridetur ab Herode, & albâ veſte indutus per vrbem trahitur; patienter omnia ſuſtinet, quinimò quaſi regali purpurâ ornatus celebrem triumphum agit. Flagellis toto corpore laniatur; *oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum.* Coronâ ſpineâ caput terebratur; illam vt ſertum ex roſis floribuſq; confectum habet. In cruce pendet; ibi tanquam in dulci thalamo requie-

Iſaie 53. Ad alapæ ictum Chriſtus ſilentiũ rumpit: in aliis paſſionibus taciturnus.

Iſaie 53.

Digitized by Google

requieſcit. Felle & aceto potatur; non magis conqueritur, quàm ſi liquorem ſuauiſsimum guſtaſſet. At verò cùm Malchus, perditiſſimus ac flagitioſiſſimus Pontificis miniſter, in eius faciem inuolat, alapamque infligit; Chriſtus conqueritur, eumque arguit, ac propoſiti ſilentij terminos tranſgredi videtur. Erat nempe manus hominis, execrabile inauditæ crudelitatis inſtrumentum. Ille qui nullum verbum edidit vbi funes, vbi ſpinas, vbi flagella pertulit, vbi fel & acetum guſtauit, ſtatim ac manũ hominis ſenſit, conqueſtus eſt, ſilentiumque abrupit, dicens: *Quid me cadis?* Iterum mihi exclamari liceat, quàm terribiles ſunt manus hominis! Sed aduertite ex S. P. Auguſtino, hominem etiam in animo ſuo habere ſpirituales manus, quibus vel Deum offendit vel fideliter ipſi inſeruit. Quid Chriſtum adegit ad tantas anguſtias, tantoſque cruciatus tolerandos, niſi manus Adami, quam in arborem ad fructum ligni vetiti decerpendũ extendit? quid illum in crucem egit, niſi manus noſtræ ſpirituales, id eſt, peccata noſtra? Maiores & atrociores in Chriſti animo dolores vel vnum peccatum lethale generat, quàm omnes ignominiæ doloreſque, quos in ſuâ paſſione ſuſtinuit: nam peccatum mortale committere, non minus eſt quàm Deo alapam infligere. Ex quo quiuis colligat quãtis doloribus Chriſtum affligant fœdæ cogitationes, vindictæ deſideria, immodicæ honorum diuitiarumque cupiditates, & viuendi licentia Chriſtiano nomine indigna: quotieſcumque enim peccatum quis committit, toties ingens huius alapæ vulnus refricat. Ieremias Propheta tanti hanc alapam fecit, vt eam iudicarit paſsionum omnium & iniuriatũ compendium: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs,*

Ioan. c. 18. v. 23.

Peccare mortaliter, eſt dare alapam Chriſto.

Thren. c. 3. v. 30.

probrijs, cap. 3. Quinimò ipſis inimicis ſufficere debebant huius alapæ dolores: *Percuſſerunt*, aiebat Iob in perſonâ Chriſti, *maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.* Michæas, cuius faciem Sedechias pſeudopropheta percuſſit, quique figuram Chriſti alapâ percuſſi geſſit, hanc alapam conſiderans, tam grauem eſſe indicauit, vt illi euerſionem ciuitatis Ieroſolymitanæ tribuendam eſſe dixerit; his verbis Ieroſolymam compellans: *Tunc vaſtaberis filia latronis, obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virgâ percutient maxillam iudicis Iſraël*, cap. 5.

Iob 16.

Alapa Chriſti fuit cauſa euerſionis Ieruſalem.

Michea 5.

CAP. IV.

Quinque rationes adferuntur cur Chriſtus propter hanc alapam reſponderit, qui ad cæteros omnes ſuæ paſſionis cruciatus obmutuerit.

Non eſt quærenda gratia Principum cum damno proximi.

VIdeamus iam rationes cur Chriſtus, qui ad omnes alios cruciatus obmutuit, iam conqueratur. Prima eſt, vt adulationis impudentiam retunderet. Dedit miniſter alapam Chriſto, vt Pontificis gratiam ſibi conciliaret, quaſi abſque vlla modeſtia reſpondiſſet: neque enim huic tam in animo erat inhumanitatem corripere, quàm heri ſui gratiam aucupari, etiam cum grauiſſima ipſius innocentis iniuria. Cui Chriſtus iudicauit neceſſariò reſpondendum, eiuſque temeritatem retundendam; quo omnes ſcirent, non ſine pœna illos abituros, qui vt Principis alicuius gratiam venentur, alteri damnum & iniuriam inferre non erubeſcunt.

Secunda ratio eſt, vt ſe à calumnia miniſtri purgaret, qui dicebat Chriſtum magnam coram Pontifice irreuerentiam commiſiſſe. Pontifex Ieſum de diſcipulis eius, & de doctrina eius interrogauerat. Huic Pontificis petitioni magna cum modeſtia & prudentia reſpondit, dicens: *Ego palam* *Ioan c. 18. v. 20.*

Digitized by Google

locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt quæ dixerim ego. Cùm timeret Chriſtus ne ſua doctrina in periculum veniret, ſi in occulto, non in publico tradita crederetur, voluit Pontifici ſatisfacere, omnemque ex eius animo prauam ſuſpicionis occaſionem euellere. Miniſter, quaſi Chriſtus irreuerenter coram Pontifice ſe geſſiſſet, dedit ei alapam. Noluit verò Chriſtus, vt ex ſuo obſtinato ſilentio, Mundus crederet à ſe ſacerdotalem dignitatem parui æſtimatam: fregit ergo ſilentium ab Iſaiâ Prophetâ prænuntiatum, ne ſi tacuiſſet omnes ſcandalizarentur quòd tam parui feciſſet Sacerdotem atque Pontificem. Ex quo colligere poſſumus quantam Sacerdotibus reuerentiam exhibere debeamus. Et fortaſſe Chriſtus alapâ percuſſus ideò ad pedes Annæ Sacerdotis cecidit, non ita propter violentiam percuſſoris, quàm vt oſtenderet quanta Sacerdotibus reuerentia debeatur.

Chriſtus quanti æſtimarit ſacerdotalem dignitatem.

Tertia ratio. Voluit ſummam ingratitudinem flagitioſiſſimi huius miniſtri confundere; ille erat, cui auriculam eâdem nocte reſtituerat, qui memor beneficij adeò recentis eſſe debebat. Chriſto autem dedit alapam, non ex ſubito motu & qui primo primus dicitur, ſed propter auditam reſponſionem, quaſi eam benè examinaſſet: *Sic reſpondes*, inquit, *Pontifici?* Sed audi, impie miniſter: Si Chriſtus auriculam tibi non reſtituiſſet, quomodò eius verba audiuiſſes? Siccine, ingratum caput beneficij tibi tam liberaliter iam iam collati obliuiſceris? Artem chyromanticā nunquàm ſum profeſſus, tamen ex tuâ manu iudico te ingratiſſimum & ſceleratiſſimum eſſe. De Hebræis con-

Ingratitudo Malchi.

Ioan. c. 18. v. 22.

conquerebatur Dauid, qui eo ipſo die quo ex Ægypti ſeruitute fuerant erepti, tantum beneficium obliuioni tradiderant: *Non ſunt recordati manus eius die quâ redemit eos de manu tribulătis*, Pſalm.77. Idem dici poteſt de Malcho, qui non eſt recordatus manus Chriſti die quâ ſanauit eũ. O extremæ ingratitudinis portentum! Itáq; vt hanc perſtringeret modeſtè reſpondit: *Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de me, quid me cædis?*

Pſalm.77.

Ioan.c.18. v.23.

Iniuriæ non ſunt in animo ſeruandæ.

Quarta ratio fuit, vt declararet nullum ſe de tantâ iniuriâ dolorem in alto pectore reconditum ſeruare, neque grauiorem vindictam in aliud tempus differre. Quis enim non crederet valdè exacerbari illius animum, qui alapam iniuſtè receperit? Nam alapa & noxa grauis, & turpis iniuria vbique reputatur, quæque rariſſimè condonari, imò percuſſoris morte, licèt ad aliquos annos differatur, à filiis huius ſæculi expiari ac vindicari ſolet. Ideoque Chriſtus reſpondere voluit, vt omnes intelligerent propter turpem iſtam iniuriam neque ſibi animum exulceratum eſſe, neque ſe dolorem alto corde premere, vel ſub ſimulato ſilentij arcano aliquam vltionis ſuo tempore exerendæ ſcintillam latere.

S. Cyril.

Nemo ſine iure verberandus.

Quinta. Vidit opportunam occaſionem ſingulos docendi & admonendi, neminem eſſe contra fas & æquum cædendum; atque hæc eſt ſententia S. Cyrilli Alexandrini vbi ſuprà: *Cæditur*, inquit, *vt ſeruus, qui nutu ſolummodò perdere Iudæos omnes potuiſſet, nec vllam facit vltionem. Non enim irâ, nec mæſtitiâ, nec dolore vincitur. Placare autem, melioremq́; facere Principem ſtudet, cùm cædi oportere negat eum, qui nihil malè locutus eſt. Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem benè, quid me cædis?* Hanc etiam reſponſionem S. Parens Auguſtinus conſiderans, dixit. *Quid hâc reſpon-*

S. Avgvst. vbi ſuprà.

Digitized by Google

ſione verius manſuetius, iuſtius?

Chriſti mãſuetudo eſt imitanda, neque iniuriarum vindicta ſumenda.

Speculum tam raræ manſuetudinis intueamur omnes. Poterat Chriſtus igni de cælo quantocyùs euocato iſtum blaſphemum cremare: poterat terræ imperare os ſuum aperiret, viuumque abſorberet, & ad inferos vſque relegaret: maluit tamen ſuam patientiam, quàm potentiam demonſtrare. Quæ verò hominum eſt impatientia? Si quis colaphum, aliamve iniuriam alteri intulerit; non modò quæritur ſimplex vltio, ſed ea, quę longè ſuperat acceptam: donec crudelitas inhumana ſatis ſuperque ſatiata recedat. Hoc Regius Vates reprehendit Pſalm. 54. *Non de-*

Pſalm. 54.

fecit de plateis eius vſura & dolus. Quæ autem ſit illa vſura, exponit Auguſtinus ad eum locum: *Quando non dimittis, quod tibi debetur. Verbum contumelioſum audiſti: vis exigere damnationis ſupplicium. Pugno percuſſus es: interfectionem quæris. Vſura mala.* Hæc tamen vſura valdè iam per omnes orbis terminos floret, regnatque, & maximo in pretio habetur. Si quis alteri mentiris dixerit, ilicet alapa impingitur, poſt alapam ſtringitur pugio, & mors acerba ſequitur. O rem à principe dæmonum excogitatam! Sed finio cum his Cyrilli verbis: *Exemplum clementiæ atque manſuetudinis, Chriſtum teneamus.*

AVGVST.

S. CYRIL.

TRA-

TRACTATVS

De militum inſolentiâ.

Qui Chriſtum conſpuerunt, eius faciem velarunt, colaphis cæciderunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit? Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

CAP. I.

Nocturnam hanc militum inſolentiam videtur Iob cap. 16. prædixiſſe: cuius verba referuntur, & explicantur.

Nocturna militum inſolentia aduersùs Chriſtum in domo Caiphæ exaggeratur. VIRGIL.

AENEAS apud Virgilium*, vbi Didoni deſcribit Troianæ ciuitatis excidium, ſummopere noctem illam deplorat, quâ florentiſſimum Priami regnum à Græcis euerſum, ferro perditum, ac flammis abſumptum eſt:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lachrymis æquare dolorem?

Verum enimuerò magis nox illa nobis deploranda eſt, quâ Chriſtus, noctis & quietis Creator, nullam quietem paſſus fuit: quâ militum inſolentiæ expoſitus, indigniſſima ſputa, ſarcaſmos & verba velatis oculis debuit excipere, audire, tolerare. Triſte profectò ſpectaculum! Ecquis autem adeò infames iniurias Deo factas non miretur? quis non horreat? quis digna oratione exprimere poſſe confidat? Magne Deus, quò tua tandem humilitas infinita deſcendit? quò tua pietas proceſſit? quæ te charitas inflammauit? Conſpuitur, velatur, alapis cæditur, mille iniu-

Digitized by Google

riis, mille contumeliis cumulatur Deus Deique Filius à viliſſimis hominibus. Miremur ſinguli, tantamque Domini erga genus humanum benignitatem, & pietatis viſcera ex merito obſtupeſcamus. Poſtquàm Iesvm vltimo mortis ſupplicio afficiendum tanquã blaſphemum ſummus Sacerdos & Principes pronuntiaſſent, traditus fuit cuſtodiẽdus militibus crudeliſſimis, quos temulentos & mero obrutos facit

Theophylact. Theophylactus in Lucam: hi dominis ſuis obſequi geſtientes, velut immanes lupi in agnum innocentiſſimum irruerunt, inque faciem eius expuerunt. deindè, quò noctem faciliùs inſomnem fallerent, huiuſmodi luſum excogitarunt, vt facie obuelatâ,

D. Hieronymvs. bacillo, vt vult Hieronymus, eius maxillam cæderent, dicerentque: *Prophe-*

Matt. c. 26. v. 68. *tiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* Hæc omnia, verbis ſequentibus, Iob Propheta videtur comprehendiſſe: *Aperuerunt*, inquit, *ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis; concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit: ego ille quondam opulentus repentè contritus ſum, tenuit ceruicem meam, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum.* Iob c. 16. v. 11. & ſeq. Quibus verbis triſtiſſimã hanc, quæ in Chriſto impleta eſt, tragœdiam prænuntiauit: neque quidpiam horum Iobo accidit, cuius maxillam nemo percuſſit, nec fuit ſpuentibus hominibus poſitus quaſi in ſignum, cùm præſertim in ipſo regiam dignitatem Scriptores agnoſcant. Singula Prophetæ verba expendamus.

Aperuerunt ſuper me ora ſua, vt virulentam indè ſaliuam in me coniicerent, *exprobrantes* quòd Propheta eſſem; dicebant enim: *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* Cùm ipſe non Propheta ſolùm eſſet, ſed is qui omnium Prophetarum ac vera dicentium ora ſolue-

Iob c. 16. v. 11. ſoluebat? *Percuſſerunt maxil-
lam meam, non ſolùm Mal-
chus, ſed plures Chriſti
faciem colaphis percuſſe-
runt. Iob ſimpliciter dicit,
Percuſſerunt, non exprimens
quo modo percuſſerint:
quo etiã modo apud Mat-
thæum legimus in Græco
textu, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, id eſt, fu-
ſtibus aut baculis cæcide-
runt, vel fortaſsè crepidis,
quibus Iudæi plurimùm
vtebantur; ῥαπὶς enim, vnde
verbũ ῥαπίζειν deductũ eſt,
virgam aut fuſtẽ, & crepi-
dam ſignificat. Tamdiu au-
tem hunc crudelitatis ludũ
exercuerunt, donec ſatia-
Ibid. rentur & fatigarentur: *Sa-
tiati ſunt pœnis meis.* Chri-
ſtũ enim velatum deſignat
Ibid. Propheta his verbis: *Con-
cluſit me Deus apud iniquum*;
Septuaginta habent, *vela-
uit*. Subdit deinde: *& ma-
nibus impiorum me tradidit*;
Matth. 26. dicit Matthæus: *Alij palmas
in faciem eius dederunt*, pal-
mæ autem ſunt extenſæ
manus: crudeliſſimas igi-
tur impiorum manus ex-
pertus fuit, quibus traditus
fuerat. *Ego ille quondam opu-* Iob c. 16. v. 13.
lentus, repentè contritus ſum. Chriſti o-
Chriſtus ſecundùm ſuam pulentia in
diuinitatem diues eſt & quo conſi-
opulentus, vt explicat Dio- ſtat.
nyſius Carthuſianus in hũc Dionys. Carthvs.
locum: diues eſt in ſeipſo in Iob.
diuitiis infinitis, quæ ſunt
ſimpliciſſima omnis boni,
ac ſuperplena, ſimplici-
terque perfecta poſſeſſio.
Præterea ſecundùm aſ-
ſumptam humanitatem di-
tior eſt toto vniuerſo om-
nium vtique creaturarum
Creator ac Dominus: In
animâ fuit plenus omni
virtute, quæ nullam imper-
fectionem includeret; ple-
nus omni ſanctitate, gratiâ,
ſapientiâ, perfectione &
gloriâ ab ipſo ſuæ incarna-
tionis exordio, quantùm
creatura capere potuit. Ipſe
autem *repentè contritus eſt*,
quia poſt maximos hono-
res, ſæpè ſibi à Iudæis &
præcipuè verò die Palma-
rum exhibitos, fuit militum
ludibrio expoſitus, colaphis
cæſus, ſputis conſpurcatus,
denique ad tam vilem ſta-
tum deiectus, vt eſſet op-
pro-

Digitized by Google

probrium hominum & abiectio plebis. *Tenuit ceruicem meam, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum*; voluit enim Deus conſtanter hos ictus perferre, cumque deficeret humanitas, ipſa diuinitas videtur immotã Chriſti ceruicem tenuiſſe, & quaſi in ſignum poſuiſſe, vt Iudæi, ſicut ſagittarij in ſcopum ſolent, ſua ſputa in Chriſtum coniicerent, & colaphis certatim verberarent.

Iob c.16. v.12.

Hunc Iob Prophetæ locum ad mores conuertamus, *Aperuerunt ſuper me ora ſua:* impij ora ſua aperuerunt, vt in Deum iniurias & blaſphemias eructent; nos verò labia noſtra aperiamus ad gratias Deo reddendas, ad Dei laudes enarrandas. *Exprobrantes*, prophetiam Deo obiiciũt, Deique magnalia vitio vertunt; nos verò eius opera celebremus, quæ præſertim pro noſtra ſalute geſſit. *Percuſſerunt maxillam meam*: illi in faciem Chriſti inuolant, & pugnis crudeliter cædunt: nos Chriſti faciem colamus, id eſt, perfectè Prælatis obediamus, qui ſunt capita in corpore Chriſti myſtico reſpectu ſubditorum. Nam hi faciem Chriſti cædunt, qui Superioribus, Chriſti vicariis, in faciem reſiſtunt, qui eos ignominiâ afficere moliuntur, aut contumeliis exacerbare. *Satiati ſunt pœnis meis.* ſatient nos quoque Chriſti ſupplicia, & finem imponant ſceleribus noſtris, omnemque in nobis vindictæ cupiditatem & auaritiæ ſitim paſſio Chriſti extinguat. *Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.* In ſtabulo Bethleemetico eũ agnouerunt bruta, hodie nequiſſimi milites eundem miris modis excruciant: recludamus nos apud Deũ hâc ſeptimanâ ſanctâ, vbi & ipſum manibus impiorum traditum, & exquiſitiſſimos iſtos cruciatus perferentem contemplemur. *Ego ille quondam opulentus, repentè contritus ſum.* Suum quo-

Locus prædictus Prophetæ Iob moraliter explicatur. *Ibid.v.11.*

Ibid.

Prælatis obediendũ.

Ibid.

Ibid.

Ibid.v.13.

quoque peccator ſtatum conſideret: quando gratiam poſſidebat, tūc ſuauiſſimâ conſcientiæ ſecuritate fruebatur, tunc vitæ candore ac puritate refulgebat, Dei clementiam experiebatur, & dulcia cum eo miſcebat colloquia; ſed ex quo peccatum commiſit, repentè contritus eſt, & gratiæ ſtatu decidens, horrore peccati concuſſus eſt, neque cæleſtium ampliùs conſortio, ſed dæmonum ſocietate circumuallatus, qui ſempiternam animæ eius perniciem machinatur. *Poſuit me ſibi quaſi in ſignum*; illi in Chriſtum quaſi in ſcopum manus iactabant & ſputa: nos ad Chriſti honorem omnes noſtras actiones dirigamus: ſit ille ſcopus noſter, in quem tanquàm in ſignū, perpetuò mentis noſtræ oculos intendamus.

Iob c. 1. v. 13.

CAP. II.

Facies Chriſti à militibus fœdè conſpuitur.

CÆperunt *quidam conſpuere eum*, Matth. 26. *Et exſpuerunt in faciem eius*, Marc. 14. Sanctiſſima cælorum Regina adeò copioſam, turpemque conſputionem hanc fuiſſe S. Brigittæ reuelauit, vt filius quaſi leproſus videretur: *Filius meus*, ait, *adeò conſputus apparuit, quòd quaſi lepraſus apparebat*. Et hoc diu antè prædixerit Iſaias c. 33. *Non eſt ei ſpecies, neque decor. Vidimus eum, & non erat ei aſpectus. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* Notandum, Marcum vbi ſuprà, non dicere ſimpliciter, *ſpuerunt*, ſed *exſpuerunt*, quaſi execrando ſpuerint, & ex imo pectore fœtida phlegmata extraxerint, eaque in faciem Chriſti coniecerint. Vah! Iudæorum ingratitudo. Quid hominum

Matth. 26. Marc. 14. S. Brigit. Iſaia 33.

num ſceleratiſſimi, quid agitis? infami huiuſmodi ludibrio dignum exiſtimatis, quem cæli cardines & dæmones contremiſcunt? ſic conſpuitis illam faciem, in quam Angeli deſiderant proſpicere? ſic excreationibus faciem illam deformatis, quam patres veſtri tot clamoribus videre poſtularunt? exclamabat Dauid

Pſal. 84. Pſalm. 84. *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*; & alibi.

Pſal. 142. *Ne auertas faciem tuam à me.* Magna ſanè me tenet admiratio, cùm Iudæorum rabiem conſidero, quos eximia illa Chriſti pulchritudo, plena decoris & maieſtatis, à tam nefario auſu minimè deterrere potuit: erat venerabilis Chriſti facies tam admirandæ venuſtatis, vt de illo cecinerit idem Propheta Pſalm. 44.

Pſal. 44. *Specioſus formâ præ filiis hominum.* Hac enim re voluit homines ad ſe attrahere, & ad ſui amorem inflammare, vt his verbis teſtatur Clemens Alexandrinus in ſuis ſtromatibus: *Seruator noſter humanam omnem ſuperat naturam, pulcher quidem, vt à nobis ſolus ametur.* Si forma, quæ in fęmina eſt, adeò vehementes amoris ſcintillas excitare poteſt: quam quæſo vim habuit plus quàm humana illa pulchritudo ad flectendos hominũ animos, quæ in Chriſto reluxit? Id ſatis abundè declarat D. Hieronymus. *Certè*, inquit, *fulgor ipſe & maieſtas diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu.* D. Bernardus aſſerit eam in Chriſti pulchritudine vim ac potentiam fuiſſe, vt integri aliquando populi, rerum ſuarum obliti, relictis vrbibus ad deſerta cõfluerent, cumque per agros ac montium ſolitudines euntem cum admirabili gaudio ſequerentur; ita loquitur ſer. 1. in feſto omnium Sanctorum: *Prædicantem Dominum de ciuitatibus & caſtellis populi ſequebantur, quorum ſaluabat animas, ſanabat corpora, adhærebant ei affatu pariter & eius aſpectu*

Chriſti pulchritudo maxima, & omnes alliciens.

CLEM. ALEX.

D. HIER. in c. 5. Mat.

D. BERN.

aſpectu delectati, cuius nimirũ vox ſuauis & facies decora, ſicut ſcriptum eſt: ſpecioſus formâ præ filiis hominum. Talis eſt quem nos ſequimur, cui adhæremus: totus deſiderabilis, in quem non ſolùm populi, ſed & ipſi Angeli ſancti deſiderãt proſpicere. Nihilominùs, quamuis Chriſtus eâ formæ elegantiâ præfulgeret, eò militum veſania proceſſit, vt faciem illam amabilem, cunctiſque gentibus deſideratam, ſputis contaminare non abhorruerit. Fuit hæc iniuria Chriſto longè grauiſſima, quia in faciem alicuius ſpuere, apud Iudæos erat maximi contemptus indiciũ. Præterea habebat Chriſtus Dominus tenerrimam nobiliſſimamque complexionem, quę ab iſtiuſmodi fætidiſsimis ſordibus ſolet horrorem incredibilem habere. Adde quod hoc contumeliæ genus eum leproſo ſimilem reddebat. Maria, ſoror Moyſis, aduersus Moyſem murmurabat, ſtatimque Deus eam leprâ percuſſit:

Conſpui à militibus fuit Chriſto grauiſſima pœna.

Et ecce Maria apparuit candens leprâ ſicut nix. Moyſes vbi eam leprâ infectam audiuit, extemplò ad Deum confugit, multiſque precibus ſolicitauit, vti ſororem priſtinę ſanitati reſtitueret. Deus reſpõdit pœnam minorem eſſe delicto, quæ cæcitati, aut maiori aliquo ſupplicio affici meruerat; voluit ergo ſeptem diebus ſepararetur extrà caſtra. *Reſpondit Dominus: ſi pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extrà caſtra, & poſteà reuocabitur.* Apud Deum idem videtur, aliquem ab alio conſpui & leprâ percuti. Quòd ſi illa, cuius faciem conſpuiſſet pater, debebat ſeptem diebus rubore ſuffundi, & lugere tali ſe affectam ignominiâ, debuitque Maria, quia leproſa erat, ſeptem dies ſeparari extrà caſtra: quàm graue debebat eſſe Dei Filio, vbi Iudæi ita in eius faciem exſpuerunt, vt quaſi leprâ percuſſus videretur?

Num. 12.

retur? Non equidē in eum Pater ſpuebat, ſed crudeliſſimi miniſtri, qui nullum inſolentiæ genus prætermittebant.

In Deuteronomio legimus cap. 25. ſi duo fratres ſimul habitaſſent, vnuſque eorum abſque liberis mortuus eſſet, vxor defuncti non poterat alteri nubere, ſed frater tenebatur eam accipere, vt fratris ſui ſemē ſuſcitaret. Si autē frater eā accipere coram Iudicibus recuſaſſet, poterat mulier tollere calceamentum de pede eius, & ſpuere in faciem eius; dicendo: *Sic fiet homini, qui nō ædificat domum fratris ſui*; quo pacto, iuxta probatos Authores, ei lepram comminabatur, magnamq; infamiā inurebat. Ecce hodie Chriſtus & conſpuitur, & ab Iſaia quaſi leprâ percuſſus videtur, à Iudæis crepidis ſiue calceamentis (vt ſuprà diximus, cōfirmant & tenēt plurimi Doctores contemplatiui & grauiſſimi) verberatur. Olim excreare ſignum erat deſperantis animi, & modus quo aliquis ſpes ſuas nimis magnas & ſublimes corrigebat, quibus arroganter ardua & grandia ſibi polliceri videbatur. Verba ſunt Plinij: *Veniam à Dijs ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo.* Enimuerò ſinus eſt locus, in quo ſpes conquieſcit: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Spuere igitur in Chriſtum, erat calumnias Iudæorum confirmare, qui dicebant populum fruſtrà in illum ſpes ſuas collocare, quos, vt aſſerebant, plurimùm decipiebat & vana ſpe lactabat, quòd crederent illum reædificaturum templum, populum liberaturū, & quæcumque alia futuris temporibus euentura promiſerat. Illi quoque ſpuunt hodie in Chriſtum, qui de diuina bonitate diffidunt, qui ad media humana Deo poſthabito confugiunt, quaſi ſtare promiſſis ſuis nollet ille qui dixit: *Petite & accipietis.* Si quis cibi potuſve penuriâ laboret, ſi terra ſpes

Deut. 25.

PLINIVS.

Iob 19.

Iudæi ſpuētes in Chriſtum, ſignificabant non eſſe ſpem ſuam in Chriſto figendam.

Ioan 16.

Spes in Deo ponenda. ſpes coloni eludat, ſi opportunus è cælo imber nullus decidat, ſubitò de benignâ Dei prouidentiâ deſperamus, cùm tamen ſit ille *qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam, qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum, qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis ceruorum inuocantibus eum*; ille, inquam, qui quinque hominum millia ſatiauit quinque panibus, qui mortuos ad vitam reuocauit, qui claudis greſſum; qui cæcis viſum reſtituit. Quæ ergo cauſa ſpuendi in Chriſtum, & de eius potentiâ ac prouidentiâ diffidendi: cur pro tot beneficiis hanc mundus ei rependit iniuriam? Chriſtus cęcum ſanauit, *exſpuens in oculos eius*: & iam aperit homo os ſuum exſpuitque in faciem Dei, ipſi magnam inferens infamiam, cùm tamen Chriſtus nonniſi exſpuerit in oculos cæci, quo beneficium videndi illi conferret: Deus ore ſuo mortuis vitam dabat; noſtrum verò os præ multitudine peccatorum eſt fœtens ſepulchrum: *Sepulchrum patens eſt guttur eorũ.* Ariſtippus Philoſophus cùm à Phryge, quodam Dionyſij Tyranni Quæſtore, eſſet in domum introductus, pulcherrimo inſtructam apparatu & pretioſis ſtratam pauimentis, excreandi neceſſitati prorſus, in omnem partem ſe vertens, quæſiit quò ſputum abiiceret; tandem in magnifici hoſpitis faciem inſpuit, dicens: *Nullum ſe viliorem locum inueniſſe, in quem poſſet inſpuere.* Similiter impiiſſimi milites viliorem alium locum nullum videntur reperiſſe, in quem ſua ſputa conicerent, niſi faciem Ieſu Chriſti.

Pſal.146. — *Marc. 8.* — *Pſal.13.v.3.*

Sed ô dulcis Saluator! Cur pateris faciem tuam ſputis conſpergi, qui es ſpeculum & imago Patris ſine macula, & candor lucis æternæ? Peccata noſtra fuerunt quæ hæc ſputa in faciem tuam emiſerunt: vehemens noſtræ ſalutis ardor,

ardor, quo æſtuabas, effecit vt hanc ſordium cloacam benigno vultu atque obuio exciperes. Diogenes cum Dionyſio Siciliæ ſupradicto Tyranno colloquens, cùm demonſtrare vellet quàm ſibi diſpliceret execranda illa, quâ nobilitatus eſt, crudelitas; in eius faciem excreauit; quod ille æquo & pacato animo pertulit; cumque amici valdè mirarentur, eumque ad vindictam capiendam exhortarentur, generosè fertur reſpondiſſe: *Piſcatores vt piſciculos capiant, non agrè ferunt ſe ſpumâ maris aſpergi; & ego vt balanam capiam, non patiar oris illius excrementis aſpergi?* Eodem modo videtur Chriſtus poſſe reſpondere: Diaboli, nequiſſimi illi piſcatores, vt animas noſtras deſtruant, infames ſaliuas, opprobria; & tormenta in energumenis patiuntur; & ego, vt mundo vniuerſo ſalutem adferam, haſce contumelias non patiar? non feram me hominum ſaliuis aſpergi? Has enim, quo nos lucrifaceret, iniurias, has fœtentes ſaliuas, hanc fœdam ignominiam tolerauit, & quidem eâ patientiâ, quâ maiorem nunquam Stoici fingere potuerunt. O ſummum Chriſti erga nos viliſſimos homunciones amorem! E diuerſo quis non miretur noſtram ingratitudinem; qui tantum Dei amorem alio amore non compenſamus? Homo, propter creatam aliquam pulchritudinem, cæli inclementiam, pluuiam, grandinem patitur: nos autem, vt incomparabili & æternâ pulchritudine fruamur, neque laborem, neque moleſtiam vllam pati volumus. ſi equitem, aut nobilem virum vel rheda, vel alius iter faciens, luto fortè aſperſerit, ſubitò exoritur grauis murmurationis & horrendæ indignationis occaſio.

Chriſtus noſtræ ſalutis causâ voluit conſpui.

Proponite vobis Chriſti patientiam, qui ſe magnâ cum modeſtiâ atque patien-

patientiâ ſputis, aliiſque contumeliis fœdari permiſit. Refert Valerius Maximus lib.5.cap.1. Piſiſtratum Athenienſium Tyrannum à Thraſippo temulento conuitiis laceratum & ſputo fuiſſe reſperſum; & tamen ſuos filios violatam patris maieſtatem vindicare cupientes retraxiſſe; & Thraſippum in priſtinum honoris & amicitiæ gradum reſtituiſſe. Præclarum profectò eximiæ humanitatis ſpecimen! Sed longè maior fuit Chriſti modeſtia, qui non vnam, ſed plurimas excreationes pertulit, qui tam atroces ſuæ Diuinæ Maieſtati illatas iniurias minimè vindicauit.

CAP. III.

Chriſti facies à militibus ignominioſè velatur.

NON tantùm Chriſtum conſpuerunt illi carnifices, ſed etiam faciem eius velarunt: *Cœperunt* *Marc.14.* *quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere: Propheti*za, Marc. c.14. ita etiam ſcripſit Lucas c.22. *Et velauerunt eum, & percu-* *Luc.22.* *tiebant faciem eius, & interrogauerũt eum, dicẽtes: Propheti-za, quis eſt qui te percuſſit?* Ad quid autem, inſolentes miniſtri, velatis Chriſti oculos, in quibus vita & ſalus noſtra ſita eſt? percurrite *Chriſti oculi quàm ſalutares.* totam eius vitam, videbitis ex eius oculis magna in humanum genus emolumenta redundaſſe. Aſcendebat in montem, eumque maxima multitudo ſequebatur: *Cùm ſuble-* *Ioan 6.* *uaſſet oculos* IESVS, quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus quinque hominum millia ſaturauit. Diſcipulos ſuos docuit beatitudines: *Eleua-* *Luc.6.* *tis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes* &c. Lazarum reſuſcitauit: *Ele-* *Ioan.11.* *uatis ſurſum oculis.* Petrum & Andream ad ſe vocauit: *Vidit Simonem & Andream* *Marci 1.* *fratrem eius mittentes retia*

in

in mare, & dixit illis IESVS: *Venite poſt me.* In ciuitate Naim filium vnicum matris ſuæ reſuſcitauit: *Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordiâ motus* &c. Vocauit ad ſe Matthæum: *Vidit publicanum, nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me.* Quid inſtitutionem Venerabilis Euchariſtiæ, *eleuatis oculis ad Patrem ſuum omnipotentem*, factam, multaque alia beneficia collata commemorem? Cur ergo hos oculos velatis? Ne permittas Deus illos cum noſtro damno velari. Ioab acceſſit ad Dauidem, impetrauitque vt Abſalon rediret ex Geſſur, quò in exilium confugerat, poſtquàm fratrem ſuum Ammonem in conuiuio trucidarat; impetrauit autem eâ cõditione, rediret quidem in domum ſuam, ſed faciem Regis non videret: *Reuertatur in domũ ſuam, & faciẽ Regis non videat*, 2. Regum 14. Poſtquam verò Abſalon duos annos habitaſſet Ieroſolymis, neque ad faciem patris ſui admitteretur; vocauit Ioab, & dixit: *Quare veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe. Obſecro igitur, vt videam faciem Regis. Quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me.* Dicere potuiſſet Ioab; Numquid, ô Princeps, magnum beneficium aſſecutus es quòd ab exilio reuocatus, hîc quietè bonis tuis frui poſſis? Quando me rogante, fratricidij crimine abſolutus es, nónne magnam Regis beneuolentiam fuiſti euidentiſſimo teſtimonio expertus? quæ cauſa eam in animo tuo gignit impatientiam? Tanti æſtimabat Abſalon videre faciem Dauidis patris ſui, vt mortem potiùs optet, quàm eius ſuauiſſimo aſpectu diutiùs carere. Sed longè dulcius erat faciem Chriſti intueri, eius oculos contemplari, qui quinque millia ſaturauerat, qui mortuos ad vitam reuocauerat, qui Apoſtolos conuerterat, & ex quibus tanta beneficia ad

Luc. 7.
Luc. 5.
2. Reg. 14.
Deſiderium Abſalonis vt videret faciem pa. ſui.

ad homines emanarant. Quæ igitur cæcitas & inſania Iudæorum, qui eius faciem & oculos velauerunt? Vbi nos legimus apud Iſaiam cap. 3. *Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit, vt prouocarent oculos maieſtatis eius*; Hebraicus textus habet: *Studia eorum contra Iehouah, ad lædendos oculos ſplendoris eius*. Propheta Chriſtum vocat oculos ſplendoris, ſeu oculos ſplendentes, ſeu oculos maieſtatis Patris æterni: hos tamen Iudæi vehementiſſimè offenderunt, quando eius faciem velauerunt; & hanc euerſionis Ieroſolymitanæ cauſam eſſe dicit Propheta: *Ruit Ieruſalem & Iudas concidit, vt prouocarent oculos maieſtatis eius*. Quid enim mirum, ſi Deus illam vrbem redegerit in cineres, in quâ execrandum iſtiuſmodi flagitium perpetratum eſt? Quid mirum Iudæi, ſi per totum orbem diffuſi, ſi in exilium acti, ſi omnium ludibrium, riſuſque mortalium eſtis? Oculos maieſtatis Dei læſiſtis quando Chriſti faciem & oculos velo texiſtis, eamque turpiſſimis ſputis dehoneſtaſtis: poteſtis dicere cum Ieremiâ cap. 3. *Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam Domino Deo noſtro peccauimus*; meritò operiet vos ignominiâ, qui ignominioſè oculos ipſius Dei operuiſtis. Illi autem Iudæis ſimiles ſunt, illi velant Chriſti faciem, qui abſque verecundiâ ſe peccatis immergunt, qui Deum vel cæcum habent, vel eius ſaltem oculos abditos ſibi perſuadent, ideoque in omnia vitiorum genera laxatis habenis currunt. Sed qui *finxit oculum, non conſiderat*? Quemadmodum autem faciem Chriſti velant, & ad eius oculos cuncta cernentes nolunt attendere; ita æterno diuinæ faciei aſpectu priuabuntur. Dauid è ciuitate fugiebat, audiens Abſalonem arma infeſta ſumpſiſſe, dumque in montem Oli-

Iſaia 3.

Iudæorum oculos Chriſti velantium ingratitudo quomodo fuerit punita.

Ierem. 3.

Peccatores velant oculos Chriſti fingentes Deum eſſe cæcum.

2. Reg. 15.

Digitized by Google

Oliueti aſcenderet, nudis pedibus & *operto capite incedebat*. Cur Rex ille velatis oculis graditur per loca tam difficilia, ſentibuſque & ſpinis obſita, in quæ paſſim impingere, nudoſque pedes ex facili lædere poterat? Crederem recordatum querelæ Abſalonis: qui cùm eâ lege fuiſſet reuocatus ab exilio, ne faciem patris videret; hanc pœnam morte grauiorem habuit, acriterque de eâ fuit conqueſtus. Igitur Dauid propter filij rebellionem indignatus, faciem ſuam velauit; quaſi diceret: Victoriam referat, & de me triumphet Abſalon: ſaltem faciem meam non videbit, quam nuper adeò auidè intueri deſiderauit, ſatiuſque ducebat ſemel è viuis auferri, quàm perpetuò ſibi illam denegari. Timeant itaq; peccatores, ne Deus recuſet ipſis poſtmodùm oſtendere faciem ſuam, eiuſque dulciſſimo aſpectu in æternum priuentur.

Quid ſi & alias cauſas proferamus, cur Chriſtus hanc obuelationem permiſerit? Ac in primis crederem omninò Chriſtum permiſiſſe ſibi faciem velari, quo oſtenderet ſe non optare illos videre, à quibus acerbiſſimis iſtis contumeliis afficiebatur, neque de illorum caſtigatione quidpiam cogitare. Dicebat Iob: *Numquid ſicut videt homo, & tu videbis?* quaſi diceret: Tu non eris ſicut homines, qui poſt acceptam iniuriam toruos & irâ inflammatos oculos in inimicum defigunt. Saül, qui à cantantibus choris ſibi præferri Dauidem audierat, turbatis oculis vehementer excanduit: *Non rectis ergo oculis Saül aſpiciebat Dauid à die illâ, & deinceps.* Et fortaſsè Dauid, quando fugiens Abſalonem operto capite incedebat, ad illud alludere voluit, quaſi ſignificaſſet ſe neque toruos & velut ſcintillantes oculos, ſicut habuerat Saül, neque ob filij iniu-

Iob 10.

Chriſti benignitas & miſericordia erga peccatores.

1. Reg. c. 18. v. 9.

iniurias eos ſibi præ furore commotos & ad vindictam accenſos habere; quaſi hoc geſtu dixiſſet: Ne timeas, aut erubeſcas, fili, ſi ad meliorem mentem redire velis; iſtis enim omnibus, quæ præter fas & æquum mihi plurima intuliſti, ſemper opertos oculos habui, ideoque penitùs animo meo exciderunt, vt qui ea ne quidem videre dignatus ſim. Ita Chriſtus agit, permittit ſibi velari oculos, vt ſceleratis militibus ſignificet à ſe inſolétiſſimas eorũ contumelias non videri, ſeque nihil magis in votis habere, quàm eiuſmodi offenſas actutùm remittere quaſi eas numquàm vidiſſet. Egregium planè flagitioſis hominibus ſolatium, ne vmquam de Diuinâ miſericordiâ & benignitate deſperent. Quare ſi peccatorum ſordibus animas noſtras fœdauerimus, ſi in aliquod turpe ſcelus lapſi ſimus, ſi Deum ad iracundiam noſtris flagitiis prouocauerimus; neque ideò animum, neque ſpem, Dei iuſtitiam ac ſeueritatem nimis veriti, abiiciamus: ecce Chriſtus facie velatus ſedet, neque ſuos ad iram oculos exaſperat, neque de vindictâ cogitat; quinimmò ſi reſipiſcamus, ita ſeſe habebit, ac ſi vitia illa numquàm ab illo viſa fuiſſent.

CAP. IV.

Chriſtus colaphis cæditur, illuditurq́ his verbis: Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit? *& aliis blaſphemiis offenditur.*

VBI velata fuit Chriſti facies, ilicet milites ſe ad luſũ cõpararunt. Igitur cœperũt eum colaphis cædere, & dicere: *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* Luc. 22. v. 64. Darius Perſarum rex quando captus fuit, ductus eſt aureis catenis vinctus, & in ſummâ illâ clade adhuc aliqua ratio regiæ dignitatis habita eſt: in Chriſto autem nihil horum ſimile factum, vbi ſolam ignominiam &

illuſionem reperimus: velatam eius faciem non ſolùm manibus, ſed etiam arundineis bacillis percuſſerunt; quod prædixerat Michæas Propheta his verbis: *In virgâ percutient maxillam Iudicis Iſraël*, cap. 5. Quē locum de hâc nocturnâ militum inſolentiâ accepit S. Hieronymus: *An non*, inquit, *contumelia Trinitatis eſt, quando in virgâ & calamo percuſſerunt Romani caput Iudicis Iſraël, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?* O Angeli, quid ita Dominum veſtrum arundine cædi permittitis? Nimirùm Chriſtus hoc modo pœnas de diabolo ſumere volebat. Referunt rerum naturalium Scriptores cannam ſiue arundinem eſſe ſerpenti mortiferam, adeò vt ſi aliqua ex eius foliis ſerpentis capiti tantùm ſuperponantur, confeſtim ille ſit interiturus: ad huius itaque ſimilitudinem voluit Chriſtus in capite cædi arundine, vt iniqua illa percuſſio, aliæque iniuriæ in caput tartarei ſerpentis reſilirent, & ſic eius caput obtereretur.

Michæas 5.

S. Hieronymus.

Cur arundine fuerit percuſſus Chriſtus in capite.

Prophetiza nobis, quis te percuſſit? Quibus verbis clarè innuebant ipſum & Pſeudoprophetam & populi ſeductorem eſſe; & tamen, poſtquàm filium mulieris viduæ ad vitam reuocarat, de illo dixerant: *Propheta magnus ſurrexit in nobis*, Luc 7. ſimiliter quando quinque panes multiplicauit, exclamarunt: *Hic eſt verus Propheta, qui venturus eſt in mundum*, Ioan. 6. Quomodo iam eum vt falſum Prophetam irrident? *Et viri qui tenebant illum, illudebant ei*, Matth. 26. Neque vt Pſeudoprophetam illum ſolummodò irridebant, dicentes. *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* ſed & infinitos ſarcaſmos, & ſcommata & irriſiones euomebant; & fortè erant qui Samaritanum, dæmoniacum, in virtute Beelzebub dæmonia eiicientem, publicanorum amicum, illiteratum, legis tranſgreſſorem

Blaſphemiæ & illuſiones, quibus eſt affectus Chriſtus.

Luc. 7.

Ioan. 6.

Matt. 26.

Digitized by Google

ſorem appellabant, vti innuit Euangeliſta his verbis: *Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.* Quantum doloris Chriſto iſtæ irriſiones attulerint, quis ex merito poſſet explicare? Viri generoſi eas ita graues ſemper iudicarunt, vt fuerint qui ſibi mortem conſciuerint, ne hoſtiũ ludibriis exponerentur. Saül, vbi ſuas copias vidit deletas, ne viuus in hoſtium poteſtatem veniret, ſeipſum occidit. Cato Vticenſis obligatum vulnus ſuâmet manu eandem ob cauſam, aperuit, vitamque non tam reddidit, quàm profudit. Hannibal quoque venenum hauſiſſe fertur, ne ſcilicet victoribus fieret ludibrium, & cum infamiâ & dedecore in triumphum raperetur. Chriſto igitur hæ militum contumeliæ & ſubſannationes ſine dubio fuerunt acerbiſſimæ; ſed tempus olim aderit, quãdo dicent: *Hic eſt, quem aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij* &c.

Luc. c.22. v.65.

Irriſiones Chriſto fuerunt acerbæ.

Sapient. 5.

Propheti{z}a nobis Chriſte, quis te percuſſit? Quaſi dicerent: Tu, qui te tantum Prophetam iactitas, agè, dic nobis quis te percuſſit? ſi id ignoras; nullus Propheta es. O fatui ac bardi homines, iſtud non ſciet, qui ſcit omnia? non poterit eum, à quo cæditur, manifeſtare, in cuius conſpectu manifeſta ſunt etiam abſcõdita cordis noſtri? Certè non erat tunc Chriſto difficile prophetizare: neque verò, ô bone IESV, tibi modò difficile eſt dicere quis te percuſſerit. Nam & ego, etſi nec Propheta, nec vates ſim, tamen poſſem hodie declarare ex hoc pulpito qui te percuſſerit. Nobilis, qui ſuâ prauâ peccandi conſuetudine alios ſcandalizat, qui meretriciis amoribus irretitus de ſuâ ſalute nil cogitat, ille *eſt qui te percuſſit.* Iudex, qui non ex æquo & bono, ſed auro corruptus, aut vltionis cupiditate inflammatus, capitalem profert ſententiam, ille *eſt qui te percuſſit.*

Peccatores Chriſtum percutiunt ſuis peccatis.

cuſſit. Qui pupillos & pauperes opprimit, qui ſeditiones excitat, qui proximum conuitiis laceſſit, ille *eſt qui te percuſſit*.

Moralis doctrina per recapitulationem antedictorum.

Vt tandem finiamus, ſeriò conſideremus quis ille ſit qui pro nobis patitur eiuſque dignitatem, potentiam, maieſtatem benè perpendamus: nempè ille eſt, qui lucem inhabitat inacceſſibilem, cuius eſſentia concipi non poteſt: ille, qui claritatis oceanus eſt, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum, qui alis Cherubinorum inſidet, qui cælos ac terram creauit, in cuius manu ſubſiſtunt omnia, quem adorant omnes beati ſpiritus, cui ſenſibiles & inſenſibiles creaturæ ad nutum famulantur. Hic tamen talis ac tantus, vniuerſi conditor ac rector, ſuſtinet à viliſſimis nebulonibus faciem ſuam conſpui, oculos velari, maxillas alapis cædi, aures innumeris blaſphemiis onerari. Quis veſtrûm aduersùs improbos iſtos milites non iraſcatur? Sed neque minori iracundiâ aduersùs vos ipſos inſurgere debetis. Spuerunt illi in faciem Chriſti? Vos quoque ſpiritualiter in faciem eius exſpuitis, quoties graui culpâ Deum offenditis; & quidẽ ſputa peccatorum ſunt ipſi grauiora, quàm fuerint miniſtrorum. Faciem eius velauerunt? Et vos quoque eius oculos velatis, quando nõ veremini dicere, Deum ſcelera veſtra non videre, quò liberiùs ea committatis. Sed quemadmodum miniſtri, licet velarint oculos corporis Chriſti, diuinitatis tamen oculos velare non potuerunt: ita & vos Dei aſpectum non poteſtis effugere, nam *oculi Domini contemplantur bonos & malos*, Prouerb. 15. Eum milites colaphis cæciderunt? Vos quoque auari pugnis, id eſt, compreſſis manibus eum cæditis, quando ita tenaciter veſtra ſeruatis, quando arcas habetis inexorabilibus clauſtris obſeratas, neque

Prouerb. 15.

Auari pugnis Chriſtum percutiunt; ſuperbi, palmis.

manum

manum vmquàm extenditis, vt pauperibus ex facultatibus veſtris aliquid largiamini. Vos ſuperbi, expanſis manibus, ſiue palmis eum cæditis, quando vel ad gloriam comparandam, vel ad explendas ſenſuum voluptates, omnem veſtrã ſubſtantiam prodigitis. Reſipiſcite tandem; ab huiuſmodi peccatorum ſputis abſtinete, Deum medullas cordium noſtrorum intuentem timete: dolore peccatorum veſtrorũ mori cum Publicano, nõ Chriſtum, ſed veſtra pectora palmis percutite.

TRA-

Digitized by Google

retur? Non equidẽ in eum Pater ſpuebat, ſed crudeliſſimi miniſtri, qui nullum inſolentiæ genus prætermittebant.

In Deuteronomio legimus cap. 25. ſi duo fratres ſimul habitaſſent, vnuſque eorum abſque liberis mortuus eſſet, vxor defuncti non poterat alteri nubere, ſed frater tenebatur eam accipere, vt fratris ſui ſemẽ ſuſcitaret. Si autẽ frater eã accipere coram Iudicibus recuſaſſet, poterat mulier tollere calceamentum de pede eius, & ſpuere in faciem eius; dicendo: *Sic fiet homini, qui nõ ædificat domum fratris ſui*; quo pacto, iuxta probatos Authores, ei lepram comminabatur, magnamq; infamiã inurebat. Ecce hodie Chriſtus & conſpuitur, & ab Iſaia quaſi leprâ percuſſus videtur, à Iudæis crepidis ſiue calceamentis (vt ſuprà diximus, cõfirmant & tenẽt plurimi Doctores contemplatiui & grauiſſimi) verberatur. Olim exceare ſignum erat deſperantis animi, & modus quo aliquis ſpes ſuas nimis magnas & ſublimes corrigebat, quibus arroganter ardua & grandia ſibi polliceri videbatur. Verba ſunt Plinij: *Veniam à Dijs ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo.* Enimuerò ſinus eſt locus, in quo ſpes conquieſcit: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Spuere igitur in Chriſtum, erat calumnias Iudæorum confirmare, qui dicebant populum fruſtrà in illum ſpes ſuas collocare, quos, vt aſſerebant, plurimùm decipiebat & vana ſpe lactabat, quòd crederent illum reædificaturum templum, populum liberaturũ, & quæcumque alia futuris temporibus euentura promiſerat. Illi quoque ſpuunt hodie in Chriſtum, qui de diuina bonitate diffidunt, qui ad media humana Deo poſthabito confugiunt, quaſi ſtare promiſſis ſuis nollet ille qui dixit: *Petite & accipietis.* Si quis cibi potuſve penuriâ laboret, ſi terra ſpes

Deut. 25.

PLINIVS.

Iob 19.

Iudæi ſpuẽtes in Chriſtum, ſignificabant non eſſe ſpem ſuam in Chriſto figendam.

Ioan 16.

Spes in Deo ponenda. ſpes coloni eludat, ſi opportunus è cælo imber nullus decidat, ſubitò de benignâ Dei prouidentiâ deſperamus, cùm tamen ſit ille *qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam, qui producit in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum, qui dat iumentis eſcam ipſorum & pullis coruorum inuocantibus eum*; (Pſal. 146.) ille, inquam, qui quinque hominum millia ſatiauit quinque panibus, qui mortuos ad vitam reuocauit, qui claudis greſſum; qui cæcis viſum reſtituit. Quæ ergo cauſa ſpuendi in Chriſtum, & de eius potentiâ ac prouidentiâ diffidendi: cur pro tot beneficiis hanc mundus ei rependit iniuriam? Chriſtus cęcum ſanauit, *exſpuens in oculos eius*: (Marc. 8.) & iam aperit homo os ſuum exſpuitque in faciem Dei, ipſi magnam inferens infamiam, cùm tamen Chriſtus nonniſi exſpuerit in oculos cæci, quo beneficium videndi illi conferret. Deus ore ſuo mortuis vitam dabat: noſtrum verò os præ multitudine peccatorum eſt fœtens ſepulchrum: *Sepulchrum patens eſt guttur eorũ.* (Pſal. 13. v. 3.) Ariſtippus Philoſophus cùm à Phryge, quodam Dionyſij Tyranni Quæſtore, eſſet in domum introductus, pulcherrimo inſtructam apparatu & pretioſis ſtratam pauimentis, excreandi neceſſitati prorſus, in omnem partem ſe vertens, quæſiit quò ſputum abiiceret; tandem in magnifici hoſpitis faciem inſpuit, dicens: *Nullum ſe viliorem locum inueniſſe, in quem poſſet inſpuere.* Similiter impiiſſimi milites viliorem alium locum nullum videntur reperiſſe, in quem ſua ſputa conicerent, niſi faciem Ieſu Chriſti.

Sed ô dulcis Saluator! Cur pateris faciem tuam ſputis conſpergi, qui es ſpeculum & imago Patris ſine macula, & candor lucis æternæ? Peccata noſtra fuerunt quæ hæc ſputa in faciem tuam emiſerunt: vehemens noſtræ ſalutis ardor,

ardor, quo æſtuabas; effecit vt hanc ſordium cloacam benigno vultu atque obuio exciperes. Diogenes cum Dionyſio Siciliæ ſupradicto Tyranno colloquens, cùm demonſtrare vellet quàm ſibi diſpliceret execranda illa, quâ nobilitatus eſt, crudelitas; in eius faciem excreauit, quod ille æquo & pacato animo pertulit; cumque amici valdè mirarentur, eumque ad vindictam capiendam exhortarentur, generosè fertur reſpondiſſe: *Piſcatores vt piſciculos capiant, non ægrè ferunt ſe ſpumâ maris aſpergi; & ego vt balanam capiam, non patiar oris illius excrementis aſpergi?* Eodem modò videtur Chriſtus poſſe reſpondere: Diaboli, nequiſſimi illi piſcatores, vt animas noſtras deſtruant, infames ſaliuas, opprobria; & tormenta in energumenis patiuntur; & ego, vt mundo vniuerſo ſalutem adferam, haſce contumelias non patiar? non feram me hominum ſaliuis aſpergi? Has enim, quo nos lucrifaceret, iniurias, has fœtentes ſaliuas, hanc fœdam ignominiam tolerauit, & quidem eâ patientiâ, quâ maiorem nunquam Stoici fingere potuerunt. O ſummum Chriſti erga nos viliſſimos homunciones amorem! E diuerſo quis non miretur noſtram ingratitudinem; qui tantum Dei amorem alio amore non compenſamus? Homo, propter creatam aliquam pulchritudinem, cæli inclementiam, pluuiam, grandinem patitur: nos autem, vt incomparabili & æternâ pulchritudine fruamur, neque laborem, neque moleſtiam vllam pati volumus. ſi equitem, aut nobilem virum vel rheda, vel alius iter faciens, luto fortè aſperſerit, ſubitò exoritur grauis murmurationis & horrendæ indignationis occaſio.

Chriſtus noſtræ ſalutis causâ voluit conſpui.

Proponite vobis Chriſti patientiam, qui ſe magnâ cum modeſtiâ atque patien-

Digitized by Google

patientiâ ſputis, aliiſque contumeliis fœdari permiſit. Refert Valerius Maximus lib.5.cap.1. Piſiſtratum Athenienſium Tyrannum à Thraſippo temulento conuitiis laceratum & ſputo fuiſſe reſperſum; & tamen ſuos filios violatam patris maieſtatem vindicare cupientes retraxiſſe, & Thraſippum in priſtinum honoris & amicitiæ gradum reſtituiſſe. Præclarum profectò eximiæ humanitatis ſpecimen! Sed longè maior fuit Chriſti modeſtia, qui non vnam, ſed plurimas excreationes pertulit, qui tam atroces ſuæ Diuinæ Maieſtati illatas iniurias minimè vindicauit.

CAP. III.

Chriſti facies à militibus ignominioſè velatur.

NON tantùm Chriſtum conſpuerunt illi carnifices, ſed etiam faciem eius velarunt: *Cœperunt* Marc.14. *quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cadere, & dicere: Prophetiza*, Marc. c.14. ita etiam ſcripſit Lucas c.22. *Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogauerũt eum, dicẽtes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?* Luc. 22. Ad quid autem, inſolentes miniſtri, velatis Chriſti oculos, in quibus vita & ſalus noſtra ſita eſt? percurrite totam eius vitam, videbitis ex eius oculis magna in humanum genus emolumenta redundaſſe. Chriſti oculi quàm ſalutares. Aſcendebat in montem, eumque maxima multitudo ſequebatur: *Cùm ſubleuaſſet oculos* IESVS, Ioan 6. quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus quinque hominum millia ſaturauit. Diſcipulos ſuos docuit beatitudines: *Eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes* &c. Luc.6. Lazarum reſuſcitauit: *Eleuatis ſurſum oculis.* Ioan.11. Petrum & Andream ad ſe vocauit: *Vidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia* Marci 1.

in

in mare, & dixit illis IESVS: *Venite poſt me.* In ciuitate Naim filium vnicum matris ſuæ reſuſcitauit: *Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordiâ motus* &c. Vocauit ad ſe Matthæum: *Vidit publicanum, nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me.* Quid inſtitutionem Venerabilis Euchariſtiæ, *eleuatis oculis ad Patrem ſuum omnipotentem,* factam, multaque alia beneficia collata commemorem? Cur ergo hos oculos velatis? Ne permittas Deus illos cum noſtro damno velari. Ioab acceſſit ad Dauidem, impetrauitque vt Abſalon rediret ex Geſſur, quò in exilium confugerat, poſtquàm fratrem ſuum Ammonem in conuiuio trucidarat; impetrauit autem eâ cōditione, rediret quidem in domum ſuam, ſed faciem Regis non videret: *Reuertatur in domū ſuam, & faciē Regis non videat,* 2. Regum 14. Poſtquam verò Abſalon duos annos habitaſſet Ieroſolymis, neque ad faciem patris ſui admitteretur; vocauit Ioab, & dixit: *Quare veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe. Obſecro igitur, vt videam faciem Regis. Quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me.* Dicere potuiſſet Ioab, Numquid, ô Princeps, magnum beneficium aſſecutus es quòd ab exilio reuocatus, hîc quietè bonis tuis frui poſſis? Quando me rogante, fratricidij crimine abſolutus es, nónne magnam Regis beneuolentiam fuiſti euidentiſſimo teſtimonio expertus? quæ cauſa eam in animo tuo gignit impatientiam? Tanti æſtimabat Abſalon videre faciem Dauidis patris ſui, vt mortem potiùs optet, quàm eius ſuauiſſimo aſpectu diutiùs carere. Sed longè dulcius erat faciem Chriſti intueri, eius oculos contemplari, qui quinque millia ſaturauerat, qui mortuos ad vitam reuocauerat, qui Apoſtolos conuerterat, & ex quibus tanta beneficia ad

Luc.7. *Luc.5.* *2.Reg.14.*

Deſiderium Abſalonis vt videret faciem patris ſui.

ad homines emanarant. Quæ igitur cæcitas & inſania Iudæorum, qui eius faciem & oculos velauerunt? Vbi nos legimus apud Iſaiam cap. 3. *Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit, vt prouocarent oculos maieſtatis eius;* Hebraicus textus habet: *Studia eorum contra Iehouah, ad lædendos oculos ſplendoris eius.* Propheta Chriſtum vocat oculos ſplendoris, ſeu oculos ſplendentes, ſeu oculos maieſtatis Patris æterni: hos tamen Iudæi vehementiſſimè offenderunt, quando eius faciem velauerunt; & hanc euerſionis Ieroſolymitanæ cauſam eſſe dicit Propheta: *Ruit Ieruſalem & Iudas concidit, vt prouocarent oculos maieſtatis eius.* Quid enim mirum, ſi Deus illam vrbem redegerit in cineres, in quâ execrandum iſtiuſmodi flagitium perpetratum eſt? Quid mirum Iudæi, ſi per totum orbem diffuſi, ſi in exilium acti, ſi omnium ludibrium, riſuſque mortalium eſtis? Oculos maieſtatis Dei læſiſtis quando Chriſti faciem & oculos velo texiſtis, eamque turpiſſimis ſputis dehoneſtaſtis; poteſtis dicere cum Ieremiâ cap. 3. *Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam Domino Deo noſtro peccauimus;* meritò operiet vos ignominiâ, qui ignominioſè oculos ipſius Dei operuiſtis. Illi autem Iudæis ſimiles ſunt, illi velant Chriſti faciem, qui abſque verecundiâ ſe peccatis immergunt, qui Deum vel cæcum habent, vel eius ſaltem oculos abditos ſibi perſuadent, ideoque in omnia vitiorum genera laxatis habenis currunt. Sed qui *finxit oculum, non conſiderat?* Quemadmodum autem faciem Chriſti velant, & ad eius oculos cuncta cernentes nolunt attendere; ita æterno diuinæ faciei aſpectu priuabuntur. Dauid è ciuitate fugiebat, audiens Abſalonem arma infeſta ſumpſiſſe, dumque in montem Oli-

Iſaiæ 3.

Iudæorum oculos Chriſti velantium ingratitudo quomodo fuerit punita.

Ierem. 3.

Peccatores velant oculos Chriſti fingentes Deum eſſe cæcum.

2. Reg. 15.

Oliueti aſcenderet, nudis pedibus & *operto capite incedebat*. Cur Rex ille velatis oculis graditur per loca tam difficilia, ſentibuſque & ſpinis obſita, in quæ paſſim impingere, nudoſque pedes ex facili lædere poterat? Crederem recordatum querelæ Abſalonis: qui cùm eâ lege fuiſſet reuocatus ab exilio, ne faciem patris videret; hanc pœnam morte grauiorem habuit, acriterque de eâ fuit conqueſtus. Igitur Dauid propter filij rebellionem indignatus, faciem ſuam velauit; quaſi diceret: Victoriam referat, & de me triumphet Abſalon: ſaltem faciem meam non videbit, quam nuper adeò auidè intueri deſiderauit, ſatiuſque ducebat ſemel è viuis auferri, quàm perpetuò ſibi illam denegari. Timeant itaq; peccatores, ne Deus recuſet ipſis poſtmodùm oſtendere faciem ſuam, eiuſque dulciſſimo aſpectu in æternum priuentur.

Quid ſi & alias cauſas proferamus, cur Chriſtus hanc obuelationem permiſerit? Ac in primis crederem omninò Chriſtum permiſiſſe ſibi faciem velari, quo oſtenderet ſe non optare illos videre, à quibus acerbiſſimis iſtis contumeliis afficiebatur, neque de illorum caſtigatione quidpiam cogitare. Dicebat Iob: *Numquid ſicut videt homo, & tu videbis?* Iob 10. quaſi diceret: Tu non eris ſicut homines, qui poſt acceptam iniuriam toruos & irâ inflammatos oculos in inimicum defigunt. Saül, qui à cantantibus choris ſibi præferri Dauidem audierat, turbatis oculis vehementer excanduit: *Non rectis ergo oculis Saül aſpiciebat Dauid à die illâ, & deinceps.* Et fortaſsè Dauid, quando fugiens Abſalonem operto capite incedebat, ad illud alludere voluit, quaſi ſignificaſſet ſe neque toruos & velut ſcintillantes oculos, ſicut habuerat Saül, neque ob filij iniu-

Chriſti benignitas & miſericordia erga peccatores.

1. Reg. c. 18. v. 9.

Digitized by Google

iniurias eos ſibi præ furore commotos & ad vindictam accenſos habere; quaſi hoc geſtu dixiſſet: Ne timeas, aut erubeſcas, fili, ſi ad meliorem mentem redire veliſtis; enim omnibus, quæ præter fas & æquum mihi plurima intuliſti, ſemper opertos oculos habui, ideoque penitùs animo meo exciderunt, vt qui ea ne quidem videre dignatus ſim. Ita Chriſtus agit, permittit ſibi velari oculos, vt ſceleratis militibus ſignificet à ſe inſolētiſſimas eorū contumelias non videri, ſeque nihil magis in votis habere, quàm eiuſmodi offenſas actutùm remittere quaſi eas numquàm vidiſſet. Egregium planè flagitioſis hominibus ſolatium, ne vmquam de Diuinâ miſericordiâ & benignitate deſperent. Quare ſi peccatorum ſordibus animas noſtras fœdauerimus, ſi in aliquod turpe ſcelus lapſi ſimus, ſi Deum ad iracundiam noſtris flagitiis prouocauerimus; neque ideò animum, neque ſpem, Dei iuſtitiam ac ſeueritatem nimis veriti, abiiciamus: ecce Chriſtus facie velatus ſedet, neque ſuos ad iram oculos exaſperat, neque de vindictâ cogitat; quinimmò ſi reſipiſcamus, ita ſeſe habebit, ac ſi vitia illa numquàm ab illo viſa fuiſſent.

CAP. IV.

Chriſtus colaphis cæditur, illuditurq́ his verbis: Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit? *& aliis blaſphemiis offenditur.*

VBI velata fuit Chriſti facies, ilicet milites ſe ad luſū cōpararunt. Igitur cœperūt eum colaphis cædere, & dicere: *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* *Luc. 22. v. 64.* Darius Perſarum rex quando captus fuit, ductus eſt aureis catenis vinctus, & in ſummâ illâ clade adhuc aliqua ratio regiæ dignitatis habita eſt: in Chriſto autem nihil horum ſimile factum, vbi ſolam ignominiam &

Digitized by Google

illuſionem reperimus: velatam eius faciem non ſolùm manibus, ſed etiam arundineis bacillis percuſſerunt; quod prædixerat Michæas Propheta his verbis: *In virgâ percutient maxillam Iudicis Iſraël*, cap. 5. Quē locum de hâc nocturnâ militum inſolentiâ accepit S. Hieronymus: *An non*, inquit, *contumelia Trinitatis eſt, quando in virgâ & calamo percuſſerunt Romani caput Iudicis Iſraël, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?* O Angeli, quid ita Dominum veſtrum arundine cædi permittitis? Nimirùm Chriſtus hoc modo pœnas de diabolo ſumere volebat. Referunt rerum naturalium Scriptores cannam ſiue arundinem eſſe ſerpenti mortiferam, adeò vt ſi aliqua ex eius foliis ſerpentis capiti tantùm ſuperponantur, confeſtim ille fit interiturus: ad huius itaque ſimilitudinem voluit Chriſtus in capite cædi arundine, vt iniqua illa percuſſio, aliæque iniuriæ in caput tartarei ſerpentis reſilirent, & ſic eius caput obtereretur.

Michæa 5.

S. HIERONYMVS.

Cur arundine fuerit percuſſus Chriſtus in capite.

Prophetiza nobis, quis te percuſſit? Quibus verbis clarè innuebant ipſum & Pſeudoprophetam & populi ſeductorem eſſe; & tamen, poſtquàm filium mulieris viduæ ad vitam reuocarat, de illo dixerant: *Propheta magnus ſurrexit in nobis*, Luc 7. ſimiliter quando quinque panes multiplicauit, exclamarunt: *Hic eſt verus Propheta, qui venturus eſt in mundum*, Ioan. 6. Quomodo iam eum vt falſum Prophetam irrident? *Et viri qui tenebant illum, illudebant ei*, Matth. 26. Neque vt Pſeudoprophetam illum ſolummodò irridebant, dicentes. *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit?* ſed & infinitos ſarcaſmos, & ſcommata & irriſiones euomebant; & fortè erant qui Samaritanum, dæmoniacum, in virtute Beelzebub dæmonia eiicientem, publicanorum amicum, illiteratum, legis tranſgreſſorem.

Blaſphemię & illuſiones, quibus eſt affectus Chriſtus.

Luc. 7.

Ioan. 6.

Matt. 26.

Digitized by Google

ſorem appellabant, vti innuit Euangeliſta his verbis: *Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.* Quantum doloris Chriſto iſtæ irriſiones attulerint, quis ex merito poſſet explicare? Viri generoſi eas ita graues ſemper iudicarunt, vt fuerint qui ſibi mortem conſciuerint, ne hoſtiũ ludibriis exponerentur. Saül, vbi ſuas copias vidit deletas, ne viuus in hoſtium poteſtatem veniret, ſeipſum occidit. Cato Vticenſis obligatum vulnus ſuâmet manu eandem ob cauſam, aperuit, vitamque non tam reddidit, quàm profudit. Hannibal quoque venenum hauſiſſe fertur, ne ſcilicet victoribus fieret ludibrium, & cum infamiâ & dedecore in triumphum raperetur. Chriſto igitur hæ militum contumeliæ & ſubſannationes ſine dubio fuerunt acerbiſſimæ; ſed tempus olim aderit, quãdo dicent: *Hic eſt, quem aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij &c.*

Luc. c.22. v.65.

Irriſiones Chriſto fuerunt acerbæ.

Sapient. 5.

*Propheti*za *nobis Chriſte, quis te percuſſit?* Quaſi dicerent: Tu, qui te tantum Prophetam iactitas, agè, dic nobis quis te percuſſit? ſi id ignoras; nullus Propheta es. O fatui ac bardi homines, iſtud non ſciet, qui ſcit omnia? non poterit eum, à quo cæditur, manifeſtare, in cuius conſpectu manifeſta ſunt etiam abſcõdita cordis noſtri? Certè non erat tunc Chriſto difficile prophetizare: neque verò, ô bone IESV, tibi modò difficile eſt dicere quis te percuſſerit. Nam & ego, etſi nec Propheta, nec vates ſim, tamen poſſem hodie declarare ex hoc pulpito qui te percuſſerit. Nobilis, qui ſuâ prauâ peccandi conſuetudine alios ſcandalizat, qui meretriciis amoribus irretitus de ſuâ ſalute nil cogitat, ille *eſt qui te percuſſit.* Iudex, qui non ex æquo & bono, ſed auro corruptus, aut vltionis cupiditate inflammatus, capitalem profert ſententiam, ille *eſt qui te percuſſit.*

Peccatores Chriſtum percutiunt ſuis peccatis.

cuſſit. Qui pupillos & pauperes opprimit, qui ſeditiones excitat, qui proximum conuitiis laceſſit, ille *eſt qui te percuſſit*.

Moralis doctrina per recapitulationem antedictorum.

Vt tandem finiamus, ſeriò conſideremus quis ille ſit qui pro nobis patitur eiuſque dignitatem, potentiam, maieſtatem benè perpendamus: nempè ille eſt, qui lucem inhabitat inacceſſibilem, cuius eſſentia concipi non poteſt: ille, qui claritatis oceanus eſt, qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum, qui alis Cherubinorum inſidet, qui cælos ac terram creauit, in cuius manu ſubſiſtunt omnia, quem adorant omnes beati ſpiritus, cui ſenſibiles & inſenſibiles creaturæ ad nutum famulantur. Hic tamen talis ac tantus, vniuerſi conditor ac rector, ſuſtinet à viliſſimis nebulonibus faciem ſuam conſpui, oculos velari, maxillas alapis cædi, aures innumeris blaſphemiis onerari. Quis veſtrûm aduersùs improbos iſtos milites non iraſcatur? Sed neque minori iracundiâ aduersùs vos ipſos inſurgere debetis. Spuerunt illi in faciem Chriſti? Vos quoque ſpiritualiter in faciem eius exſpuitis, quoties graui culpâ Deum offenditis; & quidẽ ſputa peccatorum ſunt ipſi grauiora, quàm fuerint miniſtrorum. Faciem eius velauerunt? Et vos quoque eius oculos velatis, quando nõ veremini dicere, Deum ſcelera veſtra non videre, quò liberiùs ea committatis. Sed quemadmodum miniſtri, licet velarint oculos corporis Chriſti, diuinitatis tamen oculos velare non potuerunt: ita & vos Dei aſpectum non poteſtis effugere, nam *oculi Domini contemplantur bonos & malos*, Prouerb. 15. Eum milites colaphis cæciderunt? Vos quoque auari pugnis, id eſt, compreſſis manibus eum cæditis, quando ita tenaciter veſtra ſeruatis, quando arcas habetis inexorabilibus clauſtris obſeratas, neque

Prouerb. 15.

Auari pugnis Chriſtum percutiunt; ſuperbi, palmis.

manum

manum vmquàm extendi-tis, vt pauperibus ex facul-tatibus veſtris aliquid lar-giamini. Vos ſuperbi, ex-panſis manibus, ſiue palmis eum cæditis, quando vel ad gloriam comparandam, vel ad explendas ſenſuum voluptates, omnem veſtrã ſubſtantiam prodigitis. Re-ſipiſcite tandem; ab huiuſ-modi peccatorum ſputis abſtinete, Deum medul-las cordium noſtrorum in-tuentem timere: dolore peccatorum veſtrorũ mo-ri cum Publicano, nõ Chri-ſtum, ſed veſtra pectora palmis percutite.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS

De ſpineâ Coronatione Christi.

Exiuit ergo Iesvs *portans ſpineam coronam.* Ioan.19.

Maria manus ſuas læſit ſpinis Chriſti.

EQVIDEM *Chriſti tormenta Beatiſſimæ Virginis animam mirum in modum afflixerunt: ſed ex illis nullum fuit, quod potuit eius corpus aliquo dolore afficere, præter ſolas ſpinas, quibus ille coronatus eſt. Cùm enim ſpineam illam coronam ex Filij ſui iam defuncti capite detraheret, manus Matris mæſtiſſimæ fuerunt ab illis læſæ, vti Daniel Mallonius deuotè conſiderat: Contigit enim, vt ſanguis, qui ex Mariæ manibus profluebat, Chriſti filij ſui ſanguinem tetigerit, & tunc Oſeæ prophetia impleta eſt, dicentis:* Sanguis ſanguinem tetigit. *Porrò mihi in præſentiarum de ſpinis dicere volenti adſis, quæſo faneaſq; Virgo ſanctiſſima: tu quæ noſti quid ſint ſpinæ, es enim* ſicut lilium inter ſpinas: *tu quæ minimè ignara es quantos ſpinæ Chriſto dolores pepererint; tu, inquam, quæ ſpinarum grauiſſimos aculeos experta es; ex tuo, fac, ore audiam, quod illa olim dixit:*

Mallon.

Oſea 4.

Cantic. 2.

Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

CAP. I.

Chriſti coronatio ex obſcuro loco Cantic. 7. deſcribitur vnde ſumma huius Tractatus deſumitur.

EXIVIT *ergo* IESVS *portans ſpineam coronam.* Incomprehenſibilem Chriſti amorem, dolorem exceſſiuum, Ioan. 19.

Digitized by Google

tum, & honorem, quem ex propriis iniuriis & ignominiis ſibi acquiſiuit, in hoc tractatu declarare conſtitui. Vt incomprehenſibilem ſuum amorem demonſtraret, magno animo egreſſus eſt, publicè volens omnibus oſtendere quanta pro humano genere pateretur. Exceſſiuum eius dolorem ſatis manifeſtat hoc triſte ſpectaculum, ſatis clamant iniuriæ & pœnæ quas in Pilati præſidis palatio tolerauit; vbi pro corona, ſpinis in capite transfigitur: vbi pro ſceptro, baculum arundineum recipit ille, qui Regibus coronas ac ſceptra diſtribuit: vbi caput arundine percutitur, dantur alapæ, fœdè conſpuitur variiſque ſatyris & petulantiſſimis ſannis certatim opprimitur, qui omnium creaturarum cultum & reuerentiam iure meritiſſimo exigebat.

Interim regia præfert inſignia: coronam, ſceptrum, chlamydem purpuream. Et hæc etiam in Canticis inſinuantur cap. 7. his verbis: *Coma capitis tui ſicut purpura Regis, vincla canalibus.* Licet complures legant, *ſicut purpura Regis iuncta canalibus*: tamen meliores codices habent, *ſicut purpura Regis vincta canalibus*; & hæc lectio ex Hebræo & Septuaginta poteſt confirmari, vbi verba reperias quę non ſonant *iungere*, ſed vincire ac *ligare*. Chriſtus videns ſuam ſponſam, affatim in eius laudes erumpit, cuius capillos comparat pretioſiſſimæ ac regiæ purpuræ, quam tinctores immergunt & alligatam tenent in ſuæ officinæ tubis atque canalibus, vt meliùs colorem purpureum imbibat. Colorem purpureum non incongruè Comis tribui, colligimus ex Poëtarum principe Virgilio, qui auroram roſeis ſiue purpureis capillis refulſiſſe deſcribit: Canic. 7.

Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.

Quidam per comas capitis, intelligunt Mariæ Virginis cogitationes charita- Maria cum Chriſto patiebatur in animâ.

D d tis

Digitized by Google

tis igne, ſuccenſas, quæ erant *ſicut purpura Regis vincta canalibus*, id eſt, ſicut Cant. c. 7. v. 5. Chriſtus Rex Iudæorum cruci vinctus. Quis enim ignorat illam eo tempore quo ſtabat iuxta crucem, ſimiles cogitationes habuiſſe, quæ Chriſtum crucifixum in anima ſua exprimerent? Per has cogitationes mente erat cruci affixa cum Filio; & quidquid Filius patiebatur in corpore, ipſa patiebatur in mente, iuxtà Simeonis vaticinium: Lucæ 2. *Tuam ipſius animam pertranſiuit gladius.*

Sed fas, mihi ſit, prædicta Canticorũ verba Chriſto Domino ſpinis coronato accommodare. (Chriſtus totus ſanguine purpuratus.) Habet prolixam cæſariem, ſicut Nazareni, & in humeros vſque defluentem. Spinea corona ſuis aculeis ita eius caput vbique perfoderat, vt ſanguis vndequaque per noua vulnera tamquã per canales efflueret. Ea igitur ſanguinis copia decidebat, vt non ſolùm capilli, ſed etiam aures, oculi, barba quaſi purpureo colore tingi viderentur, neque diſtinguerentur à purpura, ſiue coccinea veſte, quâ vt Rex indutus erat. D. Brig. Ex Diuæ Brigittæ reuelationibus, lib. 4. cap. 70. diſcimus Chriſtum ob ſpineam coronam ſic ſanguine fuiſſe reſperſum, *vt quaſi nonniſi ſanguis totus videretur*. Rectè igitur Chriſto dici poteſt: Cant. c. 7. v. 5. *Coma capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus.* Quia purpureá veſte indutus erat, quia comas purpureas habebat, quia totum corpus præferebat ſanguine perfuſum; fiebat inde vt totus purpureus, & ſicut purpura vincta canalibus appareret. Obſeruandũ autem eſt, quod vbi in vulgata legimus, *Coma capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus.* Hebræi legunt cum interpoſita diſtinctione, hoc modo; *Coma capitis tui ſicut purpura; Rex ligatus in canalibus.* Quam diſtinctionem & ſenſum ſecuti ſunt etiam Septuaginta, qui ſic puncto interpoſito tranſtulerunt.

Digitized by Google

lerunt: *βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς*, id eſt, *Rex ligatus in tranſcurſibus, aut canalibus*; ISID. CLARIVS. quod Iſidorus Clarius vertit, *Rex ligatus crinibus*. Quibus verbis laudantur comæ Regis Salomonis, quæ variis flexibus vittarum purpurearum exornatæ deſcribuntur. Ita Rex Iudæorum Chriſtus erat *ligatus crinibus*, qui ob defluentem ex capite cruorem quaſi adſtrictas vittis purpureis comas habebat. Porrò eius crines appellantur *tranſcurſus & canales*, Amor Chriſti. quia ſanguinis riuuli & canales per capillos in humeros & corpus eius decurrebant. Hic eſt incõprehenſibilis amor Chriſti, qui ſuos crines purpureis ſanguinis ſui vittis ſibi ligari permiſit: vt non tantùm in vno crine colli ſui, ſed in omnibus capitis ſui crinibus, velut totidem neruis in arcu tentis, Patris pectus iaculo pietatis perfoderet, atque ad nos amandum excitaret. Exceſſiuos autem eius dolores ex ſanguineis canalibus intueamur, qui per eius capillos decurrebant. Meritò D. Laurentius Iuſtinianus LAVREN. IVSTIN. lib. de triumphali agone cap. 14. animam ſuam ad illorum dolorum contemplationem attollebat: *Hic parumper*, inquit, *anima mea conſiderationis tuæ greſſus fige, & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attende: capitis delicati ſenſibilitatem conſidera, ſpinarum punctiones cerebrum perforantes mirare, ſicq́; ſanguinem decurrentem lachrymarum inundatione abſterge.* Per frequentem horum vulnerum contemplationem fac te ornes, ô anima Chriſtiana, & in ſanguine Chriſti vndequaque defluente purpureũ ſuccum imbibas. *Sanguis Chriſti purpura eſt, quæ inficit Sanctorum animas, non ſolùm colore reſplendens, ſed etiam poteſtate, quia Reges facit, & meliores Reges quibus regnum donet æternum*, vt ait D. Ambroſius ſerm. 17. in Pſal. 118. AMBROS. Igitur hac ſeptimanâ ſanctâ crebrò accede ad purpureos iſtos canales, vt

 Chri-

Sanguis Chriſti eſt purpura.

Chriſti ſanguine velut purpurâ, ac ſpineo ſerto in Reginam coroneris.

CAP. II.

Magna vis amoris Chriſtum mouit vt exiret, id eſt, intrepidè egrederetur, ac hilariter, portans ſpineam coronam.

Ioan. c. 19. v. 5.

EXIVIT *ergo* IESVS *portans ſpineam coronam.* Hoc verbum, *exire*, intrepidum & generoſum egreſſum ſignificat. Virgilius lib. 1. Georgicorum, vt exprimat impetum erumpentis Nili, ſic ait:

——— *Amnis abundans*
Exit, & obducto latè tenet omnia limo.

& lib. 8. Æneidos.

Iamq; adeò exierat portis equitatus apertus.

Nempe Chriſtum vehemens amoris impetus mouebat, vt generosè exiret, prodiretque in publicum, vbi dolorum, quos intrà priuatos parietes tolerauerat, acerbitatem toti populo manifeſtaret. Sponſa conſiderans ardẽtiſſimum Chriſti amorem, quo ad Crucis vſque ſupplicium flagrauit; exclamat velut admirabunda: *Lampades eius lampades ignis atque flammarum.* Non vulgaris hic focus eſt, atque vſitatus: nullâ humentis materiæ pertinaciã tardatus, nullò fumo inuolutus. Nihil eſt niſi ignis, nil niſi flammæ: quas dum peccata noſtra, & furentium Iudæorum ſcelera obruere tentant, magis etiam auxerunt ab illis ipſis flammis ocyſſimè abſumpta, & *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*, id eſt, in flammas abiuerunt luculentiſſimas, altiſſimaſque, non ſine ingenti ſtrepitu & omnium adſtantium admiratione. Ignis qui ligna ordinaria corripit, non niſi paulatim & tardo molimine illa conſumit. Ille verò qui in ſpinas incidit, & ingentem fragorem excitat, & citiſſimè in flammam euadit, & altiſſimè ſtrictu-

Cant. c. 2. v. 6.

Pſalm. 117. Flammæ amoris Chriſti quales.

Digitized by Google

ſtricturas & ſcintillas eiaculatur. Quid ita? an non idem planè eſt ignis? omnino: ſed ille qui in ſpinas incidit, maiores à ſuo ſubiecto vires capit, quò fit vt clariora ſuæ actiuitatis ſigna demonſtret. Meritò igitur cum Sponsâ admirabimur in Chriſto ardentiſſimas amoris flammas, obſtupeſcemus ad ea quæ ex illo erumpebant charitatis incendia, quando *exiuit* IESVS *portans ſpineam coronam*: id eſt portans peccata noſtra capiti ſuo impoſita, quæ illicò *exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis*. Flammæ illæ in ſpinas inciderant, ſeque amoris ſcintillę cum impetu manifeſtabât: *Exiuit ergo* IESVS, cum impetu ſcilicet, totus ignis, totus flamma è ſpinis, peccatorum noſtrorum prodiens.

Cùm Moyſes paſceret oues ſoceri ſui Iethro, & ad interiora deſerti gregem ageret: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quòd* Exod. 3. *rubus arderet, & non combureretur*. Auidus cauſam ſciendi quòd rubus arderet, neque combureretur, ſtatuit ad montem accedere: cùm ecce altiſſimâ voce eum compellat: *Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait, Moyſes, Moyſes. Qui reſpondit, adſum. At ille: Ne appropies, inquit, huc; ſolue calceamentum de pedibus tuis*. Deus erat in ſpinis, videbat Moyſem tam audacem, vt etiam intraturus eſſet ſpinas, mandauit ne appropinquaret, ſed ſolueret calceamentum de pedibus ſuis, quia ſic certum erat, quòd nudis pedibus non erat tranſiturus per ſpinas. Cur autem noluit Dominus, vt Moyſes ſimul cum ipſo ſpinas intraret? Ratio hæc eſt, vbi Dominus dixit, *ne appropies huc*, viſus eſt illi dicere: Moyſes ſiſte gradum, ſolus ego ad liberandum populum meum per ſpinas intrare debeo, flammæ amoris mei ſolę debent

Cur nullus fuerit coronatus vmquàm ſpinis præter Chriſtum.

ardere in ſpinis, vnus ego ſpinis circumdari, vnus ab illis pungi debeo. Et certè non legimus vllo vmquàm tempore ante Chriſtum, quemquam ſpinis fuiſſe coronatum. Refert Philo ſtultum quemdam eo affectum ludibrio fuiſſe, vt ipſi arundo fuerit in manibus data pro ſceptro, pro diademate vilibus panniculis caput redimitum, & humeris iniectam chlamydem papyraceam; at nec huic, nec alteri legimus ſpineam coronam fuiſſe vmquàm impoſitam. Itaq; primus fuit Chriſtus, qui ſpinis eſt coronatus. Varia coronarum genera apud veteres in vſu fuiſſe Aulus Gellius lib. 1. noct. Attic. cap. 6 aliique Scriptores tradiderunt. Triumphalis, quæ Imperatoribus triumphum acturis à Senatu mittebatur, quæ primùm ex lauro, mox ex auro fieri cœpta eſt. Obſidionalis, quæ iis conferebatur, qui ipſos ab obſidione liberarant. Ciuica, primò iligna, mox quernea, ciui fortiſſimo data; qui alium ciuem è præſentiſſimo mortis periculo liberarat. Muralem ex auro confectam, pinniſque murorum ſimilem ab Imperatore obtinebant, qui primi murum aſcenderant, hoſtilemque ciuitatem intrauerant. Naualem quoque roſtratam, ex auro, ij conſequebantur, qui in hoſtium nauem primi inſilierant. Oualem gerebāt Imperatores quando vrbem intrabant ouantes, id eſt, poſt bellum, non cum iuſto hoſte, ſed cum pirata, aut ſeruo, aut quolibet humili hoſte confectum. Et Poëtæ numquid erant *redimiti tempora lauro*? Similiter apud Plinium lib. 15. cap. 4. legimus victores Athenis fuiſſe ramis oleæ implexis coronatos. Sed peruolue omnium Authorum monumenta, neque vllibi coronam ſpineam reperies, niſi hanc vnam, quam Chriſti capiti crudeliſſima militum cohors impoſuit. Quapropter quādo

Philo.

Varia coronarum genera apud Romanos.

Nulla fuit corona ſpinea niſi Chriſti.

do Moyſi mandatum eſt, ne in ſpinas intraret, in quibus Deus verſabatur, voluit ſignificare, ſpinas ſibi ſoli eſſe reſeruatas, quibus pro humano genere coronari debebat. Quid autem mirum ſi Deus ſpinas, quibus nihil fuit crudelius, ſibi ſoli reſeruauit? Erat enim in rubo, ſed igne plenus, igne amoris, qui ipſum ad cruciatus grauiſſimos pro noſtrâ ſalute tolerandos mirum in modum inflammabat. Equidē Chriſto corona aurea debebatur, nam Ioannes ait: *vidi ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream*: ſed tanta in ipſo arſit charitatis magnitudo, vt auream recuſarit, fugiens regiam dignitatem, quam ipſi aliquādo populus offerebat, & ſpineam ſibi imponi permiſerit. Guilielmus Amerus lib. 6. rerum naturalium, Ariſtiæ antiquiſſimi ſcriptoris authoritate fultus, refert Salomonem ſolitum fuiſſe in digito geſtare anulum; vbi duplex corona efformata erat, vna ſpinea, altera aurea, vtrâque autem ſibi inuicem intertexta: cui ab vnâ parte hæc erat epigraphe, *Victoria amoris*, ab alterâ *Amoris cognita fortitudo*. Anulum hunc vidit Regina Saba, & plurimum obſtupuit quid ſignificarent hæ duæ coronæ, earumque inſcriptiones. Neque negauit Salomon huius coronæ myſteria declarare: dixitque vtramque coronam deberi Chriſto, qui ſimul futurus eſt Deus & homo; ſed tamen futuram tantam amoris, qui has duas coronas connectebat, fortitudinem, vt ſpinea corona eſſet de aureâ victoriam reportatura, & hoc ſignificari per hæc verba, *Amoris cognita fortitudo*.

Apocal. 3.

Chriſtus ſpineam aureæ coronæ prepoſuit.

Anulus Salomonis cum duplici corona aurea & ſpinea.

Hoc amore ſucçenſus *exiuit* IESVS, id eſt, egreſſus eſt generosè & celeriter, vt ſuprà diximus. Nimirùm tamquā ad epulas, iam coronatus, ire videbatur: nam ſolebant antiqui ire

ire ad epulas coronati, teſte Cicerone lib 2. de legibus: *Sequebantur epulæ quas inirent propinqui coronati*, & illi voluptuoſi epulones

Sap. 5. Sap. 5. dicebant, *Coronemus nos roſis*. Quos vt reprehenderet Christus oſtenderetque tribulationes multò lautiores ac meliores animæ epulas eſſe, quàm delicias ac voluptates, voluit non roſis, ſed ſpinis coronari. Deliciæ quia ſunt momentaneæ, breuique perituræ, ideò illas roſeâ coronâ ornati frequentare ſolebant, flores enim citò marceſcunt: Sed tribulationes, iuſtorum deliciæ ſunt & epulæ, quæ hîc in animo magnam iucunditatem, poſtmodùm autem gaudia ſempiterna largiuntur. Suauiſſimis hiſce tribulationum deliciis dicebat

Christus tribulationes æſtimat epulas.

2. Cor. 7. Paulus ſe repleri: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtrâ.* At ſi tribulationes ſint tam ſuaues cibi, cur nobis ita pariunt faſtidium

Chryſos. & nauſeam? S. Chryſoſtomus Homil 2. ad pop. Antioch. reſpondet cum ſimilitudine ductâ à noſtris cibis: *Audiamus*, inquit, *Scripturam. Anima ſaturata calcabit cibum: anima verò eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet; eſuries ſuprà eſcarum naturam voluptatem inducit.* Deindè ſic concludit: *Quod enim dixi de voluptate, quod voluptas non in ciborum apparatu, ſed in comedentium affectu ſita eſt; idem de contumelia, vel moleſtia dico: non à contumeliarum ſententia, ſed à patientium affectu conſtituitur, vel deſtruitur.* Vult Chryſoſtomus dicere, quod accidit in cibis vt grati vel ingrati ſint, id non ita ex ciborum natura pendere, quàm ex fame & bona habitudine comedentis: ſic tribulationes ex affectu noſtro pendare, vt gratæ ſint, vel ingratæ. Sicut ergo fames vincit acerbitatem ciborum, eoſque ſuaues reddit: pari modo ſi in nobis ſit fames & deſiderium patiendi, omnis amaritudo diſſipabitur, & amarum pro

Cur tribulationes cùm ſint animæ cibus, nobis acerbæ videntur.

Digitized by Google

Spinarum vſus in nuptiis. pro dulci habebitur.

Denique *exiuit* IESVS, generosè, inquam, & celeriter egreſſus eſt, quia ad nuptias ire videbatur. Tradit Plinius fuiſſe apud antiquos conſuetudinem cùm nuptias celebrabant, vt ſponſis faces præferrentur accenſæ. Has autem ex ſpina arbore fuiſſe teſtatur Plinius lib. 16. cap. 18. *Spina*, ait, *facibus nuptiarum erat auſpicaciſſima, quoniam inde fecerint qui rapuerunt Sabinas.* Idcircò Spiritus ſanctus filias Sion excitabat ad Chriſtũ contemplandum, qui in die deſponſationis ſuæ cùm ſpinis amore accenſis (quas non manu ſed capite gerebat) ad nuptias

Cant. 3. exibat: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui.* Cant. 3. Aliqui Hebræi hæc verba ſunt interpretati de Rege Salomone: quaſi mater eum regio diademate coronarit, cùm ad Dauidem morti vicinum ingreſſa, ab eo obtinuit vt filium ſuum regni hæredem declararet. 3. Reg. 1. At his obſtant verba ſequentia. *In die deſponſationis ſuæ:* neque enim Salomon fuit eo die deſponſatus. Alij dixerunt Salomonem à matre regium diadema accepiſſe, quo die Pharaonis filiam in vxorem accepit. Sed nullum huius rei fundamentum, vel in aliquo probato authore, vel in Scripturis habetur. Dico igitur hæc intelligi de Chriſto, qui pacificus & ſapientiſſimus Salomon fuit, quia pacis author, quia ſapientia Patris, quia de ſeipſo dixit, *Ecce plus quàm Salomon hic.* Luc. 11. Mater eius fuit ſynagoga, quia ex tribu Iuda matrẽ habuit. Ab illâ ſynagogâ fuit ſpineo diademate coronatus, & quidem *in die deſponſationis ſuæ*, quia ſpinea corona redimitus fuit eo die, quo Eccleſiam in cruce ſibi in ſponſam accepit. Itaque *exiuit* IESVS, id eſt, alacriter feſtinauit, vt ſe coronatum ſpineis fa-

cibus cinctum, ac iam paratum ad ſponſalia contrahenda cum Eccleſia declararet, vt ſe ad nuptias anhelare demonſtraret.

C A P. III.

Grauiſſimos dolores Chriſto attulit ſpinea coronatio, qui ſignificantur in hac voce, portans.

Ioan. c. 19. v. 5.

PORTANS *ſpineam coronam.* Quantum & quàm exceſſiuum Chriſto dolorem attulerit hæc coronatio, ſatis mihi videtur ſignificari ab Euangeliſta, per hanc vocem, *portans*: nam *portare*, ſignificat graue onus ferre. Apud Plautum in Aulular. legimus: *Si onus portare nequeā pariter, iaceam ego ſicut aſinus in luto.* & apud Virgilium lib. 1. Æneid.

Portare, quid ſignificet.

Gens inimica mihi, Tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans victoſq; penates.

Quibus verbis deſcribitur Æneas ferens quaſi ſecum totam Troiam, & Troianorum Deos. In eodem Virgilij libro

—— portantur auari
Pygmalionis opes pelago.

Per hanc igitur vocem, *portans coronam*, ſignificatur quòd fuerit ingens dolor, & ſupplicium valdè graue. Antequàm demonſtrem quàm graui dolorum pondere hæc ſpinea corona Chriſtum obruerit: neceſſe eſt oſtendam peccata noſtra eſſe ſpinas. Quidam fuêre Doctores, inter quos Rabanus, qui dixerunt ſpinas non enaſcituras fuiſſe, ſi Adamus non peccaſſet: ſed has in pœnam peccati, & in perpetuum futuris hominibus monumentum è terrâ erupiſſe. Agens de terrâ dixit Deus Adamo, *Spinas & tribulos germinabit tibi.* Geneſ. 3 per quas ſpinas peccata poſſunt intelligi, quia poſtquàm peccauit, per totam terram plurima peccata quaſi pleno cornu effuſa ſunt. Apud Salomonem Prouerb. 26. dicitur: *Spina naſcitur in manu*

Spinea coronatio fuit omnium tormentorũ grauiſſima.

Geneſ. 3.

Spinę ſignificant peccata.

Prouerb. 26.

Digitized by Google

nu temulenti, quia ebrioſi hominis actiones ſunt ſceleribus plenæ. Dauid cùm inter peccata verſabatur, credebat ſe inter ſpinas verſari: *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*. In quæ verba ſic ait Theodoretus: *Spinam*, inquit, *peccatum nominauit; tamquàm inutile germen, & ad pungendum natum*. Spinæ igitur ſunt peccata. Ea autem apud veteres viguit conſuetudo, vt victores capta ab hoſtibus arma geſtarent, & aduerſariorum ſcuta capitibus ſuis ceu coronas imponerēt, quando triumphantes vrbem aliquam ingrediebantur. Et nónne Dauid inimici ſui ſpolia, nempè Goliath gigantis gladium aſſumpſit? Ipſa refert Scriptura 1. Reg. 17. Arma diaboli erant peccata, ſpinæ ſunt peccata, ſicut oſtendi; igitur ſpinas capiti ſuo imponi voluit vti ſpolia de diabolo, & in ſignũ triumphi eas ſuper caput geſtare, quemadmodum ſuper ſua capita veteres ſcuta hoſtium circumferebant.

Pſalm. 31. — THEODORETVS. — *1. Reg. 17.*

Verùm hæ ſpinæ mirabiliter ipſius caput grauabant. Nam peccata, magnum pondus habent, valdè deprimunt & grauant. Lucifer tentauit ſe ſuper ſolium Altiſſimi exaltare; ſed ambitionis iſtius grauitas eum ita depreſſit, vt ad profundiſſima inferorum loca deturbarit. E contrario, Chriſtus poſtquàm magnam multitudinem panibus in deſerto ſatiauerat, ambulauit ſuper aquas, neque mergebatur in profundum; quippè nullius peccati contagione erat infectus: *In miraculo*, inquit Beda ſuper illum locum, *panum, quod eſſet rerum Conditor, oſtendit; & in ambulando ſuper vndas, quod haberet corpus ab omni peccato liberum*. Non deſcendit in profundum Chriſtus, qui carnem peccato contaminatam non habebat. Sed paullò inferiùs flecte oculos, & videbis Petrum, ſimul atque aquas pedibus atti-

Spinæ grauiter Chriſti caput grauarunt. — Peccata ſunt pondus grauiſſimum. — BEDA. — Cur Petrus cœperit mergi.

attigiſſet, mergi cœpiſſe. Quare mergebatur? Reſpondet textus: *Videns verò ventum validum, timuit; & cùm cœpiſſet mergi* &c. Quia correptus fuit vano timore, qui ſpecies eſt infidelitatis: tunc ſubitò tanto fuit pondere oppreſſus, vt mergi inciperet, quaſi illum moles plumbea depreſſiſſet: *Qui antè pendulo greſſu calcabat vndas, poſtquàm infidelitate aggrauatur, vorabatur à fluctibus*, ita D. Hieronymus in cap. 2. Prophetæ Nahum. Diabolum interrogauit Deus, vnde veniret? reſpondit, *Circumiui terram, & perambulaui eam*: non dicit ſe tranſuolaſſe, ſed perambulaſſe: quia ex quo per diuini ſolij affectationem peccauit, magnam partem ſuæ leuitatis & celeritatis amiſit. Ita pulchrè annotauit D. Gregorius lib. 11. moral. cap. 4. *Cùm ſe*, inquit, *non tranſuolaſſe, ſed perambulaſſe inſinuat, quanto pondere peccati prematur, oſtendit.* Ægyptij cum Pharaone *deſcenderunt in profundum quaſi lapis; ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus*: erant quippè peccatis pleni, & ſuperſtitionibus addicti, & aduersùs Deum pugnabant. Sed dicet aliquis, cur iidem Ægyptij mortui, tantæ leuitatis fuerunt, vt ex aquis ad littus eiicerentur? nam Iſraelitæ *viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris.* Ratio hæc fuit, Ægyptij, quamdiu ſuperſtites fuerunt, habuerunt adhuc animas peccatorum pondere plenas: vbi autem mortui ſunt, non erant niſi corpora; anima autem peccatis referta, plus ponderat quàm corpus. Propheta Dauid, qui fortiſſimus erat, neque vllis armorum ponderibus ſuccumbebat, grauiter tamen de vnius aut alterius peccati mole conqueritur: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Meminiſtis, credo, magnæ illius tempeſtatis, quæ aduersùs Ionam à facie Domini

Matth. 14. D. Hieronymus. Iob 1. D. Greg. Exod. 15. Exod. 14. Pſalm. 37. Ionas cur ad interiora nauis deſcenderit.

mini ſugientem in Tharſis fuit excitata. Timebant nautæ, iacturam faciebant, Deum ſuum inuocabant: Ionas verò ad interiora nauis deſcendit, ibique graui ſopore oppreſſus altum dormiebat. Miratus eſt nauarcha, cumque à ſomno excitauit. Et vos fortaſsè etiam miramini, cur Ionas ita ad ima deſcenderit, neq; in ſuperiori loco cum aliis inter vela remanſerit. Sed ſcire oportet hominem, qui eſt extrà Dei gratiam, mole ſui peccati oppreſſum, ſurſùm ferri non poſſe, ſed ſemper deſcendere, inſtar plumbi. Si peccata adeò grauia ſint, quilibet noſtrûm attentè ſecum cogitet, quantos dolores hæ ſpinæ Chriſto pepererint. Peccata diximus ſpinas eſſe, iam verò omnia omnium hominum ac ſæculorum peccata Chriſti vnius capiti impoſita erant: igitur valdè grauabant illæ ſpinæ ipſius caput, illudque ſuâ mole premebant, & transfigebant profundiſſimè. Quapropter rectè dicit Euangeliſta quòd Chriſtus exierit *portans*, id eſt, graue onus ferens.

Portans coronam ſpineam, ſpineâ coronâ multùm oppreſſus. Et hanc phraſim etiam Iſaias Propheta vſurpauit: *Verè*, inquit, *dolores noſtros ipſe portauit.* Per hanc vocem, *portauit*, ſignificatur grauis illa ſarcina infirmitatum noſtrarum, ſiue peccatorum. Qui locus Iſaiæ ſic à Matthæo citatur cap. 8. *Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.* A quo loquendi modo non videtur diſceſſiſſe S. Petrus epiſt. 1. cap. 2. *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ:* non dixit ſimpliciter, *tulit*, ſed *pertulit*, quæ vox æquiualet voci *portauit*. Ionas Propheta, de quo ſuprà, in ſua oratione cap. 2. omnes ſui naufragij circumſtantias enumerat: inter quas illud hoc loco notandum occurrit: *Pelagus operuit caput meum.* In Hebræo pro voce, *pelagus*, habetur, *ſupti*,

Iſaia 53.

Matth. 8.

1. *Pet.* 2.

Cur Ionas præcipuè cõqueratur de iuncis.

Digitized by Google

quod ſignificat etiam *iuncum*, vt ibi annotauit cum multis aliis Cornelius à Lapide. Pagnina verſio habet: *Alga alligata erat capiti meo.* Tigurina: *Carectum implicitum erat capiti meo.* Alij ſic vertunt: *Iuncetum erat faſcia capiti meo.* Sed meliùs, vt patet ex dictis, ſic verti poſſet: *Iuncus alligatus eſt capiti meo.* Quaſi diceret Ionas: Cetus me ſecum implicauit iuncis, calamiſque qui in ſummo, & algis quæ in imo maris naſcuntur. Mirum ſanè eſt, cur in tam graui tempeſtate, cùm eſſet in ventre ceti horribilis, maximè conqueratur de iuncis ſuo capiti implicitis & alligatis. Magna eſt concertatio inter ſcriptores, ex qua videlicet materia fuerit corona Christi cõfecta. D. Hieronymus ſuper c. 3. Abacuc, putat fuiſſe ex rhamno, pleno ſentibus & hericio ſimili. D. Auguſtin. lib. 16. de Ciuitate, exiſtimat coronã Chriſti Domini ex iuncis marinis fuiſſe compactam, quibus abundat Syria & Ægyptus vicina, ipſumque mare rubrum ab Hebræis mare caricoſum appellatur. Et hæc ſententia eſt celebrior atque communior. Iuncos marinos eſſe aculeatos teſtatur Virgilius lib. 5. Æneid.

Corona Chriſti fuit ex iuncis marinis.

D. Hier.

D. Avg.

Et acutâ cuſpide iunci.

Igitur IESVS, qui per Ionam figuratur, nihil tam graue ſenſit, quàm iuncos & ſpinas, quibus caput eius opertum fuit. Aduersùs ipſum inſurgebat mare, ſiue Iudaicus populus; horrendis vocibus & blaſphemiis, veluti ventis ſtridentibus perſonabant Phariſæi; Nox erat: nauis Apoſtolica incertis fluctibus agitabatur; Petrus, qui nauis illius clauus ſiue gubernaculum erat turpiſſimâ tempeſtate obrutus, fœdum naufragium fecerat: ipſe Dominus futurus erat tribus diebus in corde terræ, ſicut Ionas in ventre ceti: nihil tamen ipſi videtur grauius, quàm corona ex iuncis contexta: *Iuncus*, inquit, *alligatus eſt capiti meo;* id eſt, corona ex iuncis

iuncis confecta, impoſita eſt capiti meo.

Apocal. 1. D. Ioannes Apoc. 1. agens de iudicio, ſic ait: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* *Pungere* ſignificat, cuſpide aut aculeo ictum inferre, velut ſi quem acu, vel aciculâ tetigeris. Quid ergo agis, ô diuinæ Apocalypſeos ſcriptor? Christus in ſuâ flagellatione quinque millia ictuum pertulit, ita vt tota eius caro dilacerata eſſet; grandibus & acutiſſimis ſpinis caput perforatum fuit: pedes & manus duriſſimis clauis terebrati ſunt: latus lanceâ apertum eſt, vnde copioſus ſanguis exiuit: & tot tormenta, tot vulnera, non niſi puncturas audes vocare? *Et qui eũ*, ais, *pupugerunt.* Reſpondeo, quod ex hoc loco colligere poſſumus ſummum Chriſti amorem, quo peregit ea quæ ad ſalutem noſtram ſpectabant. Verbera, colaphos, flagella, ſpinas, clauos, lanceam, cæteraq; ſua tormenta, ſolummodò leues quaſdam puncturas exiſtimauit Chriſtus, ceu tantùm acu vel aciculâ tactus fuiſſet. Aliter tamen hæc verba intelligi poſſunt. Propriè ſpinis conuenit *pungere*: vt autem oſtendatur, quòd præcipuum tormentum Chriſti fuerit coronatio, & cruciatus omnium grauiſſimus ſolius punctionis, quæ facta eſt per ſpinas, fit mentio; neque enim dicitur, qui eum flagellauerunt, colaphis ceciderunt, crucifixerunt, ſed tantùm, *qui pupugerunt.* Certè eiuſmodi conſideratio deberet lacrymas nobis omnibus excutere, ſi non eſſent nobis corda chalybe duriora. Quòd ſi ſpinæ tam graues Chriſto fuerunt; cogitemus, quantos dolores pariant ipſi ſpinæ noſtræ, id eſt, peccata noſtra, quibus eum quotidie configere non ceſſamus. Iam quidem eſt immortalis & impaſſibilis: ſed ſi recuſauit vel tangi à Magdalena poſt ſuam reſurrectionem, certè eum valdè

Chriſtus omnia ſua vulnera tantùm vocat puncturas; tantus erat eius amor, quo illa ferebat pro nobis.

Peccatores arguuntur.

valdè cruciamus, quando ſpinis peccatorum noſtrorum eius animam non modò tangere, ſed etiam ſpinis illam configere non reformidamus. Ingratitudinem & improbitatem noſtram, etſi ſatis ſuperque ex his illa appareant, pulchrè arguit quidam locus in Canticis, vbi dicitur: *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Magnam hic difficultatem paſſi fuerunt Interpretes. Myrrha genus eſt gummi, quod ſenſim ex arbore diſtillat: quomodo autem dicitur meti? nam meti tantùm dicitur quod ſub falcem cadit? vt hunc locum intelligamus, alium ex Iſaia cap. 9. proferamus; *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Agricolæ menſe Auguſto tripudiant, lætantur, cantant, quando meſſem colligunt, & in horrea inducunt. Cùm ergo dicit Chriſtus ſe meſſuiſſe myrrham cum aromatibus ſuis, ſignificat ſe, paſſionis ſuæ myrrham maiori cum gaudio collegiſſe, quàm ſoleant ruſtici ſuas ſegetes, quo tamen tempore gaudent triumphantque maximè: quid autem Chriſtus aliud colligebat, præter ſpinas, quibus coronabatur? Paſſio Chriſti, eius meſſis, eius vindemia eſt. Meſſis autem noſtra, tota Quadrageſima eſt, præcipuè verò hæc hebdomada ſancta, in qua myrrham paſſionis Chriſti metere debemus. Sed proh! dolor, quàm multi hoc tempus ſinūt elabi ſine vllo fructu, neque de colligendâ ſpirituali meſſe vmquàm ſolliciti ſunt. Toto anni decurſu ſeminauit Deus in nobis bona propoſita, ſuauiſſimis gratiarum imbribus nos humectauit, fœcundiſſimo cæleſtium inſpirationū rore nos aſperſit; nihil tamen, hominum miſerrimi, nihil omninò aliud colligimus præter peccatorum ſpinas; quibus Saluatoris noſtri caput iterùm affligimus. Poſt tot diuini amoris ac benignitatis

tatis

Cantic. 5.

Iſaia 9.

Paſſionem Chriſti meditari, & ex ea fructum facere debemus, vt Chriſto ſimus accepti.

tatis ſigna, nullam poteſt Chriſtus aliam meſſem colligere quàm ſpinas, quibus à nobis crucietur. Vidêris, Domine, eſſe primus ille Adam, qui ex terra ſpinas
Geneſ.3. colligebat: *Terra ſpinas & tribulos germinabit tibi. In ſudore vultus tui veſceris pane*
Avgvst. *tuo* Diuus Pater Auguſtinus per hæc verba, *vultus tui*, IESVM intelligit. Etenim pluries & pluries copioſum ſudorem in omni vita ſua effudit; in horto
Luc.22. Oliueti *factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram*; iterumque ex capite ſpinis perfoſſo alius ſudor ſanguineus vndique effluxit: atque hoc ſudore, hoc rore caput ſuum penitùs perfundi apud Sponſam ſuam conquerebatur, dum eius limen pulſaret, Cantic. 5. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant.c.5. Quæ vt concludam, ita deinceps viuamus ſinguli, ne poſthac Chriſtum noſtrorum flagitiorum ſpinis iterum affligamus, excruciemuſque, quin eius pretioſo & ſacroſancto ſanguine redempti ac irrigati, fructus dignos pœnitentiæ adferamus, vt hanc myrrhā metat Chriſtus cum aromatibus ſuis, & lætetur in nobis, *ſicut qui lætantur in meſſe.*

TRACTATVS

De verecundia ac nuditate Chriſti in cruce.

Et perducunt illum in Golgotha, & crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius, Marc. 15.

CAP. I.

Nuditas Chriſto fuit grauius tormentum quàm paſſio, flagellatio, crucifixio, crurifragium.

PRODIGIOSVM ac triſte ſpectaculum nobis proponitur in Caluariæ monte, theatro tragœdiæ illius, quâ triſtiorem nulla vmquàm ſcena humana repræſentauit? Exhibetur Chriſtus in cruce nudus, pudicus ille Agnus, non iam habens vellus tinctum ſanguine, eſt enim cutis ita dilacerata, vt inter crudelium vulnerum horrorem ipſa propemodùm viſcera pateant. Spectatur nudus Dominus noſter, ille, inquam, qui aërem luce, cælum ſtellis, Angelos gloriâ, homines gratiâ, aues plumis, piſces ſquamis, animalia pellibus, arbores cortice, terram floribus, herbis, frugibus conueſtiuit. Nudus eſt ſecundus Adam: primus eodem momento quo nudus fuit, amiſit gratiam; ſecundus hodie nudus eſt, vt illam inueniat. Denudemus nos humanis affectibus, & in IESVM oculos lacrymis madentes cùm magno pietatis ſenſu coniiciamus. Qui omnia veſtit, denudatur.

Vnum ex tormentis, quod Filius Dei in cruce poſi-

poſitus acerbiſſimum cenſuit ac pertulit, fuit cùm ſe nudum tot ſpectatorum millibus vidit exhiberi. Egreſſus fuerat Chriſtus baiulans humeris crucem, eamque ad ipſum Caluariæ montem multo perfuſus ſudore detulerat: vbi milites exuerunt illum, & clauis affixum in altum erexerunt, vt ab omnibus conſpiceretur; ſic non modò vulnerum dolorem renouarunt, quòd cruenta veſtis tenaciter carni adhæreret, ſed internos etiam dolores adauxerunt, quos verecundia propter extremam illam nuditatem pariebat. Bis quidem adhuc iſtiuſmodi nuditatem perpeſſus fuerat, primò vbi flagellandum columnæ alligarunt, dein vbi Pilatus flagellatum populo oſtendit, dicens: *Ecce homo.* Sed iam longè maius fuit verecundiæ tormentum, tum quia locus magis publicus erat, tum etiam quia diutiùs ibi nudus fuit quàm aliis vicibus, quinimmò poſt mortem obitam nudus ibidem adhuc pendêre debebat, quæ omnia ipſum magnoperè affligebant. Ideoque in Pſalmo 21. in quo tormenta referuntur quæ eo die paſſus fuit, non conqueritur de nuditate, niſi poſtquàm pependit in cruce: quam etiam ob cauſam ex induſtria de aliis duabus nuditatibus Chriſti flagellati & à Pilato præſentati mentionem nullam feci, aut ſaltem ex profeſſo nihil tractaui, quæ de iis dici poterant, in hunc locum reſeruans. Porrò verba Chriſti de ſua nuditate in cruce conquerentis, ſunt hæc: *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Quantum fuerit & quàm acerbum illud nuditatis tormentum, aliquo ſenſu percipere poterimus, ſi verba D. Chryſologi intelligamus, vbi expendit celeritatem, quâ pater ſeruis mandauit, vt veſtem filio

Quoties nudus fuerit Chriſtus.

Ioan c. 19. v. 5.

Pſal. 21.

prodigo proferrent, qui nudus ex peregrinatione redierat. Dicebat pater: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum.* Prima hæc fuerunt patris verba, quem filius tam grauiter offenderat. Numquid ſatiùs erat ipſum primò reprehendere ob culpas, quæ perditum adoleſcentem ad ſtatum adeò calamitoſum redegerant? vel fortè filij crimina non videbat, qui tantam eius miſeriam animaduertebat? ea ſiquidem nuditas non poterat niſi à culpa prouenire. Sed patri non fuit tam difficile ſufferre tot crimina, quàm iſtiuſmodi nuditatem videre. Audiamus Chryſologum: *Suſtulit filij crimina, qui non ſuſtulit nuditatem. Hinc eſt quòd à ſeruis antè veſtiri voluit filium, quàm videri; vt ſoli patri nota eſſet nuditas, quia pater ſolus videre filij non poterat nuditatem*, ſerm. 3. Potuit ergo pater ſufferre crimina filij, ſed non potuit ſufferre nuditatẽ; nec ipſe à ſeruis illam videri voluit, quam ſolus ſufferre non poterat. Hæc verba pulchrè nobis adumbrant id quod in monte Caluariæ factum eſt. Deus, verus noſter Pater, extendendo brachia in cruce, recepit hominem perditum ac perfugam, veſtibus gratiæ ſpoliatum: & patienter *ſuſtulit Filij* (hominis, inquam) *crimina*, ſicut teſtatur D. Petrus, *qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*: omnes enim cruciatus quos pertulit, quid fuerunt niſi ſarcinæ peccatorum noſtrorum, quas ſuſtulit? videns Deus Filium, cui tot dona contulerat, ad ſe redire omninò nudum, hominem, inquam, omnibus bonis ſpoliatum, & magno malorum pondere oppreſſum, dubitauit vellétne mala noſtra ſuſcipere, & pro iis pati, & nos denuò cooperire, an verò paſſionem ſubterfugere, noſque nudos ita adhuc relinquere. Tandem vicit pietas, ſtatuitque omnes potiùs cru-

Luc. 15.

Nuditatem pati non potuit pater in filio ſuo prodigo.

Chryſol.

1. Petr. 2.

Maluit Deus pati mortem, quàm videre hominẽ nudum.

cruciatus ſubire, quàm deinceps noſtram nuditatem videre. Deus ergo *ſuſtulit Filij*, id eſt hominis, *crimina*, ſufferendo pro iis mortem, & omnia crimina noſtra in ſe ſuſcipiendo; qui tamen *non ſuſtulit nuditatem*, nec potuit pati hominem eſſe nudum. Quòd ſi Deus tantum dolorem concepit, nudum videns hominem peccatorem, vt præ illo dolore omnes paſſionis dolores quaſi nullos reputaret, malueritque pati quàm huiuſmodi noſtram videre nuditatem: quis mente aſſequi poterit dolorem, quem cœpit dum videret ſe nudum? Quanto eum rubore ſuffuſum putatis, quando in altam crucem, eamque in monte poſitam erigebatur, vnde ab omnibus è ciuitate ad horrendum ſuæ mortis ſpectaculum confluentibus, cominùs eminuſque conſpiceretur.

Quare doluerit Chriſtus diuidi ſuas veſtes.

Ita ipſum affligebat illa verecundia, vt identidem veſtes ſuas reſpexerit, tamquàm deſiderans eas ſibi à militibus accommodari, iterumque imponi, donec ſepultus eſſet: ægrè illi erat videre veſtimenta ſua lacerari & diuidi in quatuor partes, ideoque conquerebatur: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Pſalm. 21.

Cur autem tantopere dolebat lacerari veſtes ſuas à militibus? nónne grauiùs manus clauis cõfigi, iiſdem pedes lacerari, caput ſpinis perfodi, carnemque totam flagellis dilaniari? Reſpondet Chriſtus: *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me.* Ibid.

Nuditas grauior fuit Chriſto, quàm alia tormenta paſſionis.

Omnes, inquit, me nudum circumſpiciunt, continuoque in iſto obtutu inhærent. Cur me milites veſtibus non tegunt, ſed eas me egente diuidunt, eas me vidente dilacerant? neque minùs mihi luctus veſtes lacerari, quàm fodi manus, quàm pedes clauis perfodi, quàm denique corpus hoc meum vndique flagellis dilaniari; imò longe grauior mœſtitudo me

 nudum

nudum videri, quàm omnibus iſtis tormentis affligi: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me.* Quid ſibi vult hæc phraſis, *ipſi verò?* eſtnè hic ſenſus: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt oſſa mea, & conſiderauerunt & inſpexerunt me? nequaquàm: nam hoc modo dolorem hunc cum aliis doloribus compararet. Per hanc vocem, *verò*, dolorem iſtum ab aliis diſiungit, & ſignificat quantò maius tormentũ ſenſerit, propter nuditatem corporis ſui ab aliis viſam & conſideratam. Quaſi diceret: Foderunt manus meas & pedes meos, & hoc grauiter me cruciat; illud verò quod omnium grauiſſimè affligit, eſt quod me nudum inſpexerint & conſiderauerint: *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me.*

Pſal. 21. v. 17.

Euangeliſta vt ingentem Chriſti dolorem oſtendat, pluribus verbis vtitur, diuque immoratur, narrans quid milites cũ veſtimentis eius fecerint. Videte narrationem: *Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, (& fecerũt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt impleretur ſcriptura, dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.* Notandum eſt eum concludere his verbis, *Et milites quidem hæc fecerunt.* id eſt, Verè totum quod dixi, à militibus factum fuit. Cur autem opus hac clauſulâ & tanta affirmatione? numquid etiam cætera fecerunt milites? ipſi flagellarunt, colaphis cæciderũt, ad mortem duxerunt, extenderunt in Cruce, clauis affixerunt, in altum eleuarunt, fel & acetum propinarunt. Quòd ſi hæc omnia fecerunt, etiam mili-

Ioan. 19.

Atrociſſimũ militum facinus fuit nuditas Chriſti.

milites, cur ſolùm in diuiſione veſtimentorum & nuditate Saluatoris addidit Ioannes, *Et milites quidem hac fecerunt?* Ratio eſt, cùm Euangeliſta narrauit quæ Chriſto patienti facta ſunt, ea ſponte ſuâ milites non egerunt, ſed prout ipſis à Pilato fuerat iniunctũ: ideò curioſè deſcripſit quod Chriſtum maximo dolore affecit, addiditque. *Et milites quidem hac fecerunt*, id eſt, nulla res à militibus atrociùs peracta eſt, quã quod me meis veſtibus non texerint, ſed eas lacerarint. Cuius doloris magnitudinem Euangeliſta non ſolùm hoc looo, ſed etiam infrà expreſſit: *Rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad* IESVM *autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Facta ſunt enim hac, vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo, & iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.* Quare Euangeliſta hanc Scripturam, *Videbunt in quẽ transfixerunt*, & in quem finem adducit? nam ad præſens propoſitum nihil videtur facere, neque enim abſtinuerunt à frangendis Chriſti cruribus ex vi ſecundæ Scripturæ, ſed primæ. Quòd ſi locus ille Zachariæ allatus eſt, vt ſignificaretur Chriſtus in altam crucem erigendus, quo de omnibus videri poſſet, antè debuiſſet adferri, quando de crucifixione tractabatur. Sed appoſitè & loco valdè opportuno hãc Scripturæ authoritatem protulit Euangeliſta: ſatisfacit enim ſcrupulo, qui nobis inde oriri poſſet, quòd Chriſtus ſuâ morte præuenerit dolorem fractionis oſſiũ. Quam igitur ob rem, antequàm milites venirent ad crura frangenda, exſpirauit? an vt duriſſimum & atrociſſimum omnium tormento-

Ioan 19.

Cur Chriſtus morte ſuâ anticipauerat fractionem oſſium.

mentorum non ſubiret? grauiſſimum enim tormentum eſt crurifragium. Latrones erant crucifixi, & tamen viuebant; ſed poſt crurifragium, vi doloris iſtius, confeſtim vitam terminarunt. Voluitne Chriſtus ſe ab hoc maximo tormento liberare, ideoque crurifragium morte ſuâ anticipauit? Huic ſuſpicioni occurrit Euangeliſta, dicēs: Etſi Scriptura ſit, quę Chriſtum ab oſſium comminutione eximat; eſt tamē alia, quæ ipſum non minori dolori ſubiicit, non quidem comminuent, inquit, eius oſſa; ſed huius ſupplicij loco cum in cruce nudum videbunt, quod non minùs imò maius tormentum eſt. Et alia Scriptura dicit: *Videbunt in quem transfixerunt.*

Nuditas non minor quá fractio oſſium.

CAP. II.

Nuditas corporis grauior ac triſtior fuit Chriſto, quàm Noëmo.

NOEMVM fuiſſe figurā Chriſti docuerūt omnes Sancti Patres. Quippe Noë mundum in arca ſeruauit Chriſtus in cruce mundum redemit. Noë vineam plantauit, Chriſtus Eccleſiam. Noë vino ebrius dormiuit, Chriſtus noſtræ ſalutis amore ebrius ſomnum mortis obdormiuit. Hinc D. Hieronymus aduersùs Luciferianos cap. 8. ait: *Noë vineam plantauit, & bibens de ea inebriatus eſt. Natus quoque in carne Chriſtus, Eccleſiam plantauit & paſſus eſt.* Quinimò Noë ſuâ nuditate Chriſtum in cruce nudum figurauit; ita S. P. Auguſtinus tom. 6. lib. 12. contra Fauſtum cap. 23. *Illud,* inquit, *quod de vinea, quam plantauit, inebriatus Noë nudatus eſt in domo ſua: cui non appareat Chriſtus paſſus in gente ſua?*

Chriſtus Noëmo cōparatur.

Hieron.

Avgvst.

Nuditas Chriſti fuit maior quã Noëmi.

te ſua? tunc enim nudata eſt mortalitas carnis eius, Iudæis ſcandalum gentibus ſtultitia. Sed Chriſto grauior & acerbior fuit nuditas quàm Noëmo. Gratulatur Noëmo D. Chryſoſtomus ſuper cap. 9. Geneſ. homil. 29. quòd non in publico, ſed in domo ſua, intrà priuatos parietes ipſum nudum eſſe contigerit: *Conſidera quòd hoc non foris illi accidit, ſed in domo ſua. Idcircò enim aſſignauit diuina Scriptura, in domo ſua, vt ex ijs quæ ſequuntur, malitiæ vehemens ſtudium videas eius, qui nuditatem euulgare fuerit auſus.* Idem etiam annotauit D. Clemens Alexandrinus lib. 4. in Geneſim: *Cùm inſuetus*, inquit, *Noë vino eſſet, protinus inebriatus, atque ſomno deditus, inopinatam verendorum nuditatem vtique patitur; domi tamen, vbi multis expoſitus hominibus minimè erat.* Et fauet Scriptura, quæ habet, *& nudatus in tabernaculo ſuo.* Cham impiiſſimus filius, quamprimùm vidit nuditatem patris, de tam turpi ac fœdo ſpectaculo lætatus, fratres ad patris ludibrium ſpectandum vocat. Idque, vt optimè obſeruauit Procopius, non vni tantùm ex fratribus nuntiauit, ſed vtrique; & quidem pluribus, ſi adfuiſſent, facinus iſtud detexiſſet; hoc etiam opinatur Chryſoſtomus, vbi ſuprà: *Fortaßis, ſi & alij quidam adfuißent, & illis nuntiaßet patris ſui turpitudinem; tanta erat pueri malitia.* Ambo fratrum, vt rem quæ caſu euenerat, honeſtam redderent, turpiſſimumque iſtud ſpectaculum abſconderent retrorsùm auersâ facie venerunt: & verendis patris ſui pallium impoſuerunt, nec probroſam turpitudinem viderunt. Bonus ſenex, vbi crapulam edormiit, omnia cognouit experrectus quæ ſibi acciderant: vidit in ſpiritu eandem nuditatem Deo euenturam, quãdo vino amoris ebrius, in cruce nudatus obdormiret. Sollicitus ſtatim fuit, vt à Deo iſtiuſmodi nuditatem

Chryſ. Clem. Alexan. Procop. Chami impietas. Chryſ. Noë nudus vidit in ſpiritu nuditatẽ Chriſti.

tatem auerteret; ne igitur ſimile opprobrium illi aliquando eueniret, dixit: *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem.* Quibus verbis, *Deus habitet in tabernaculis Sem*, vult dicere: Si eadem nuditas Deo meo debeat euenire, ne impius Cham eam precor videat, ſed *habitet in tabernaculis Sem*, vt ſit qui illam tegat, & non videat. Ac proinde vt Propheta locutus fuit Noë. Sanè eum facit Prophetam D. Chryſoſtomus vbi ſuprà: *Non aberrabit quis, ſi dixerit benedictiones iuſti prophetias eſſe.* Orabat Noë, vt futuram impietatem auerteret: videbat enim tantam improbitatem in poſteris Sem, & Iaphet futuram, quod nuditatem Chriſti eſſent inſpecturi: Habitauit quidem Chriſtus in tabernaculo Sem, id eſt, fuit in templo ſæpè commoratus, quod eſt tabernaculum Sem, iuxtà Theodoretum, habitauit in ſancta ciuitate Ieruſalem: tamen nuditatem ſibi ab Hebræis, qui deſcendunt à Sem, declinare non potuit. Vino amoris ebrium nudarunt non ſolùm in Pilati prætorio, verùm etiam extrà ciuitatem in monte Caluariæ, loco editiſſimo, vbi omnes nudum eum inſpexerunt: *Ipſi verò*, inquit *conſiderauerunt & inſpexerunt me.* Vbi hæc vox, *ipſi*, etiamſi ad eos qui illum cruci affixerunt referatur, poteſt nihilominus hoc modo accommodari ad exprimendam grauitatem; quòd nempe illi ipſi, qui nuditatem Noë texerunt ac videre noluerunt, Chriſti nuditatem conſiderauerint & inſpexerint. Dicit D. Hieronymus lib. de quæſt. Hebr. *De Sem Hebræi, de Iaphet populus gentium naſcitur*; adeoque Noë prophetico ſpiritu loquens, parentum nomina pro poſteris poſuit, Iudæos, vnaque Romanos gentiles intelligens, qui Chriſtum crucifixerunt, eiuſque nuditatem viderunt. Grauior ergò fuit nuditas Chriſto quàm

Gen. 9.

Noë locutus eſt vt Propheta.

Chrys.

Theod.

Pſalm. 21. v. 18.

Hieron.

quàm Noëmo, quia nec Iudæos nec Romanos habuit (qui per Iaphet & Sem intelliguntur) à quibus ſua nuditas ita tegeretur, ne videri poſſet. Et licet velint aliqui vel à Beatâ Virgine, vt D. Anſelmus de Paſſione, vel ab alio (iuxta D. Brigittam lib. 1. Reuel. cap. 10.) datum fuiſſe velamē quo ipſemet, ſtans nudus poſt detractas veſtes, verenda ſua texit: tamen à tortoribus ipſum exuentibus, aliiſque præſentibus, eius nuditas conſpecta eſt, quando interea loci eam neque Romani, neque Iudæi tegerent, ſed fortaſſe ſubſannarent, ſicut Cham patrem ſuum ſubſannaſſe dicitur. Prætereà, etſi demus verecundas partes linteolo præcinctas fuiſſe, ſaltem reliqua corporis membra nuda coram tanta multitudine erant, & quidem longo ſpatio, quod Noëmo non accidit. Neque hoc loco prætermittere poſſum, quod quidam Author annotauit, nempè nuditatem Chriſti non coram vno, ſed pluribus, atque in publico futuram, in ſacra Noëmi hiſtoria adumbratam. Breuiter expediam. Vbi legimus, *Nudatus iacuit in tabernaculo ſuo*, Hebraicus textus habet *betoch*, id eſt, in medio. Proferre aliquid in medium, quid eſt aliud quàm palàm facere? Deindè, numquid nudus fuit in medio, ſcilicet in medio latronum; vel in medio, id eſt, inter matrem & diſcipulum Ioannem? Inebriatus dicitur Chriſtus in ſua paſſione, quæ ideò vocatur *exceſſus* apud Lucam cap. 9. vbi Moyſes & Elias dicebant *exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* Quæ verba pertractans D. Bernardus homil. 2. Paſchæ, ſic Chriſtum alloquitur: *Verè Domine, nimis exceſſiſti; quia cùm ſis ſplendor paternæ gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius, & cùm ſis Dominus maieſtatis, pati dignatus es tormentum abiectiſſimæ paſſionis.*

[Margin notes: ANSELMVS. — BRIGITTA. — Nuditas Chriſti fuit publica. — Paſſio Chriſti fuit exceſſus. — Lucæ 9. — D. BERN.]

CAP. III.

Chriſtus ſuâ nuditate nudum Adamum veſtiuit, & diabolum de illo triumphantem ſuperauit.

S. Iob clades deſcribens à Deo ſibi immiſſas, ſic ait: *Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam.* Radebat teſtâ saniem ex corpore manantem, ſeque nudum dolebat eſſe, qui regiis anteà veſtibus & purpureo paludamento induebatur. Vnde arbori facit ſe ſimilem, quæ radicitùs euulſa ſecuribus deſtruitur, corticibus nudatur, & petit, ſpem vitæ amittens. Quæ ad amuſſim de Chriſto figura & prophetia eſt: hunc enim Synagoga ab omni parte percuſſit, fœdauit, ſauciauit, eius nomen impiis accuſationibus extirpare ſtuduit, eum veſtibus veluti corticibus ſpoliauit, omnemque vitæ ſpem abſtulit, dum illum in crucem egit, clauiſque velut cuneis manus pedeſque fodit, ac lacerauit. O gens impia, quæ hoc pacto arborem vitæ deſtruxit! Nemini dubium eſt, arborem vitæ figuram Chriſti fuiſſe, hoc enim docuerunt plurimi SS. Patres D. Damaſcenus orat. 2. de dormit. Virginis, clarè Chriſtum appellat lignum vitæ: *Hodie Eden noui Adam paradiſum ſuſcipit animatum, in quo ſublata eſt condemnatio, in quo plantatum eſt lignum vitæ, in quo operta fuit noſtra nuditas.* Nec prætenbo Ambroſiũ, cuius in pſalmum 1. hæc ſunt verba: *Inter multa ligna quæ erant ſpecioſa ad aſpectum, & bona ad eſcam, etiam lignum vitæ terra produxit in medio paradiſi, vt cætera ligna eius viriditate florerent. Quid eſſe hoc lignum dicimus, niſi per quod nobis ſalus venit? Et lignum hoc terra produxit, quia eum Virgo generauit, quæ erat terra.* Et poſt pauca: IESVS *eſt lignum vitæ, lignum ſapientiæ plantatum in vtero*

Iob 19.

Chriſtus nudus, eſt arbor decorticata.

Chriſtus eſt arbor vitæ.

D. DAMASCENVS.

D. AMBR.

vtero Virginis ; voluntate Patris. Hæc arbor vitæ plantata in vtero Virginis, germinauit in incarnatione, creuit in virtute & ſapientia, fructum dedit, faciendo miracula, ramos extendit reuelando myſteria: & ecce arbor hæc à Iudæis hodie frangitur, deſtruiturque, & ab ea veſtes tanquam cortices auelluntur; demùm læſa eſt vndique, & perit: *Deſtruxit me vndiq;, & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam.*

Minimè tamen Chriſtus ſine graui cauſa ſe in cruce nudum eſſe permiſit. Volebat hominem reducere in paradiſum: huc autem non veſtitus, ſed nudus debuit introduci. Creauerat Deus Adamum in gratia, ab omni pudore liberum, ideòque nudum: ſed poſtquam peccauit, ſtatim ſuam nuditatem agnouit, & pudore ſuffuſus eſt, tandem Adamus veſtem ſibi contexuit, & cum illa è paradiſo exiuit. Eò volens Deus hominem reducere, debebat ei veſtes demere: quia in paradiſo, ſicut neque turpitudo, neque verecundia eſt; ita nec ſunt veſtes, quæ pudori medentur: neque primi parentes vnquam veſtes habuiſſent, ſi ſe in ſtatu innocentiæ conſeruaſſent, quia tunc nuditas non fuiſſet indecens, neque calida ſeu frigida aëris intemperies vllam ſe veſtiendi neceſſitatem attulliſſet. Hæc conſideratio ſumpta eſt ex D. Athanaſio, de cruce & paſſione: *Exuebat*, inquit, *veſtimenta ſua: decebat enim, cùm hominem introduceret in paradiſum, exuere tunicas illas, quas Adam accepit cùm è paradiſo eiiceretur.* Nos quoque ſi IESVM per mortem ad cæleſtia feſtinantem, & in paradiſum homines introducentem ſequi velimus, & ab eo in illum felicitatis locum admitti cupiamus, debemus omnibus prauis affectibus nudi eſſe. Dicit D. Hieronymus: *Nudus* IESVS *nudos quærit amicos & ſponſos.*

Nudus eſſe debuit ſecundus Adam, vt primus in paradiſum reduceretur.

D. ATHANASIVS.

HIERON.

Chriſtus in cruce aſpexit Occidentẽ.

Communis SS. Patrum doctrina eſt, Chriſtum Dominum nudum ſic in cruce pependiſſe, vt ad Occidentem directè reſpiceret. D. Ioannes Damaſcenus lib. 4. de fide orthod. cap. 13. ait eſſe traditionem: ita etiam Sedulius lib. 4. Operis Paſchal. Beda in Lucam lib. 9. cap. 23. Hieronymus ſuper cap. 15. Marci. D. Dionyſius Areopagita refert in huius rei memoriam ritum fuiſſe in primitiua Eccleſia, quòd baptizatus ita ſtatuebatur, vt reſpiceret Occidentem, manus expanderet, & ſic ter dæmonem exſufflaret. Quod porrò hîc myſterium, quod in cruce nudus reſpiceret Occidentem? Attendite. Quando Adam peccauit in paradiſo, & nudus quæſiuit latebras, tunc reſpexit ad Occidentem; vti & ipſe reſpexit etiam Deus quando illi, Euæ, ſerpenti, & terræ maledixit. Vnde id colligitur? ex ipſo textu. Vix in arborem Adamus manum extenderat, cùm audiuit *vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem*. Quâ auditâ, ſtatim ſe abſcondit. Sed vocauit Dominus Adam, & dixit ei: *Vbi es?* Adam verò reſpondit: *Vocem tuam Domine audiui in paradiſo, & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* Vt Adamus reſponderet, Deumque alloqueretur, debebat ſe ad Deum conuertere, & verſus Orientem reſpicere, vnde Deus veniebat. Scholiaſtes Chaldæi Paraphraſtæ noſtrum intentum probat ex his verbis: *Ad auram diei*. Deus veniebat ad auram diei: dies erat inclinatus ad veſperam, igitur Deus venit ab Oriente, & reſpexit ad Occidentem. His præſuppoſitis, cur Chriſtus cruci affixus in Oriente, vbi Adamus fuerat nudus; reſpicit nudus ad Occidentem, niſi vt dignam Patris indignationem ex Adami nuditate conceptam mitiget? Quòd ſi ab Oriente, vnde Chri-

D. Damaſcenus.

Beda.

Hieron.
Dionys.
Areopagita.

Geneſ. 3.

In Oriente nudus fuit Adam, & etiam Chriſtus.

ſtus

Digitized by Google

ſtus reſpiciebat; & vnde Adamus fugerat nudus verſùs Occidentem, Adamum propter peccatum viderit nudum apud lignum vitæ; iam Pater in eâdem parte, nempè in Oriente verſùs occidentem, videbat Filium nudum in crucis ligno pendentem, qui ſuâ nuditate Adami nuditatem tegebat.

Chriſtus ſe exuit, vt fortiùs & expeditiùs pógnaret aduerſus diabolum.

Refert Origenes morem apud Syros fuiſſe, cùm hoſtem aggreſſuri erant, ſe exuere & nudo corpore in bellum erumpere, nè veſtium ſarcinæ pugnantes impedirent: *Talis mos eſt in aliquibus gentibus, vt cùm ad durum prælium venerint, tunc nimirùm ſcindentes veſtimenta ſua, cum furore atque indignatione currant contrà aduerſarios intemperanter, nudo pectore cum fiducia ſe offerentes, vt eſt Syrorum gens.* Addit etiam idipſum apud alias barbaras nationes in vſu fuiſſe: *Item verò aliæ barbaræ gentes, exſpoliantes ſe atque in ipſis tunicis ſe præcingentes, nudo pectore atque ſcapulati viriliter eunt in prælium*, lib. 1. in Iob. Quas nationes par eſt nobis imitari, ſi fortiter aduerſùs diabolum velimus dimicare, & victoriam reportare. Monebat Apoſtolus: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet*, omnia relinquit quæ impedire poſſunt. 1. Cor. 9. Laudem vtique eximiam meretur Ioſeph, qui relicto pallio, de fœminæ impudicæ blanditiis (Sampſone fortior) triumphauit. Antequàm in arenam Iob cum diabolo deſcenderet, priùs exuit ſe veſtimentis, quò expeditior ad pugnam eſſet. Ita hæc Verba Iob, *Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua*, Iob 1. Origenes explicauit ſubtiliter vbi ſuprà: *Cur conſcidit? ob hoc conſcidit, vt expeditior atque conſtantior exiſteret in prælio, vt illa quæ retardant deponeret, vt illa quæ impediunt à ſe proiiceret, vt tanquàm audaciſſimus præliator, & tanquàm ſingularis monomachus aduersùs innumeros inimicos & aduersùs inaſti-*

Cur Iob ſciderit veſtimenta ſua.

Origen.

ineſtimabiles aduerſarios ſingulariter immobilis perſiſteres. Nuditas ergò plurimùm ad pugnandi promptitudinem & victoriam facit. Hac etiam nuditate vſus eſt Chriſtus, vt diabolum, qui Adamum in paradiſo grauiter læſerat, ſuperaret. Homo in paradiſo, velut in arena & campo Martis, erat multarum gratiarum armis inſtructus, *Tenia la cueſta y las piedras*, vt vulgò dicitur, & tamen à diabolo victus eſt, & nuditatis vulnere affectus eſt. Deus id videns, ipſemet venit, deſcenditque in arenam huius mundi, vbi hominem liberaturus, veſtes depoſuit, & Adami nuditatem veſtiuit; quod facili ſimilitudine poteſt declarari. Intrat aliquis ludum gladiatorium, ſtatimque pallium & pileum deponit, deinde arripiens gladium, auſu temerario prouocat aduerſarium. Aduerſarius ilicet in ipſum etiam inuolat, & primo ictu caput ipſius lædit, vnde plurimus emanat ſanguis. Palæſtræ magiſter illum liberaturus, deponit pallium & pileum, dicitque ei qui læſus eſt: Age, induas te, & cura vulnus tuum, ego tuas partes ſuſtinebo, & aduersùs hoſtem tuum dimicabo. Eodem modo Adamus intrat in paradiſum velut in palæſtram nudus, ita à Deo creatus quò fortiùs & expeditiùs cum diabolo acie confligeret, ibi ſibi pileum tollit, obediendo ſcilicet mulieri, cuius tamen ipſe caput erat: tum diabolus hominem cœpit adoriri, quem etiam grauiter in capite læſit: nam Adamus erat caput humani generis, ex quo iuſtitiæ originalis diſpendium & corruptus ſanguis in totam poſteritatem manauit, prætereà purpureus pudor faciem eius occupauit. Vidit hoc Deus, & hominem liberare voluit; exuit veſtimenta ſua, dixitque homini: Vade ocyùs, teque indue, ego nudus hîc partes tuas ſuſcipiam, & con-

Chriſtus texit ſuâ nuditate nuditatem Adami.

Digitized by Google

& contra diabolum hoſtem tuum me componam, eumque profligabo. Chriſto itaque ſe exuente, amiſſas veſtes recepit homo; vnde eius nuditas, Chriſti nuditate fuit cooperta.

Abſcondita Dei fortitudo fuit manifeſtata per eius nuditatem.
Abacuc 3.

Chriſtum Dominum Propheta Abacuc mirabatur, dicens: *Domine, audiui auditum tuum, & timui.* Audiui, inquit, Iudæos veniſſe ad Caluariæ montem tibi veſtimenta detraxiſſe, in te iniurias & blaſphemias quamplurimas euomuiſſe: & planè obſtupui, iſtam, conſiderans patientiam, cum qua tot maledicta audire potuiſti. Verùm, pergit Propheta, inter tot opprobria vidi abſconditam tuam fortitudinem, iſtamque nuditatem deſignare ardorem dimicandi: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.*

Ibid.

Hoſtes, cum quibus debes decertare, ſunt mors, & diabolus: *Antè faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus antè pedes eius.* Quàm generosè, quàm expeditè & conſtanter ſis præliaturus,

Abacuc c. 3. *v.* 5.

quàm certas palmas relaturus, ſat certum tua mihi nuditas fidem facit: neque enim ampliùs *abſcondita*, ſed manifeſtata & nudata eſt *fortitudo tua*, quâ hoſtem ſuperabis. Neque à propoſito alienus eſt locus Apoſtoli ad Coloſſenſes 2. vbi hoc modo agit de Chriſto: *Dolens quod aduersùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ſcriptum tulit de medio, affigens illud cruci: & exſpolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.* Dicit primò, quòd Chriſtus tamquàm ſponſor chirographum deleuerit debitumque noſtrum exolverit. Secundò, quòd exſpoliauerit inimicos, eoſque traduxerit in ſeipſo, quod ſignificat Chriſtum ſe priùs ſpoliaſſe ac nudaſſe, vt diabolos ſpoliaret; & hoc modo exſpoliaſſe dæmones, ſeipſum exſpoliando. Sed quæ conuenientia inter deletionem chirographi, quæ fit à ſponſore, & inter ve-

Ad Coloſſ. 2.

Chriſtus pro nobis fidelem ſe ſponſorem præbuit vſque ad induſium.

ſtium exſpoliationem. Audiamus Salomonem Prou. 27. *Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo*, id eſt, inimico. Complutenſia ſic habent: *Tolle veſtimẽtum eius, aduenit enim iniuriator qui aliena vaſtat.* Pro nobis extraneis ſpopõderat Chriſtus. Satelles diabolus ad Chriſtum acceſſit, eique veſtimentũ eripuit. Quemadmodum ſi pro aliquo ſpopondiſſes, & ſatelles ſolutionem exigeret; ille tibi veſtimentum tolleret, ſi nihil aliud haberes. Neque ex difficili veſtem ſuam Chriſtus dedit, nam & ſuis diſcipulis priùs hoc ipſe conſilium dederat. *Si quis te percuſſerit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram. Si quis voluerit tollere tunicam, dimitte ei & pallium.* O diuine ſponſor, quàm probè conſilium iſtud adimpleuiſti? Alapam à miniſtro Pontificis tam ſereno vultu excepiſti, vt promptè alteram expectares: & fuerat illa prior adeò grauis, vt in ſyndone D. Veronicæ impreſſa digitorum veſtigia adhuc videantur. Nec vnam tibi ſolùm tunicam eripi permiſiſti, ſed & pallium & reliquum veſtimenti, quo operiebaris, in tantum, vt nudo vndequáque corpore in cruce appareres. Sic veſte exſpoliatus, principatus & poteſtates exſpoliaſti: ſic ablato veſtimento te fidelem noſtrum omnium ſponſorem præſtitiſti, profundens omnia atque ipſam etiam vitam: *Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti.*

Prouerb. 27.

Matth. 5.

CAP. IV.

Apprehẽſio nuditatis plus Chriſtum afflixit, quàm apprehenſio omnium tormentorum.

SOLVTIONEM hanc, quam Chriſtus per hanc ſuam probroſam nuditatem Deo Patri perſoluit, oſtendamus fuiſſe multò maximam. Non eſt difficultas leuis, quæ fuerit cauſa ſudoris ſanguinei, quem in horto Olieti orans & in agonia conſtitutus effudit. Sunt Interpretes

Quæ cauſa fuerit ſudoris ſanguinei in horto.

tes qui dicunt ex metu mortis imminentis id accidiſſe: quibus contradicit non ſolùm ardentiſſimum deſiderium, quo mori æſtuabat, ſed etiam Philoſophia naturalis. Metus enim naturaliter ſanguinem ad cor contrahit. Natura ſemper ex prouidentiæ ſupremæ lege ei parti ſuccurrit, quæ magis laborat: ſanguis autem ſemper ad quaſlibet hominis neceſſitates citiſſimè accurrit. Si homo graui aliquo metu corripiatur, vt is qui ad mortis ſupplicium trahitur, extemplò ſanguis aduolat ad cor, quod maximè patitur, & eſt vitæ principium; ideoque faciẽ ſimiliũ & exanguem & pallidam cõſpicimus. Vulneratur quaſi in brachio, & ſtatim adeſt ſanguis. Eſt qui in digito aut pede læditur, & protinus ibi ſanguis. Vnde ſæpiùs mihi eiuſmodi cogitatio occurrit, bonum ac fidelem amicum debere ſanguini ſimilem eſſe, vt etiam non vocatus, confeſtim ad ea quæ amico ſunt neceſſaria accurrat. Videmus etiam, vbi homo pudore ſuffunditur, aut in aliquo periculo verſatur, faciem totam inflammari ac prorsùs rubeſcere: quid ita? quia iſta pars eſt infirma, (vnde aliquis pudorem appellauit frontis infirmitatem) eòque ſanguis ſubitò accurrit, vt iſti infirmitati medeatur. Ecquæ autem cauſa, propter quam in horto Chriſtus ſudore ſanguineo totum corpus & terram aſperſit? an timor ſuppliciorum? an præuiſio tot cruciatuum, blaſphemiarum, ſpinarum, denique ipſius crucis horror? nequaquàm profectò. Quænam ergo fuit cauſa huius ſudoris? nulla videtur alia fuiſſe, quàm verecundia de ſua nuditate: quando enim apprehendit ſe nudum in cruce futurum, pudor non ſolùm in faciem conuocauit ſanguinem, vt fieri ſolet, quin illum etiam ob vehementiam ve-

Amicus fidelis eſt ſimilis ſanguini.

Nuditatis futuræ apprehenſio fuit cauſa ſudoris ſanguinei in horto.

Digitized by Google

recundiæ foras emiſit, & quidem non modò per faciem, ſed & per totum corpus cum magna copia: *Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Ea quippè vehementia verecundiæ fuit, vt ex facie & ex toto corpore exuberantem ſanguinis ſudorem eliceret: & inter alia tormenta hoc vel maximum videtur fuiſſe. Adeò vt verecundia crudeliſſimus Chriſti carnifex poſſit appellari. Carnifices Chriſto infenſiſſimi ex omnibus eius membris ſanguinem eduxerunt: & hoc etiam verecundia potuit. Et verò, vt piè loquar, vbi iam crucifigendus exutus eſt, renouatiſque vulneribus nouus profluxit ſanguis: credo id non tam ex veſtium, quæ corpori adhærebant, detractione factum, quàm ex ſuæ nuditatis aſpectu, verecundiâ totum corpus purpurante, & ſanguinem, qui paucus erat, educente.

Luca 22.

Verecundia fuit carnifex Chriſti.

Seneca verecundiam dicit eſſe maximum hominis ingenui ſupplicium, & ſæpè fieri vt à peccato abſtineat, non defectu voluntatis, ſed pudore deterritus: *Plures pudore quandoque boni à malo prohibiti abſtinent.* Ad diem extremi iudicij oculos mentis veſtræ conuertite: neque erit quod peccatores magis torquebit quàm verecundia ſcelerum ſuorum, vbi præ pudore diras ſibi imprecabuntur, dicentes: *Montes cadite ſuper nos, & colles operite nos.* Quid miſeri, quid agitis? Videte, precor, votorum veſtrorum veſaniam. Montes tam immenſi ſunt, quòd nulli Gigantum humeri eos ferre valeant. Quid vos adigit tantam mali ſtruem imprecari? Reſponderent damnati, grauius nullum eſſe ſupplicium ipſo pudore, multoque leuius eſſe montium ruinâ opprimi, quàm pudoris tormento torqueri. Chriſtum igitur valdè hoc pudore afflictum

Seneca.

In die iudicii nihil ſic vexabit damnatos ſicut pudor.

Luca 23.

ctum fuiſſe quis neget? Si quis ob iacturam ſui honoris erubeſcat, ſi eum immodeſtè pudeat, & grauem in animo propter hoc crucem ſentiat: quomodo afflictus fuit Dominus, cuius ea dignitas eſt, vt maior non poſſit vlla cogitari, is honor, vt ſit Deus? Conqueritur per Dauidem,
Pſal. 68. dem, Pſal. 68. *Operuit confuſio faciem meam*, id eſt, ita me in Caluariæ monte nudum video, vt nihil niſi meamet confuſio me cooperiat. Et Pſal. 43. ſic ait:
Pſal. 43. *Totâ die verecundia mea contrà me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Nullum aliud corporis ipſius velum erat, quàm verecundia, & ſolâ confuſione operiebatur. Quid vult illud *totâ die*? id eſt, totâ vitâ. Chriſtus vitam ſuam *diem* appellauit, ſicut videre eſt apud Ioannem, quando cæco
Ioan. 9. ſanitatem reſtituit: *Me oportet operari donec dies eſt.* Ergò, *totâ die verecundia contrà me eſt*, id eſt, toto vitæ meæ tempore habui vehementem apprehenſionem illius nuditatis, quam in cruce pati debebam. Neque ita eum turbabat ferendorum ſuppliciorum, quàm ſolius pudoris, quem ex ſua nuditate paſſurus erat, memoria.

Denique tam magna fuit Chriſti confuſio, vt nullus planè intellectus capere poſſit, ſed ſolus Deus illam comprehendat, quemadmodum ipſe teſtatur. *Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiã meam*, Pſal. 68. Incomprehenſibilis eſt nuditatis Chriſti grauitas. Pſal. 68.

Pendebat Chriſtus nudus inter duos latrones, magis ex hac nuditate quàm ex aliis ſuppliciis afflictus; omnes eum aſpiciebant, Phariſæi lætabantur, populus blaſphemabat, carnifices conuitiabantur, filiæ Ieruſalem lamentabantur, Magdalena plorabat, orbis totus ingemiſcebat ad tam horribile ſpectaculũ. Chriſtus dixit Patri: *Tu ſcis improperiũ meũ, & confuſionem meã, & reuerentiã meã.* Quaſi diceret: Mundus

hanc verecundiam meam magni æſtimat; ſed tu ſolus ô Pater, ſcis quàm illa magna ſit, & quanto dolore me opprimat. Si Dauid ægrè tulit Legatis ſuis raſam dimidiam partem barbæ & præciſas veſtes eorum medias vſque ad nates, à Rege Ammonitarũ: quàm graue fuit Chriſto, videre ſe omninò nudum? De Legatis dicitur: *Erant viri confuſi turpiter valdè*, 2. Reg. c. 10. ſed ſine comparatione maior hæc fuit Chriſti confuſio. 2. Reg. 10.

CAP. V.

Cur Deus noluerit ſe videri in antiquo teſtamento, ſeq́; & figuras de Chriſto abſconderit: & tamen in cruce nudum ſe omnibus videndum propoſuerit.

MIRVM eſt quomodo Dominus ſibi veſtimenta tolli permiſerit, vt toto corpore nudus videretur, qui ſuam in antiquo teſtamento faciem videri noluerit. Magnam cum Deo familiaritatem habebat Moyſes, quâ fretus petiit faciem eius videre, dicens: *Oſtende mihi gloriam tuam.* Reſpondit Dominus. *Non poteris videre faciem meam. Non videbit me homo, & viuet.* Deindè, Deus tantum ſe abſcondendi ſtudium habebat, vt etiam omnes de Chriſto, quem mittere debebat, figuras operuerit ac texerit. Poſuit virgam & manna, figuras ſacramenti & iuſtitiæ, in arca: arcam texit alis Cherubinorum, in alto collocauit propitiatorium illudque velo templi abſcondit. Et tamen nemini ignotum eſt quàm deſiderent filij faciem patris, magnates Principis ſui vultum intueri. Abſalom, poſtquàm Dauid fraternæ cædis delictum ipſi remiſit, malebat mori, quàm non videre faciem patris ſui: *Obſecro, vt videam faciem Regis; quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me*, 2. Reg. 14. Dauid,

Exod. 33.

Se Deus olim ſemper abſcondit.

Omnes cupiunt videre faciem Regis.

2. Reg. 14.

Digitized by Google

uid, auditâ morte Abſalonis filij ſui, operuit caput ſuum, & ingreſſus eſt domum. Hortatus eſt Ioab vt indè egrederetur, ſeque populo oſtenderet, nè excercitus ſeditionem aliquam commoueret; *Iuro tibi*, aiebat, *per Dominum quòd ſi non exieris, nec vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac*. 2.Reg. 19. Eſther verita nè Rex conſpectum ſuum ei poſthac negaret, quem excandeſcere videbat quòd introiuiſſet non vocata, *corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillam reclinauit caput*, cap. 15. Conſideremus Angelos, quibus ſumma votorum eſt Christi faciem intueri, ita vt numquàm ipſius aſpectu ſatientur. *In quem deſiderant Angeli proſpicere*.

2.Reg. 19. Eſther 15. 1.Pet. 1.

Cur igitur in monte Caluariæ cùm ignominiam maximam patitur, permittit totum corpus nudum videri, qui anteà ne quidem ſuam faciem videri permittebat? Homines lubenter ſe oſtentant quàndo bene ornati ſunt, ac ſummoperè anhelant gloriam ſuam videri. Christus cõtrarium facit. Moyſi nolebat gloriam ſuam oſtendere, iam omnibus oſtendit infamiam ſuam. Quando mulier eſt benè ornata, & exquiſitis coloribus faciem depinxit, ſinit de induſtria velum ſuum à tergo pendêre, atque ab omnibus videri: ſi verò tempore excluſa neque faciem fucare, neque corpus ornare potuerit, totam ſe velo obtegit, & ſic ad templum accedit. Si quæ mulier amica eam videre velit omnibus modis ei reluctabitur, dicetque ſe in ſtatu non eſſe, vt poſſit videri. Sed Christi pulchritudo longè alia eſt: in monte Thabor transfigurauerat ſe, & gloriæ claritatem induerat, *Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*; diu tamen ibi minimè videndum ſe Apoſtolis, & quidem tantùm tribus

Chriſtus mauult videri in opprobriis quàm in gloriâ. Matt. 17.

Digitized by Google

tribus, præbuit. Nam ſtatim adfuit velum nubis, quæ eius aſpectum impediuit, *Nubes lucida obumbrauit eos*, Matth. 17. Nunc autem in monte Caluariæ, quando eſt plenus opprobriis, & vndique vulneribus ac ſanguine deturpatus, ſine velo, ſine veſtitu apparet. Quando Princeps permittit faciem ſuam videri, ſignum eſt miſericordiæ: ita Christus permittens ſe nudum videri benignum ſe ac miſericordem declarauit. Neque abſque myſterio factum eſt, quòd velum templi ruptum fuerit, cùm ipſe eſſet nudus in cruce: omnibus enim per hoc ſignificare voluiſſe non ampliùs eſſe Deum abſconditum, ſicut dixerat Propheta: *Verè tu es Deus abſconditus.* Isaiæ 45. Volebat ſignificare iam figuratum vela eſſe ſublata: in cruce apparere veram arcam, manna, propitiatorium pro delictis noſtris, omnium oculis expoſitum.

Verùm enimuerò cur Moyſes virgam, miraculorum patratricem, & manna, tamquam figuras Chriſti in arca repoſuit, non autem petram, quæ populo ſitienti aquas ſuppeditauerat, cùm ſit etiã expreſſa eius figura, teſte Paulo, *petra autem erat Chriſtus*, 1. Cor. 10. Ratio eſt, quia virga erat figura Chriſti prout iuſtus: aut potens operari miracula: ſicut virga mare diuiſerat, fluuios in ſanguinem mutarat. Manna erat eius figura prout eſt in Sacramento Euchariſtię, vbi velut triumphator glorioſus & tamquam in throno maieſtatis ſuæ ſedet, ideoque in arca voluit has figuras abſcondi. Petra verò erat figura Chriſti flagellati, clauis perfoſſi, vulneribus contuſi, ideoque in arca non fuit abſcondita. Non curat Deus multùm, ſi potentia miraculorum, ſi virga brachij omnipotentis, ſi mannæ gloria ab hominibus videatur: permittit videri lapidem, vnde egreſſa eſt aqua contradictionis;

Cur petra non fuerit in arca, ſicut virga & manna.

Digitized by Google

ctionis; id eſt, permittit ſe videri, cùm audiuntur Iudæorum blaſphemiæ & contradictiones. Chriſtum vt lapidem deſcripſit Zacharias hoc modo: *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, & ecce ego calabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Chriſtus in cruce lapis eſt erectus, ſuper quem ſunt omnium oculi. Quando templum aliquod exſtruitur, ſæpè fit vt magnus aliquis lapis in altum cum machinis eleuetur, & tunc plurimi viatorum ſubſiſtunt ad eius rei ſpectaculum: præcipuè verò, ſi ad ornandum Eccleſiæ frontiſpicium ordinatus ſit. Ecce in crucem eleuatur *lapis angularis* Eccleſiæ, omnes reſpiciunt lapidem, contemplantur ſculpturam eius, id eſt, vulnera, quę profundè ſunt corpori impreſſa, & quibus abſtulit terrę iniquitatem.

Zachar 3.

Rationes aliæ cur Chriſtus fuerit nudus.

Denique, vt finiam, antiquis mos erat, cùm ſibi violentam mortem inferrent, aut morti proximi eſſent, vt veſtes diſſcinderent. Sic fecit Regina, de qua Poëta:

Purpureos moritura manu
diſſcindit amictus.

Chriſtus mortem imminentem aduertens, vt oſtendat ſe libenter mori, non quidem ſibi lacerat veſtes, ſed permittit eas ſibi auferri, & diuidi. Vult deindè nudus eſſe, vt palàm, ſicut olim Marius in Senatu, vulnera oſtendat, quæ pro nobis recepit, quibus Patrem ad miſericordiam prouocet. Et ſanè ad manſuetudinem flexit per iſtiuſmodi verecundiam; dicit enim Apoſtolus: *Et exauditus eſt pro ſuâ reuerentia*, id eſt, verecundia & confuſione; hæc enim eadem ſunt, ſicut patet ex loco quem ſuprà attulimus: *Tu ſcis opprobrium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam.* Quaſi dixiſſet. Exaudi me Pater, ſcis enim quomodo hîc in cruce affligar verecundiâ

Ad Hebr. 5.

Chriſtus propter verecundiam exauditus fuit à Patre.

diâ & confuſione. Exaudiuiſti lacrymas præſepij, ieiunia deſerti, & reliqua opera mea, quæ pro hominum ſalute perfeci: ſed me præcipuè iam exaudias propter verecundiam nuditatis meæ. Recipe me Filium tuum in ſacrificium, puriſſimam carnem Agni mãſuetiſſimi ſuſcipe, quam in hoc altari crucis offero pro mundi ſalute. Dicamus & nos pio affectu: Scis, Domine, opprobrium, confuſionem, & reuerentiam Filij tui, ſcis ſolutionem huius ſummi ſponſoris; recipe, Pater æterne, tam ingentem ſatisfactionem, pretium Dei, hominum redemptionem; tibi offertur non ſacrificium animalium, ſed Filij tui; audi illum pro ſua reuerentia, nobiſque hîc gratiam concede, & poſteà gloriam ſempiternam. Amen.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS

De eleuatione Chriſti Domini in crucem, ſiue crucifixione.

Et poſtquàm venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum. Luc. 23.

CAP. I.

Ex Chriſti crucifixione, poteſt clarè ſpectari admirabilis iuſtitia Dei & miſericordia.

LAVDEM meretur ille quiſquis dixit ſecuros ac bonos ſubditos præmio vel pœnâ fieri: nullus enim tam duræ mentis, tam obſtinatæ improbitatis eſt, quem vel præmia non alliciant, vel pœnarum timor à peccando non deterreat. Propheta Regius præuidens tempus illud, quo Chriſtus naſci debebat, dixit miſericordiam ac veritatem ſibi inuicem obuiaturas, ſeq; mutuo oſculo amplexuras: *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculata ſunt.* Pſalm. 84. Et alio loco vtramque ſimul coniunxit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Pſalm. 100. Decet ſiquidem antè tribunal Regis adeò potentis, & Iudicis adeò iuſti, furcam & gladium conſtitui ad improbos homines caſtigandos; vti præmia atque beneficia ad bonos in optimis actibus confirmandos. Habet ergo Deus, potentiſſimus ille terrarum ac cælorum Monarcha, & præmia, & pœnas: habet theſaurum iræ atque iuſtitiæ, teſtante Paulo,

Deus duos theſauros habet iuſtitiæ & miſericordiæ.

Ad Rom. 2. Paulo, *Theſauriʒas tibi iram*, Iudæum incredulitatis accuſans. Euoluamus Deuteronomium; ibi Deus de peccatis hominum agens, theſauros iuſtitiæ vocat Deuter. 32. ſuos: *Nónne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum.* Vbi manifeſtè patet, eum agere de iuſtitiæ & vltionis theſauris. Quod verò ſpectat ad beneficia, præmia, & miſericordiam, quis negabit Deum etiam habere theſauros multitudine præmiorum abundantiſſimos? Malè iudicantem ſic Ad. Rom. 2. S. Paulus reprehendit: *An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* & ad Epheſ. 2. ſic ait: Ad Epheſ. 2. *Deus, qui diues eſt in miſericordia.* Hodie ambos illos theſauros in vna cruce ſpectandos proponit Eccleſia: nam crux à Chriſto ſanctificata euaſit ſymbolum non modò iuſtitiæ, ſed etiam miſericordiæ.

Magna Dei iuſtitia in Chriſti crucifixione apparet.

Ac primò poteſt in cruce ſpectari diuina iuſtitia. Cùm Chriſtus Deus homo à falſis teſtibus fuiſſet delatus, quòd ſe filium Dei feciſſet, atque tributa Cæſari pendere prohibuiſſet: iudex iniquiſſimus, Iudæis mortem eius importunè expoſtulantibus, infami crucis ſupplicio eum adiudicauit. Hanc ſententiam tamen (licet non quoad modum) Pater æternus approbauit, dum conſenſit vt innocentiſſimus filius diro crucis ſupplicio afficeretur. Imò quemadmodum Iudæis eum Pilatus tradidit, ita etiam tradidit Pater: ſicut enim Ioannes dicit de Pilato, *Tradidit illum vt crucifigeretur*; ſic Paulus Ioan. 19. Apoſtolus de æterno Patre dicere non eſt veritus: *Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* In hoc autem differentia eſt, quòd Pilatus iniuſtè, pater æternus iuſtè tradiderit. Sapientiæ 12. *Cùm ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: eum quoque qui non debet* Ad Rom. 8. Sap. 12.

Digitized by Google

debet puniri, condemnas, & exterum aſtimas à tua virtute. Hic locus magnam difficultatem inuoluit, multorumque torſit ingenia. De Patre æterno intellexit D. Gregorius ſuper lib. 3. Iob cap. 2. *Penſandum eſt*, inquit, *quomodo iuſtus ſit, & omnia iuſtè diſponat, ſi eum, qui non debet puniri, condemnet. Mediator ſiquidem noſter puniri pro ſemetipſo non debuit, quia nullum culpa contagium perpetrauit: ſed ſi ipſe indebitam mortem non ſuſciperet, numquam nos à debita morte liberaret. Pater ergo cùm iuſtus ſit, iuſtum puniens, omnia iuſtè diſponit, quia per hoc cuncta iuſtificat, quod eum, qui ſine peccato eſt, pro peccatoribus damnat; vt eo electa omnia ad culmen iuſtitiæ ſurgerent, quo is, qui eſt ſuper omnia, damna iuſtitiæ noſtræ ſuſtineret.* Ex quibus patet in Chriſti crucifixione apparere iuſtitiam Patris æterni, qui, vt omnia iuſtificaret, iuſtè puniuit iuſtum, qui nullum crimen admiſerat: neç ſolùm ſimpliciter puniuit, ſed etiam turpiſſimo & ignominioſiſſimo mortis genere punire voluit. Quod enim turpius & abiectius ſupplicij genus vmquã extitit, quàm crux? Cicero agens de Gauio ciue Romano in crucem acto, ſic loquitur: *Facinus eſt vincire ciuem Romanum, ſcelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt.* Et in oratione pro Rabirio illud magis exaggerat: *Nomen ipſum crucis abſit non modò à corpore ciuium Romanorum, ſed etiam à cogitatione, oculis & auribus.* Apuleius lib. 1. de Aſino aureo, crucem vocat *damnatam*; Seneca epiſt. 101. *infelix lignum, infelicem ſtipitem*; Cornelius Tacitus *ſeruile ſupplicium*; Lactantius, *ſupplicium homine libero indignum.* Et tamen æternus Pater hoc turpe & infame mortis genus elegit, vt Filium ſuum innocentem propter peccata noſtra iuſtè puniret. Exigebat enim

S. Greg.

Crucifixionem omniũ ſuppliciorum turpiſſimam Chriſtus elegit.

Digitized by Google

enim iuſtitia vti infinitam, ita & condignam pro noſtris offenſis ſatisfactionem: hanc quidem Deus alia honeſtiori morte poterat perſoluere, ſed voluit de rigore iuſtitiæ, atque liberaliter ſatisfacere. Quam pleniſſimā ſatisfactionem perpendens Anſelmus lib. 2. Cur Deus homo, ait: *Quid iuſtius, quàm, cui datur pretium maius omni debito, vt peccatum dimittat illi, qui pro hoc debito offert hoc pretium?* Illam autem Dei iuſtitiam ſummoperè admirabatur beatus noſter Thomas à Villanoua, Archiepiſcopus Valentinus; ſerm. 3. de Natiu. *Exceſſiſti Domine, exceſſiſti omnes iuſtitiæ metas, & dum nimium videri vis iuſtus, plus iuſto factus es iuſtus. Imò ſi dicere auderem, præ nimia iuſtitia (niſi eſſes Deus) dicerem vtique, quia appareres iniuſtus.* Denique numqliam ſic apparuit, nullibi tam clarè diuina iuſtitia oſtenſa eſt, ſicut in cruce. Audi Apoſtolum: *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ.* Chriſtus in cruce propoſitus fuit, ibique vera iuſtitia manifeſtata eſt. Chriſtus in cruce pendens, Deo honorem ablatum reſtituit; vacuas Angelorum ſedes reſtaurauit; pleniſſimam ſuo Patri pro noſtris flagitiis ſatisfactionem perſoluit; diabolo tyrannicam quam vſurpauerat poteſtatem eripuit; ſanctos è limbo extraxit; Matri debitum honorem præſtitit, eamq; Ioanni cōmendauit; denique latroni pœnitenti paradiſum dedit. Quæ omnia partim ad iuſtitiam cōmutatiuam, partim diſtributiuam, partim vindicatiuam pertinere nullus ignorat. Quibus de cauſis verò de cruce dicere poſſimus quod dixit Sapiens: *Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia.*

ANSELMVS.

B. THOM. A VILLANOVA.

Ad Rom. 3.

Sap. 14.

Similiter crux diuinæ eſt miſericordiæ ſymbolū. Vbi enim Chriſtus ſe noſtræ ſalutis amantem, benignū, ac miſericordem magis oſtendit, quàm in cruce? Sanctus Parens Auguſtinus demōſtrat

Magna Dei miſericordia apparet in crucifixione.

Digitized by Google

ſtrat Deũ in ſua natiuitate & aliis operibus ſe miſericordem oſtendiſſe, ſed in crucifixione ad ſummum miſericordię faſtigium perueniſſe, vt altiùs non poſſet aſcendere; tractatu 36. in Ioan. *Creator hominis*, inquit, *homo eſſe dignatus eſt: factus eſt quod fecerat, ne periret quem fecerat. Quid huic miſericordiæ addi poteſt? & tamen addit. Parum fuit ei hominẽ fieri, voluit etiam ab hominibus reprobari. Parum fuit reprobari, parũ etiam occidi; ſed addit mortem crucis. Illâ morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium.* D. Athanaſius Chriſtũ in miſericordię teſtimoniũ crucẽ aſſumpſiſſe aſſerit: *Miſertus eſt ipſe Deus, remedium ad tollendũ errorem intulit, crucem videlicet proferens, diuinæ notitiæ inſtrumentum, omni naturâ potentius*, ſerm. 5. Paraſc. Crux illa, ſiue quando Chriſtus eam geſtauit, ſiue quando ipſi affixus fuit, quid aliud ſignificat quàm ſummum eius erga nos amorem, benignitatem, & charitatem,

S. AVGVST.

D. ATHANASIVS.

quâ tot dolores pro nobis tam patienter tolerauit? Erat ſacroſanctum eius corpus exangue, erat innumeris verberibus dilaceratum; graui crucis pondere opprimebatur, ac ſępè ad terram ſubſidebat; inſultabant ei milites, exſibilabant Iudæi; iuit tamen ad Caluariæ locũ, præcinente etiã præcone eum ad mortẽ duci quia ſeductor, blaſphemus, falſæ doctrinæ aſſertor fuiſſet. Ferebat autẽ has omnes iniurias æquo animo, neque miſericordiæ obliuiſcebatur: quando fœminas cum lamentis eum inſequentes aſpiciens, non tam ſuam mortem, quàm futuram illarum calamitatem miſeratus, dixit: *Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.*

Luc. 23.

At operæpretium eſt ad ipſum ſupplicium venire, & crudelem illam ſcenam oculis ſpectandam exhibere. Dicit Lucas: *Et poſtquam venerunt ad locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum.* Vbi itaque ad Caluariæ

Crucifixionis narratio breuis.

Luca 23. v. 33.

riæ locum peruenit, mox ex capite ſpinea corona detrahitur: cùm enim milites exuere, & tunicam inconſutilem demere non poterant, niſi corona detracta, vt autumant communiter Doctores; quo factum eſt, vt denuò omnes capitis dolores fuerint renouati, iterumque copioſi ſãguinis riui fluxerint. Nudatur itaque & exſpoliatur veſtibus, qui parentum noſtrorum nuditatem texit. Solo ſupinus extenditur: vbi manus dextera corripitur, tamque acriter configitur, vt clauus (qui pollicis craſſitudinem æquabat, tantæque longitudinis erat, vt vltrà crucis ſtipitem non parum protenderetur) partem carnis intrà foramina ſecum comportaret: tum ad ſiniſtram manum itum eſt, quæ cùm non poſſet adduci ad foramen priùs factum, propter neruorum contractionem, brachia vi protracta ſunt, vt foraminibus reſpondetent: eodemque modo ſæuitum eſt in pedes. Extenſus erat vt tympanum: membra, nerui, arteriæ omnes extenſæ vt chordæ. Iterumque ſpinea corona imponitur, teſte B. Brigitta lib. 7. Reuel. cap. 15. *Coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius cùm crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſſimo.* Tum eleuatur in altum, & ipſa cruce in ſcrobem paratam demittitur: ex cuius concuſſione & deſcenſu laxata fuerunt manuum pedumque vulnera, creuitque dirupta carne dolor in immenſum. Nullum membrum cruciatu vacat: non ſolùm in aſſenſum mali alterius attractum, ſed ſuo quodque tormento & dolore afflictum. Quis hæc omnia attentè conſiderans, incredibilem Dei erga homines charitatẽ & miſericordiam non demirabitur? Ipſam miſericordiam antè oculos tuos in cruce pendentem aſpice, Chriſtiane; ita te monet & hortatur Auguſtinus

B. BRIGITTA.

S. AVGVST.

Chriſti crucifixi amor & charitas erga nos.

ſtinus lib. de virgin. *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pretium redimentis. Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint, cogitate: hoc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus affixus eſt in cruce.* Quidam SS. Patres, ad deſignandam Chriſti in cruce extenſi charitatem & miſericordiam cum gallina alas ſuas ſuper pullos pipientes extendenti compararunt: vti & ipſe Chriſtus olim fecerat. Rationem adfert D. Bernardus tract. de Paſſ. cap. 6. *Videamus*, inquit, *quid hoc ſibi velit, quòd Dominus ſe gallinæ magis quàm alteri animali voluit comparari. Vt à SS. Patribus tenetur, ideò factum eſt, vt exprimatur incomparabilis affectus charitatis. Nullum enim animal circà pullos ſuos tantâ compaſſione mouetur, ſicut gallina: fit enim toto corpore hiſpida, voce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris infirma, & vſque ad ſupremum defectum deueniens. Si ergo gallina ita pullis compatitur: quantum putas optimum* IESVM *humano generi fuiſſe compaſſum?*

D. BERN. Chriſtus crucifixus gallinæ comparatur.

Deinde multorum ſententia eſt, crucem ex quatuor generibus arborum fuiſſe confectam, ex cypreſſo, cedro, palma, & oliua; eique ſententiæ ſuffragatur Gloſſa Clementina prima de Trinitate, vbi hoc carmine ſuam, aliorumque de crucis materia ſententiam ſignificat.

Ex quibus lignis crux Chriſti ſit facta.

Ligna Crucis, palma, cedrus, cypreſſus, oliua.

Quid autem per oliuam aliud ſignificatur quàm miſericordia? Sic intellexit D. Bernardus tractat. de paſſione cap. 46. *Oliua verò*, inquit, *arbor oleum effundens, per quam miſericordiæ opera ſignificantur, charitatem ſignificant.* Crucem igitur, diuinæ miſericordiæ inſtrumentum, ſinguli veneremur, colamuſque: *Adeamus*, inquit Paulus, *ad thro-*

D. BERN.

Ad Hebr. 4.

Digitized by Google

gnæ ſignum propoſuit, eſt autem tunica coccinea. & in Bruto: *Vnà cum luce propoſitum fuit Bruti ex caſtris ſignum, punicea tunica.* Hoc autem vexillum, ſiue ſignum, ſemper apud omnes nationes aliquod ſymbolum, ac ſententiam præ ſe tulit. Inprimis Iſraëlitæ, quando Deus eas diuiſit in Tribus, vt ſingularum Tribuum virtus tacitæ æmulationis ſtudio clariùs appareret, certa in ſuis vexillis & propria quædam ſymbola inſcripſerunt. Narrant Hebræi Eleazarum, Rubeni primogenitum, vexillum purpureum habuiſſe, in quo depinxerat caput humanum à corpore reuulſum & cruentatum: vt ſuis oſtenderet, pluris æſtimandam eſſe victoriam, quàm apertiſſimum vitæ periculum. Aliæ Tribus habebant ſymbola ac ſententias ex propriis benedictionibus, quas eis in vltimo vitæ articulo dedit Patriarcha Iacob. Tribus Iuda præferebat in vexillo

Symbola in vexillis Hebræorum qualia?

leonem, cum hac ſententia: *Catulus leonis Iuda.* Zabulon generoſum canem, cum hac epigraphe: *In littore maris.* Iſſachar aſinum fortem, cum hac ſententia: *Requies bona.* Nepthali habebat ceruum, quia illi dictum eſt: *Ceruus emiſſus.* Dan verò colubrum mordentem vngulas equi, cui dictum fuerat: *Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi.* Gad virum quemdam qui ſe diligenter accingebat ad bellum, quia de illo dictum fuerat: *Gad accinctus præliabitur antè eum, & ipſe accingetur retrorſum.* Aſer magnum panem: *Aſer pinguis panis eius.* Ioſeph arcum & ſagittam: *Sedit in forti arcus eius.* Beniamin lupum: *Beniamin lupus rapax.* Romani aquilas ex argento Perſæ ex auro, ſiue Solis imaginem cryſtallo incluſam, aut ſacrum & æternum ignem; Athenienſes noctuam; Thebani ſphyngem; Indi imaginem Herculis; Ægyptij ſi-

Geneſ. c.49. v.9. — *Ibid. v.13.* — *Verſ.15.* — *Verſ.21.* — *Verſ.17.* — *Verſ.19.* — *Verſ.20.* — *Verſ.24.* — Aliarum gentium vexilla & ſymbola. — *Verſ.27.*

mulacra Deorum ſuorum in ſignis ſuis, ſiue vexillis expreſſerunt. Romani quoque imagines Imperatorum ſuorum depictas inter ſigna habuerunt, ſicut refert Euſebius lib. 1. de vita Conſtant. cap. 25. *Erectum haſtile imaginem pij Imperatoris auream pectore tenùs expreſſam, atque vnà filiorum eius habebat*: Tacitus de Veſpaſiano etiam nomina inſcribi iiſdem ſolita indicat: *aſſensère cuncti, & nomen eius ſine mora vexillis inſcripsère*. Nec abludit Seneca Tragicus:

——— Aureâ clarum notâ
Nomen Ducum, vexilla
praſcriptum ferunt.

Ideoque Imperatores, eorumque imagines vocauit Tacitus, *Legionum numina & bellorum Deos*. Hic eamdem vexillis illis reuerentiam & eumdem honorem deferebat quem Imperatoribus, quorum imagines ibi erant ſculptæ, ſeruabanturque in templis apud Deorum effigies. Herodianus lib. 4. *Sacellum, in quo ſigna & imagines exercitûs adorantur*. Quinimò Tertullianus in Apologetico dicit, pluris æſtimata & magis culta fuiſſe vexilla, quàm Deos: *Religio tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, aliis omnibus præponit*. Tanti olim antiqui vexilla, & in eis contentas imagines ac ſymbola fecerunt, quibus ad temporales victorias reportandas vtebantur. Tertull.

Hodie verò memoriam celebramus illius generoſiſſimi ac fortiſſimi Ducis, de quo Iſaias prædixerat quòd leuaret ſignum, quo remotiſſimas mundi nationes ad ſuam militiam traheret, quo *profugos Iſraël congregaret, & diſperſos Iuda colligeret à quatuor plagis terræ*? nam omnes prorſùs mundi nationes in vnitatem fidei per ſignum crucis conuocauit. Sub omni cælo Chriſtus, olim cruci affixus, hodie pro Deo colitur, ſicut prędixerat idem Propheta: *Ipſum gentes deprecabuntur*. Vbi legunt ſeptuaginta; Chriſtus vexillum crucis proponit in monte Caluariæ. Iſa. c. 11. v. 12. Iſaia 11.

Digitized by Google

ginta: *Conſurget, vt princeps ſit gentium.* Dux ſcilicet tam fortis, vt ipſe ſolus aduersùs legiones infernales decertarit, eaſque debellauerit: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non fuit vir mecum,* ait idem cap. 63. Sed in quo loco poſuit ſuum vexillum Chriſtus? Reſpondit Pſalmographus: *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Vniuerſam terram diabolus in ſua poteſtate continebat: ſed ecce poteſtas tenebrarum aufertur, quando in medio terræ vexillum crucis & ſalutis noſtræ inſtrumentum collocatum eſt. Nam Ieruſalem non tantùm Palæſtinæ, ſed & orbis vniuerſi medium eſſe docent viri grauiſſimi; vnde Beda de locis ſanctis ex Victorino Patauienſi dixit:

Iſaia 63.

Pſal. 73.

Crucifixus eſt Chriſtus in medio terræ.

Eſt locus, ex omni medio quem credimus orbe,
Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt.

Hieron. Et Hieronymus illum ſupradictum Dauidis locum explanans ſuper cap. 5. Ezechielis, eam in medio mundi ſitam & terræ vmbilicum eſſe ſic probat: *A parte enim Orientis cingitur plaga, quæ dicitur Aſia, à partibus Occidentis, eius quæ appellatur Europa; à Meridie & Auſtro, Libya & Africa, & à Septentrione, Scythia, Armenia, atque Perſide, & cunctis Ponti montibus. In medio igitur gentium poſita eſt.* Sed omnium pulcherrimè Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem qui vidit etiam Golgotha eſſe centrum terræ, & hîc ſtetiſſe crucem, quod ipſe ſignum appellat, cui nomen victoria:

Tertvll.

Golgôtha locus eſt capitis,
Caluaria quondam
Lingua paterna prior ſic
illum nomine dixit.
Hic medium terræ eſt, hic
eſt victoria ſignum.

Chriſtus ergo, Dux ille fortiſſimus, ſignum ſuum, vexillum victoriæ in medio terræ collocauit, vt ad illud omnes gentes ex qualibet mundi parte confluerent: vt in illud inſcriptum nomen ſuum venerarentur,

Crux, victoriæ vexillum.

tionem audite apud Iob *Iob 41.* Prophetam: *Per gyrum dentium eius formido*; ſunt enim ita diſpoſiti dentes eius acuti, magni, & ſolidi, vt aſpicientibus formidinem & horrorem incutiant. *Ibid. v. 6.* *Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis prementibus, vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas.* Corpus eius robuſtum ac ſolidum ſicut ſcuta ex ære fuſa, propter ſquamas duriſſimas quibus armatur (nam ſub ſimilitudine ceti deſcribitur) atque ita vndequaque tegitur, vt ob maximam earum compreſſionem & connexionem nullum exiſtat foramen aut hiatus per quod aëri ingreſſus pateat. *Ibid. v. 9. & ſeqq.* *Sternutatio eius ſplendor ignis. De ore eius lampades procedunt ſicut tædæ ignis accenſæ. De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.* Et paulò infrà incomparabilem eius fortitudinem ita depingit: *Cùm apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit, nec haſta, nec thorax:* *Verſ. 17.* quippè ſiue gladio, ſiue lanceâ percutiatur, non læditur; quia corpus eius eſt (vt ſuprà dixit) ſicut ſcuta fuſilia. *Reputabit vt paleam ferrum, & quaſi lignum putridum æs:* *Verſ. 18.* excipiet ænea aut ferrea quælibet tela quaſi eſſent ligna putrida, eaque in ventum diſperget vt paleam. *Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ,* *Verſ. 19.* neque vllas curat ſagittas, à quibus lædi non poteſt; nec plus metuit ictus lapidum fundæ quàm ſtipulam. *Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, quia factus eſt vt nullum timeret.* *Verſ. 24.* A ſuo Creatore incomparabilem fortitudinem obtinuit, quâ fretus nullam ampliùs corporalem timet creaturam: neque vlla humana poteſtas eius poteſtati æquiparari poteſt, in quo ſcilicet integra remanſerunt

runt

runt dona omnia naturalia, quibus à Deo in creatione donatus fuit. Hæc omnia ſine dubio deſcribunt diabolum, nam ſequitur: *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Contra tam fortem & horribilem hoſtem opus erat fortiſſimo & præſtantiſſimo Duce, qui non ſolùm homo, ſed etiam Deus eſſet, vt eius fortitudinem plus quàm humanã poſſet contundere, atque ita proſtrato ſpolia detrahere. Talis fuit Chriſtus; ille enim eſt de quo dicitur: *Nomen eius, Accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari.* Ille eſt qui leuato crucis ſigno, exſpoliauit principatus & poteſtates, palàm triumphans illos in ſeipſo. Ille eſt *Electus ex millibus,* ad ſingulare cum diabolo certamen ineundum; qui eſt *candidus & rubicundus,* id eſt, ſimul Deus & homo. Ita enim explicauit Theodoretus, Ambroſius, lib. de virginib. Anaſtaſius lib. de opere ſex dierum. Albus ſiquidem color Diuinitatem, rubicundus humanitatem deſignat. Nullus homo purus ſatis potens erat ad ferociam dæmonis perdomandam: opus fuit homine *electo,* qui vires pluſquàm humanas haberet. Dicitur Saül 1. Reg. 9. *Erat electus & bonus, & non erat vir de Iſraël melior illo. Ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* Ita Chriſtus erat tam electus & bonus, vt nullus eſſet ipſo præſtantior, & alios homines capite ſuperabat, id eſt, diuinitate: nam, *caput Chriſti eſt Deus.* Rectè ergo dicitur *electus ex millibus:* nam quantacumque hominum millia non poterant nobis ſalutem adferre, quam attulit Chriſtus. *Magna infirmitas cunctorum millium, quæ non potuerunt ſuſtentare Ieruſalem, aut apprehendere manum eius,* ita Rupertus ſup. cap. 51. Iſaiæ dicentis de Ieruſalem: *Non eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus filiis quos genuit, & non eſt qui appre-*

Verſ. 25.

Iſaiæ 8.

Cant. 5.

Chriſtus electus ex millibus. *Ibid. v. 10.*

1. Reg. 9.

1. Cor. 11.

RVPERT.

Iſaiæ 51.

Digitized by Google

apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Pari ratione nullus erat ex tot Adami poſteris, qui eius lapſum reſarciret, nullus qui humanam naturam humi iacentem poſſet erigere: ſolus ex tot hominum millibus illam leuare & ſaluare potuit Filius Dei, qui de ſe di-

Iſaia c.63. v.1.

cit: *Ego propugnator ſum ad ſaluandum.* Ille diabolum proſtrauit, opima illi ſpolia detraxit, de illo palàm in cruce triumphauit.

S. Ambroſius.

Idcircò S. Ambroſius orat. de obitu Theodoſ. crucem vocauit *vexillum ſalutis*, *Chriſti triumphum*, *palmam vitæ æternæ*, *remedium immortalitatis.*

Crucis titulus eſt arcus triumphalis Chriſto erectus.

Ad hanc Chriſti victoriã ac triumphum indicandum, ſuper crucem fuit poſitus titulus tamquàm Arcus triumphalis, qui eius bellica facinora ac laudes declararet. Ad quæ appòſitè faciunt verba ſapientiſſimi Archiepiſcopi

Pallæottus.

Pallæotti in explicatione Syndonis cap. 5. *Titulus*, inquit, *Seruatori perbelle poſitus eſt, tanquàm qui de hoſtibus triumphum ductaret: cùm præſertim vetus inoleuiſſet mos, in triumphis arcuatos exſtruere fornices, & in ipſis titulos, nomine patriæ & deuictarum gentium, prænomine triumphantis ad laudem peregregiè inſcripto. Hinc factum eſt, vt iſti (ignorantes tamen quid facerent) ſanctiſſimo cæli terrarũmque Regi, in triumpho quem diuictis diabolo, morte, ac peccato reportauit, crucis arcum erexerint infixo titulo, in quo nomen* IESVS, *Nazarena patria, Regia dignitas, ſubditi quoque Iudæi inſcripti fuère.* Hæc ille.

Digitized by Google

CAP. IV.

Chriſtus erecto ſigno crucis omnes nationes ex quatuor plagis terra collegit, & ad ſui cultum & imitationem extenſis manibus vocauit & traxit.

VIDEAMVS iam quomodo erecto hoc ſigno nationes omnes & profugos Iſraël congregauerit, & diſperſos Iudæ collegerit ex quatuor plagis terræ. Crux veluti ſignum ex arce poſitum erat, vt vniuerſum genus humanum ad nomen ſuum ſacræ militiæ dandum inuitaret. Vis hoc ſignum videre leuatum in omnes nationes, & conuerſum ad quatuor plagas terræ? Chriſtus in Oriente exiſtens faciem ſuam conuerſam habebat ad occaſum; hinc Damaſcenus lib. 4. fidei Orthod. cap. 19. *Cùm Dominus in cruce penderet, ad occaſum perſpiciebat, & propterea ad Orientem adoramus, quaſi faciem eius intuentes.* Vna deinde manus erat extenſa verſus Meridiem, altera verſus Septemtrionem. Ita S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Theorem. Rerum Eccleſ. *Chriſtus cruci affixus, ad Occidentem erat intuens; eius verò venerandarum manuum altera in Meridiem, altera in Septemtrionem erat extenſa.* Sedulius poëta, vt refert Beda in cap. 23. Lucæ, quatuor mundi plagas in cruce ſic colligit: caput Chriſti ſignificabat Orientem, pedes Occidentem, vna manus Meridiem, altera Septemtrionem. Eius carmen hîc appono, quo etiam alludit ad vaticinium Iſaiæ, *Et diſperſos Iudæ colliget à quatuor plagis terra,* ſuprà citatum.

Crux aſpiciebat quatuor plagas terræ.

S. IOAN. DAMASCENVS.

S. GERMANVS.

SEDVLIVS.

Iſa. c. 11. v. 12.

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus Authoris de vertice ſplendet Eous:
Occiduo ſacra lambuntur ſydera plantæ:
Arcton dextra tenet, Medium læua erigit axem.

Ad ipſum verò velut ad ſignum

ſignum ex arce propoſitum populos vndequaque confluxuros, gentes ipſum deprecaturos, idem Iſaias cap. 11. prædixerat: *In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur; & erit ſepulcrum eius glorioſum.* Vbi autem ſtetit *in ſignum populorum*, niſi in cruce: ſub qua tot populi cum ſpe victoriæ ſempiternæ militare debebant? Radix Ieſſe eſt Chriſtus deſcendens ex ſtirpe Ieſſe: Pater futuri ſæculi, princeps qui *leuauit ſignum in nationes*, ad quem illæ, velut ad ſupremum belli Ducem accurrunt, & ſub eius ſignis nullos labores ferre recuſant. Ipſe etiam antequam pateretur, promiſerat ſe omnia tracturum ad ſe, poſtquam fuiſſet exaltatus in crucem: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Ioan. 12. Quaſi diceret: Quando fuero eleuatus in cruce, tunc omnia traham ad mei imitationem & exemplum. Ipſum in Cruce pendentem parumper mecum conſiderate. Ad quid manus habet extenſas, niſi vt homines ex omni parte Orbis ad ſe vocet, trahatque? S. Athanaſius lib. 1. de Incarnat. oſtendit Chriſtum non potuiſſe meliori modo homines ad ſe vocare: *Si mors*, inquit, *Domini, redemptio omnium eſt, eiuſque morte medius paries maceriæ ſoluitur, fitque vocatio gentium; quomodo nos ad ſe inuitaret, niſi crucifixus eſſet? Sola enim in cruce expanſis manibus quis moritur. Idcircò meritò Dominus hanc pati debuit, & manus extendere, vt aliâ Iudæos, aliâ Gentiles attraheret, amboſque in ſeipſo coniungeret.* Non poterat ergo Chriſtus meliori modo ad ſe homines inuitare, vocare, & trahere, quàm extenſis in cruce manibus: *Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.*

Iſaiæ 11.

Chriſtus è cruce omnes ad ſe vocat, & trahit.

Ibid. v. 12.

Ioan. c. 12.

S. Athanasivs.

Cùm verò paſſus ſit nobis relinquens exemplum vt ſequamur veſtigia eius, hac manuum extenſione omnes vocat, quaſi clamans:

Chriſtus extenſione manuum docet quomodo vincere poſſimus diabolum.

mans: Venite, & videte quomodo diabolus vinci à vobis poſſit: extendi manus meas in cruce, ibique de diabolo triumphaui: vos quoque idem agite & victoriam vobis certiſſimam de hoſte infernali ſpondete. Scitis, Moyſe manus ſuas extendente, Amalechitas à Ioſue fuiſſe ſuperatos. Hæc manuum extenſio crucem repræſentabat, teſte D. Gregorio Nazianzeno orat. 19. *Manuum*, ait, *extenſio crucem adumbrans, trophæum ſtatuit, ac multa hominum millia ſuperauit.* Eadem quoque eſt ſententia Theodoreti, quæſt. 34. in Exod. cuius hæc ſunt verba: *Dum extendebat manus Moyſes, præſeferebat typum eius qui crucifixus eſt pro nobis. Declarata eſt igitur ſub illa figura vis ipſius veritatis, quemadmodum enim ſerno manus extendente cecidit Amalec, ita cùm Dominus manus extendiſſet, diſſoluta eſt acies diaboli.* Itaque cùm Chriſtus manus ſuas extendit, tunc vicit diabolum, ſignificauitque eum quoque à nobis vinci poſſe, ſi cum ipſo manus extendere, & cum ipſo crucifigi non renuamus. Hæc docet Tertullianus lib. contra Iudæos cap. 11. vbi quærens, cur Moyſes non orauerit flectendo genua, aut verberãdo pectus, ſed tantùm ſuas manus extendendo, ſic ait: *Moyſes quid vtique tunc tantùm cùm* IESVS (ſiue Ioſue) *aduerſus Amalech præliaretur, extenſis manibus orabat reſidens, quando in rebus tam attonitis, magis vtique genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutatâ orationem commendare debuiſſet? Niſi quia illic vbi nomen* IESV *dimicabat, dimicaturis quandoque aduerſus diabolum crucis habitus quoque erat neceſſarius per quam* IESVS *victoriam eſſet relaturus.* Denique hac manuum extenſione omnes Chriſtianos per quatuor mundi plagas diſperſos admonet, manus noſtras eſſe neceſſarias ad victoriam de inimicis ſpiritualibus referendam. Quomodo enim Moy-

D. Gregor. Nazianz.

Theodoretus.

Bona opera eſſe neceſſaria ad ſuperandũ diabolum.

Moyſes Pharaonem Ægypti Regem, cum curribus & equitibus Iſraëlitas inſequentem ſuperauit, niſi manum extendendo? *Extende manum tuam ſuper mare, & reuertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. Cumq; extendiſſet Moyſes manum contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad primum locum; fugientibúſque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.* Manus ergo ad laborem & bona opera, nos quoque pariter cum Chriſto crucifixo extendamus, ſi victoriam ex infenſiſſimis hoſtibus, & in exitium noſtrum iratis, gloriamque ſempiternã reportare volumus. Sic nos D. Parens Auguſtinus in Pſal. 62. adhortatur: *Leuauit pro nobis Dominus Deus noſter manus in cruce, & extenſa ſunt manus eius pro nobis, vt manus noſtræ extendantur in opera bona. Cùm enim in cruce & noſtram operatus fuerit ſalutem, & peccatum ac diabolum deuicerit; id quidem manuum extenſione fecit: vt noſtras etiam admoneret, & prouocaret, imò & doceret manus, ad prælium ſpirituale; & nos ſectatores redderet bonorum operum.* Chriſtum in cruce homines ad ſe vocaturum & congregaturum, etiam in Canticis Salomon ſignificauerat; vbi inducit Sponſum loquentem hoc modo: *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Crucem deſignat palma, quæ ſymbolum & inſigne victoriæ apud varias nationes olim extitit: quia quantò maius ad eam deprimendam pondus illi ſuperponitur, tantò fortiùs in altum exſurgit. Palmæ (nempè crucis) fructus, ſunt homines, quibus paſſio Chriſti prodeſt ad ſalutem. Igitur quando dicit, *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius*, volo dicere; Aſcendam in crucem, & aſcenſus mei colligam copioſiſſimos fructus; habebo multos filios, vocabo omnes nationes, & colligam populos à quatuor

Exod. 14.

S. P. Avgvstinvs.

Cant 7.

Crux eſt palma: fructus ſunt homines.

plagis terræ; ipſi laborabunt vt ſint mei ſimiles, & eorum vnicuique dici poterit: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* Cant. c. 11. v. 7.

Igitur per hæc verba Iſaiæ, *Leuabit ſignum in nationes, & congregabit perfugos Iſraël, & colliget diſperſos Iudæ à quatuor plagis terræ*, rectè multitudo hominum intelligitur, qui eleuato ſigno crucis, id eſt, poſt Chriſti crucifixionem ex omnibus terræ partibus per virtutem crucis ad ſalutem vocandi, & ad Chriſti cultum & imitationem trahendi erant. Quo etiam modo Dominus per eundem Iſaiam cap. vltimo locutus eſt, dicens per vexillum crucis, ſiue ſignum, omnes nationes ad Dei cognitionem & cultum adducendas: *Ponam*, inquit, *in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare in Africam & Lydiam tendentes ſagittam, in Italiam & Græciam, ad inſulas longè; ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & aſſumam ex eis Sacerdotes & Leuitas, dicit Dominus.*

Iſaia c. 7. v. 12.

Iſaia vlt.

CAP. V.

Rubrum crucis vexillum, & Chriſti crucifixi imaginem in memoria noſtra gerere debemus, vt ex diabolo & peccatis victoriam reportemus.

DIXIMVS ſuprà, ſigna olim apud Romanos coccinea ſiue purpurea fuiſſe & in eis imagines Imperatorum fuiſſe depictas: ſimiliter ſignum, ſiue vexillum crucis fuit coccinei ac purpurei coloris, nempè Chriſti ſanguine purpuratum: vbi non erat depicta imago Chriſti, ſed ipſe Chriſtus verè exiſtebat, vera imago Patris æterni; eiuſque corpus ita ſanguine perfuſum, vt aliud niſi ſanguis nihil videretur, ſicut patet ex S. Brigitta lib. 4. Reuel. cap. 70. ideoq; quaſi rubrâ ac purpureâ veſte indutus apparebat, Crucis vexillum eſt rubrum.

rebat, meritoq; à Spõſa dictus eſt *rubicũdus*. Et Dauid, qui figuram geſſit Saluatoris vt rufus deſcribitur; vbi loco *rufus*, in Hebræo habetur eadem vox quæ eſt in Canticis à Septuaginta tranſlatis, *rubicundus*. Præterea, Adami nomen terram rubram ſignificat, ex qua formatus eſt: ita ſecundus Adam rubro colore depingi debebat. Veſte hac purpureâ indutum mirabatur Iſaias, & interrogando dicebat: *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Edom* in interpretatione nominum Hebraicorum ſic redditur, *rufa, rubens*, aut *ſanguinea*: *Boſra* interpretatur, *in anguſtia*, vel *tribulatione*. Videbat igitur Iſaias Chriſtum in cruce rufum, rubentem, ſanguineum, habentem quaſi veſtem purpuream, quæ tincta fuerat *in anguſtia & tribulatione* Paſſionis. Iſaiæ miranti reſpondit Dominus: *Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum*. Iterum Propheta: *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* Reſpondet: *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis venit*. Quibus omnibus ſignificat maximam ſuam charitatem & feruorem, quo pro nobis paſſus fuit: vel potiùs zelum, quo aduersùs hominum peccata tamquam acerrimos hoſtes pugnauit, de illis vindictam ſumens in ſeipſo, ac triumphans. Vltimũ diem paſſionis vocat *diem vltionis*: quem *in corde habebat*; quia ſtatuerat vltionem de peccatis noſtris in ſeipſo capere, vt nobis redemptionis *annum* promoreretur.

Christus rubicundus in Canticis cur dicatur?

Iſaiæ 63.

HIERON.

Ibid. v. 1.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Charitas Chriſti, & zelus pro nobis patiendi.

Ibid. v. 4.

Itaque

Digitized by Google

Memoria paſſionis Chriſti eſt rubrum vexillũ, & rubra veſtis, quæ reddit homines generoſiòres aduerſùs diabolum.

Itaque rubrum hoc crucis vexillum, Chriſtique crucifixi, ac ſuo ſanguine madentis imaginem in mentibus noſtris ſemper circumferamus, vt animæ noſtræ, viſo tam illuſtri ac verè diuino iſto ſanguine, alacriùs & fortiùs aduerſùs peccata depugnent. Romani, vt ſuprà oſtendimus, pro ſigno pugnæ, ſiue vexillo, vtebantur tunicâ ruſſâ, puniceâ, coccineâ: eâdemq; induebantur ipſi milites, vnde & *ruſſati* dicebantur. Nec modò Romani, ſed etiam aliæ Gentes rubris veſtibus in bello vtebantur. Primùm, pro ſigno, ſiue vexillo. Vnde Plutarchus agens de pugna Antiochi cum Cleomenes ſic ait: *Quieſcere quoſdam iuſſit, donec à Rege ſublata eſſet punicea veſtis ſuper ſariſſam extenſa.* Deindè, pro ornatu quoque ſiue pindumento militari. Sufficiat teſtimonium Xenophontis lib. 6. Pædiæ Cyri, vbi de huius Regis exercitu hæc verba habet: *Vniuerſus exercitus ære fulgurabat, puniceoq; florebat ornatu.* Exercitus quoque Nabuchodonoſoris eodem modo apud Prophetam Nahum deſcribitur: *Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitûs in coccineis.* Tigurina verſio habet, *Viri militares purpurati ſunt.* Porrò ratio, propter quam milites rubris veſtibus, præſertim nobiliores viri, in bello etiam vtantur, hæc eſt: quia ſanguis è vulnere emanans in veſte concolore non admodum apparet; adeòque neque pugnãtium oculos deterret aut animum conſternat, à purpureo veſtis colore velut abſorptus. Et nos Chriſtianos, tanquàm nobiliores milites, decet purpuratos ad bellum procedere, vt generoſiùs aduerſùs diabolum, mundum, & carnem dimicemus; *Sanguis autem Chriſti eſt purpura, qui inficit Sanctorum animas; non ſolùm colore reſplendens, ſed etiam poteſtate.* Magnam nobis dabit veſtis illa purpurea fiduciam,

PLVTARCHVS.

Rubrarum veſtiũ vſus in bello, & quare.

Nahum. 2.

S. AMBR. ſerm 17 in Pſalm 118.

ciam, quia vulnera noſtrorum peccatorum abſorbebit, vti ait Paulus: *Abſorpta eſt mors in victoria.*

1. Cor. 15.

Sicut autem labores in ſpirituali militia tolerandi, ſudor, ac ſanguis etiam noſter effundendus, nos terrere nō debet: ita Chriſti ſanguine tam crudeliter effuſo in hoſtem extimulari atque animari debemus. Nihil autem ita nos aduersùs hoſtem accendit, animatque, quàm ſi iniuriæ acceptæ ſpecies oculis noſtris exhibeatur: tunc enim animus irâ aut dolore protinùs inflammatur. Vbi vidit Iacob cruentam veſtem filij ſui Ioſeph, ſignum & teſtem iniuriæ iam commiſſæ; dolore accenſus eſt quàm maximo, ſicut obſeruauit D. Gregorius Nazianzen. orat. 14. *Cruentam veſtem propoſitam, quaſi filij carnem oſculabatur; eâdem re & dolorem ſuum iugiter incendens & mitigans.*

Gregor. Naz.

Iniuriarum ſpecies oculis obiecta quàm grauis ſit?

Poſtquàm Æneas Turnum ſingulari certamine in terram proſtraſſet, facilè illi peperciſſet, ac mortem Pallanti (Euandri filio) illatam remiſiſſet: ſed ſimul ac vidit cruentum Pallantis baltheum, quo ille indutus erat, irâ ſubitò totus exarſit, & de indigna amici ſui cæde pœnas ſumpſit. Virgilium li. 12. Æneidos hæc pulcherrimè deſcribentem audiamus.

——— *Stetit acer in armis*
Aeneas, voluens oculos,
dextramq́; repreſſit;
Et iam iamq́; magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat; infelix humero quum apparuit ingens
Balthens & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicum inſigne ferebat.
Ille oculis poſtquàm ſaui monumenta doloris,
Exuuiaſq́; hauſit, furiis accenſus, & irâ
Terribilis: Túne hinc ſpoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & pœnam ſcele-

 rato

rato ex ſanguine ſumit.
Hoc dicens, ferrum aduerſo
ſub pectore condit
Feruidus.

Iniuriæ Chriſto factæ nos incitare debent aduerſùs diabolum & peccata.

Tantum poteſt iniuriæ nobis aut amicis illatæ ſpecies oculis exhibita: Intueamur & nos aſſiduè cruentum crucis vexillum, & in animo defigamus omni tempore præſentem Chriſti, ſanguine rubentis, imaginem, quem tot vulneribus, tot iniuriis affecerunt hominum peccata, & ipſe diabolus Iudæorum animos ad tantàm exercendam iniuſtitiam inflammans. Equidem tantarum iniuriarum cauſas fuiſſe ſcelera noſtra clamat Pater æternus: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* (Iſaie 53.) Hic igitur ſanguis animis noſtris obuerſans perpetuò nos monere debet, vt fortiter aduerſùs peccata & diabolum confligamus, vt iniuriam Chriſto illatam in nobis vindicemus, vt omnes vitiorum legiones ab animabus noſtris repellamus: *Obſecro vos*, ait (1. Petr. 2.) S. Petrus, *abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſùs animam.*

Sanguis Chriſti reddit nos tutos & ſaluos.

Sanguineus, ſiue purpureus color, fuit apud Hebræos ſignum ſecuritatis, & ſalutis, ex quo Iſraëlitæ ſuperliminaria & poſtes domorum ſuarum ſanguine agni tinxerunt. Refert S. Epiphanius (S. Epiphanius.) lib. aduerſus hær. cap. 18. Hebræos conſuetudinem habuiſſe, vt ſingulis annis omnes arbores & alia multa illinirent rubricâ, aduerſus incendia, aliaque incommoda: quam ſuperſtitionem ab Aegyptiorum exemplo videntur deſumpſiſſe. Quæ omnia ſignificabant ſecuritatem & ſalutem noſtram in ſanguine Chriſti eſſe ſitam: fuitque (Ioſue 2.) idipſum etiam præfiguratum in funiculo coccineo meretricis Rahab, quem è ſua feneſtra demiſit, vt pereunte ciuitate Iericho ſaluari poſſet. In quem locum Origenes (Origen.): *Sciebat enim quòd nulli eſſet ſalus, niſi in ſanguine Chriſti.* Huc videntur pertinere

Digitized by Google

Cant.4. nere verba ſponſæ, Cant.4. *Sicut vita coccinea labia tua.* Quia enim omnia verba ſponſæ ſunt aſperſa Chriſti ſanguine, omnia ſunt ſponſi charitate inflammata. Quæ explicans S. Bernardus lib. de Paſſ. Dom. cap.31. ſic ait: *Sermo ſemper charitate ardeat, paſſione Agni & ſponſi rubeat, qui ſemper debet eſſe in corde, ſemper in ore, candidus & rubicundus dulcis* Iesvs.

Sermo noſter qualis eſſe debeat.

S.Bern.

Vt manum tandem tollam de hac tabula: Quis eſt igitur qui non amplectatur, qui ſummis laudibus non proſequatur Crucis hodie erectæ, id eſt, vexilli illius præſtantiſſimi in Caluariæ monte collocati, dignitatem? Quis non cenſeat iure dixiſſe D. Nazianzenum, quando orat. 3. aduerſ. Iulian. vexillum crucis, *principatum inter omnia vexilla tenens*, appellauit: in quo ſcilicet Chriſtus eſt, omnium poteſtatum princeps & caput? Gaudeamus, ô Chriſtiani, hodie ſiquidem leuatũ eſt ſignum ſalutis noſtræ: hodie Eccleſia vbique perſonat: *Vexilla Regis prodeunt, fulget crucis myſterium.* Sequamur vexillum Regis noſtri, & ad eius imitationem nos totos componamus. Quis videns cæli terræque Dominum per ſcelera noſtra occiſum, ea non deteſtabitur? Quis intuens Dei Filium terebratum clauis vitiorum noſtrorum, ijs non iraſcetur? Quis vbi ſpectat Chriſtum ſanguine ſuo perfuſum, non relinquet occaſiones quæ illum ita vulnerauerunt? Quis adeò ignauus, quem vexillum erectum, ad bellum cum hoſte infernali gerendum, & immortalitatis præmium comparandum, non animabit? Quis non tollet crucem pœnitentiæ, & per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris accinget ſe, ad peccata ſua perſequenda, ſuperanda, tollenda? Quis iam ieiunare, lacrymari, corpus ſuum caſtigare recuſet? Quæ anima tam mollis & ignaua, quæ

Gregor. Naz.

Paſſio Chriſti docet nos fugere peccata.

Chriſtum ſublato ſalutiferæ crucis vexillo in hoſtes tendentem non ſequatur? Sequamur, ſequamur omnes Redemptorē noſtrum, noſque cum ipſo crucifigamus. Nihil deinceps neque loquamur, neque velimus, neque operemur, vel reſpiremus niſi ſanguinē Chriſti. A cruce remiſſionem peccatorum poſtulemus: hæc ab Origene dicta eſt, *tendicula magni fullonis*: quippe fuit in ea extenſus Chriſtus, qui *lauit nos à peccatis in ſanguine ſuo*, Apoc. 1. Igitur lęti & alacres ad eum accurramus, ſub eius ſignis militemus, aduerſùs diabolum & peccata fortiter & generosè dimicemus: vt præliis aliquot confectis, & paucorum annorum ſtipendiis, poſtmodum palmas æternùm perennaturas, & præmia periculis maiora, felici donati immortalitate, in cælis conſequamur.

ORIGEN. Crux Chriſti lauat peccata.

Apocal.1.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS
De magnitudine dolorum CHRISTI.

Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.
Thren. 1.

CAP. I.

Oſtenditur immenſus Chriſti amor patiendi pro homine peccatore.

CONSIDERATIO tormentorum Chriſti Saluatoris noſtri, & quidem in particulari quæ paſſus eſt in decem vel duodecim horarum decurſu, ab eo tempore quo nefariè captus, vſque dum in cruce exſpirauit (ad quæ expendenda ſeriò nos inuitat Ieremias in perſona Chriſti) ordinatur ad duos præcipuè fines. Primus eſt, vt ineffabilē ipſius amorē cognoſcamus, cuius tantus in eo ardor exſtitit, vt exquiſitiſſima omnium dolorum genera, qui inſtar Cataclyſmi Chriſtum inundarunt, patientiſſimè ſuſtulerit. *Multi Martyres talia paſſi ſunt*, inquit S.P. Auguſtinus in Pſalm. 63. *ſed nihil ſic elucet vt caput Martyrum. Ibi meliùs intuemur quod illi experti ſunt.* Alter, vt videndo immenſos dolores, quos culpæ noſtræ Chriſto inflixerunt (ipſe enim *vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra*) exurgat in cordibus noſtris ſcelerum horror, peccatique ſumma abominatio. Itaque ſi enucleatè intelligere deſideras quantum amorifer IESVS te dilexerit, irretorto mentis erectæ oculo inſpice omnia quæ tui causâ ſuſtinuit: Statera quippe a-

S. AVGVST.

Iſaia 53.

moris, paſſio eſt doloris. Hæc ſi cum attentione debita intuearis, molleſcet ſaxeum pectus, & quantumuis duro peccatorum frigore ſit congelatum

Pſal. 67. v. 3.

caleſcet, fluetque *ſicut cera à facie ignis*, diuini amoris flammâ deſuper irradiante. Quid hoc? Obſtupeſce anima Chriſtiana: *Deus* vox eſt, quæ primo ſonitu ſacrum timorem incutit, *Deus*, inquam, & quidem pretio ſanguinis redimet vermiculum terræ? Grandis amor! Quod ruminans

S. Ignat. Martyr.

Martyr Ignatius, cùm Deum dicere debuiſſet, amorem nominauit. *Meus autem amor crucifixus eſt.*

Signa amoris diuini in nouo teſtamento, cum iis quæ in in veteri lege exhibuit, comparata.

Signa Amoris plurima Deus noſter ſæculis præteritis dedit. Fœderis antiqui paginæ ſatis ſuperque demonſtrant, quàm ardenter populum ſuum amaret: at nullum eſt omninò quod cum iis quæ in Chriſti Paſſione demonſtrauit, in comparationem deuenire poſſit. Illic ſtetit

Ioſue 10.

ſol in medio cæli, *obediente Domino voci hominis*, vt lumen haberent Iſraëlitæ, *donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis*: hîc ſeſe detinet ſol iuſtitiæ Chriſtus, non vt vitam auferat, diſperdatque hoſtes ſuos; ſed vt mundo eum tribuat inimico ſuo, eumque collabentem doloroſus Atlas humero ſuppoſito, & crucis ligno ſuſtineat. Illic aperuit illis ſemitam per mare rubrum, ſtetitque aqua *quaſi murus à dextra* Exod. 14.
eorum, & læua, quo tranſitus pateret in terram promiſſionis: hîc manifeſtat iis viam per diluuium ſanguinis ſui, ruptis virginei corporis fontibus, apertiſque capitis cruenti cataractis; quo perueniant, non in terram *lacte & melle* Exod. 3.
fluentem, ſed æternam cæleſtis paradiſi requiem, interminabili bonorũ omnium poſſeſſione fruituri. Illic percuſſit Ægyptios plagis multis, vt liberaret filios Iſraël: hîc verbera, flagella, ignominiæ, opprobria denſiſſimè pluunt,

non

Digitized by Google

non in ſeruile & alienum, ſed proprium innoxiumque corpus, vt ſui saluentur. Illic percuſſit petram, exiitque ex ea aqua vt populus biberet: hîc è latere ſuo manat fons viuus gratiæ, omniumque chariſmatum fluenta ſcaturiunt, quæ per diuiniſſima ſacramenta, tamquàm alueos, in Eccleſiæ filios ſaluberrimè ſe exonerant. Illîc occidit primogenitos Ægyptiorum in bonum & ſaluationem filiorum adoptiuorum: hîc vitam eripit Filio ſuo amantiſſimo, Filio vnico, naturali, eiuſdem ſecum ſubſtantiæ, maieſtatis, & gloriæ, idque pro redemptione & ſalute vnius mancipij. Vt meritò hîc exclamet Eccleſia: *O mira circà nos tua pietatis dignatio, vt ſeruum redimeres, Filium tradiſti!* Et in ſua ad Epheſios Paulus, fundum in dilectionis abyſſo non inueniens, eructat epithetum; quod primâ fronte audax videtur: *Propter nimiam*, inquit, *charitatem ſuam, quâ dilexit nos.* Vetus & vulgò etiam notum præceptum eſt: *Ne quid nimis.* Virtus enim in medio conſiſtit: moderatione gaudet: inter exceſſum & defectum; inter Nimium, & Parum. Extrema omnia in vitio ſunt. Quid igitur? Apoſtolus Dei opera reprehendet, & in vitio ponet? Nequaquàm. Sed cùm vocem non inueniret quæ Dei erga nos in noua Lege amorem exprimeret, omniaque infrà eius magnitudinē eſſe epitheta videret; ad exceſſum, quàm defectum propiùs accedere maluit: atque ita *nimiam charitatem* appellauit; quam nominando grandem, eximiam, excellentem, immenſam; parùm appoſitè ſe exprimere arbitrabatur.

Dei in nos amor, quomodo *nimius* dicatur ab Apoſtolo?

Ad Epheſ. 2.

Epheſ. 2. v. 4.

Notum eſt quid Medici perſuaſerint Conſtantino Imperatori leprâ infecto; ſanitatem nempè recepturum, ſi in balneo ex infantium ſanguine parato corpus ablueret. Tum verò appa-

apparuerunt ei SS. Apoſtoli Petrus & Paulus, diſſuadentes nè ſalutem propriam tam funeſto vitæ innocentis pretio quæreret. Attendite verba quæ Apoſtoli proferunt: *præcipientes ei, vt ſi ex lepra curari vellet, omitteret impij balnei immanitatem.* Ad maximum licèt ſeruandum Imperatorem, iniquum viſum eſt vt morerentur paruuli: pluris horum vita, quàm illius ſalus æſtimata eſt. Quid igitur miramur, ſi Paulus *nimiam charitatem* appellat, per quam terræ vermiculi, viliſſima mancipia, damnationis iuſtiſſimæ mortiſque rei, in ſanguine Regis & Domini ſui natant? Ipſe innocens, ipſe tantus, ſanguinem ſuum fundit, vt nobis leprâ immundis (in quibus à planta pedis vſque ad verticem non erat ſanitas) mederetur. Illic infimæ ſortis infantuli vitæ Imperatoris impendi prohibentur: hîc pro vita exulantis corruptique mancipij moritur Imperator cæli: *Princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Balneum ſcilicet ex illo conſtituens, longè præſtantius Probaticâ piſcinâ quæ erat Hieroſolymis *quinque porticus habens*: in quam qui prior deſcendiſſet, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Verè igitur, & ſummo iure appellat Apoſtolus *nimiam charitatem.* Apocal. 1. Ioan. 5.

Chriſtus è ſanguine ſuo balneũ parat, ad curandam hominis lepram.

Nam quod nomen tanto amori exprimendo inuenire poſſimus? Omnem humanum morem, omnem menſuram, omnem excedit fidem. Adeòque *Propter nimiam* inquit *charitatem*: non vtilitatem culpare volẽs ipſius actionis (quandoquidem *ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*) ſed illum qui tam ſtupendum balneum inſtituit, culpæ videtur arguere. Verùm non eſt hoc arguere culpæ, ſed manifeſtare incomprehenſam amoris, quo mouebatur, magnitudinem. Contigit D. Paulo quod nobis Hebr. c. 9. v. 12.

Digitized by Google

nobis ſolem intuentibus, quem obſcurum putamus cùm clariſſimus ſit, nimio ſcilicet fulgore eius hebetati. Ita Paulus in Deum, cuius tanta elucet bonitas refundere videtur culpam; nec aliam, quàm quod nimiùm vehementes in nos euibret amoris ſui radios: puros illos quidem, & ignitos; ſed quibus contemplandis oculorum mentis noſtræ non ſufficit infirmitas. Sanctus quidam maximam dæmonis querelam de Deo, eſſe inquit, quòd in hoc facto exuberantiſſimam amoris paſſionem oſtendat, tantum faciendo pro homine, limo terræ. Non miror quòd diabolus Deum quaſi paſſionatum amoris intemperiis agi dicat, ſi Apoſtolus eum vocet, *nimium* Nec iam miror Amorem haberi Regem potentiſſimum, ſuo omnia imperio ſubdentem. Virgilius:

Omne adeò genus in terris hominumq́; ferarumq́;,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq́; volucres,
In furias ignemq́; ruunt:
Amor omnibus idem.

Non, inquam, miror, quando illum hodie de cæli ac terræ Imperatore triumphantem video. Antiquis temporibus antè triumphantem victus hoſtis, oneratus colla catenis gradiebatur, vt non vno in loco docent Plutarchus, & Plinius. Cùm vides Chriſtum funibus arctè vinctum, ſpinis confictum caput, per Solymæ plateas circũduci: an non triumphum Amoris ſpectare videberis? O potens Amor, qui eò vſque deiicis vnigenitum Dei! Quomodo enim huc deueniſſet rerum omnium Dominus, niſi per te? niſi te in cordis ſui arcana admiſiſſet, vt poſtmodum palàm de illo triumphares? Agnoſcit id ipſe Pſalmo 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* vbi, *per legem tuam*, intelligunt tam Græci quàm Latini

Amor in Chriſti cor admiſſus, de illo poſtmodum palàm triumphat.

In Pſal. 39.

Patres, moriendi præceptum: pro verbis verò, *in medio cordis mei*, Hebræa & Græca ſonant, *in medio viſcerum meorum*, ſeu, *intra viſcera mea*, vt vertiſſe Symmachum teſtatur Euſebius in Catena Græca apud Daniel. Barbarum: ad affectus ſcilicet vehementiam exprimendam quo ad patiendum pro homine exardebat. Etenim ea quæ valdè amamus, in viſceribus proprijs condere optamus, inquit Theodoretus. Idemque ad ea verba notauit Baſilius. Vox enim *viſcera*, accommodata eſt ad ſignificandam affectus teneritudinem, ac ſæpiſſimè hoc ſenſu in ſacris litteris vſurpatur.

SYMMACHVS. THEODORETVS. BASILIVS.

Quem non moueat tam delicatus Chriſti amor? cuius magnitudo magis inclareſcit, ſi penſitetur quòd ea paſſus fuerit pro meis veſtriſque peccatis: non pro iuſtis, ſed ſcelere coopertis: non pro amicis, ſed inimicis ferocibus qui Dominum quotidie laceſſimus, ſimiles leopardis, quibus cum bene feceris, peiores fiunt. Quæ adeò magna ſunt, adeò admiranda, adeò ad Chriſtum redamandum vrgentia, vt meritò ſcribat Paulus ad Epheſios: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini mei* IESV *Chriſti, vt det vobis Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris: vt poſſitis comprehendere quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum*: addit deinde: *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatē Chriſti*. Recte quidem, ô Paule, hunc Chriſti amorem, *ſupereminentem ſcientiæ charitatem* appellas. Etenim ſcientiam & captum omnem ſuperat, quod pro ſeruis nocentibus Filius innocens, pro creatura reparanda Creator, tot tormentis & cruciatibus obijcitur. D. Chryſoſtomus ad verba Ioan. 3 *Sic Deus dilexit mundum. Multum*, inquit, *indicat amoris intentionem: multa enim eſt & infinita diſtantia; ſcilicet propter nos homines & propter noſtram ſalutem*

Ad Epheſ. 3. Amoris Chriſti magnitudo omnem intellectum humanum excedit.

S. CHRYSOSTOMVS.

Digitized by Google

tem actus eſt in crucem. Meritò igitur clamat in perſona Chriſti Propheta: *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.* Addam ego ex eiuſdem perſona: *Attendite & videte, ſi eſt amor ſimilis, ſicut amor meus.* Qui tanta ſcilicet pro tantillis patiatur: qui tam magna, tam copioſa, tam vilibus & ingratis beneficia præſtet, ac præſtare etiamnum perſeueret.

Thren. c. 1. v. 12.

Ex Chriſti doloribus cognoſci poteſt peccatorum noſtrorum grauitas.

O anima mea: ſubſiſte ad hoc nouum & inſolitum ſpectaculum. Attende & vide, quanta ſit peccati enormitas, pro quo, vt ex ſolido ſatisfaceret, tanta ac tam indigna Saluator tuus paſſus eſt. Ezechiel in ſpiritu raptus à Deo, vt videret abominationes grandes, idololatriam, iniuſtitias, ſtupra populi ſui, & vniuerſa idola domus Iſraël, audit ab eo: *Leua oculos tuos vt ea videas, & fode parietem templi.* Et tu peccator vt videas ſcelera tua, mitte oculos tuos in perfoſſum huius templi, id eſt, humanitatis Chriſti parietem: inſpice manus, inſpice pedes, inſpice latus, totum denique corpus vulneribus hians: *Leua oculos tuos vt videas ea.* Nullibi meliùs grauitatem ſcelerum tuorum agnoſces: nullibi viuacioribus coloribus ingratitudinem tuam depictam videbis. Attende, & vide: peccatum fuge: Amori, amorem repende.

Ezech. 8.

CAP. II.

Quanta fuerit in Chriſto ſenſuum omnium ad mortem vſque viuacitas, quàm intenſus dolor accreſcens ex furore Patris, amore Filij plura pati volentis, odio peruerſaq. Iudæorum voluntate, cui traditus erat.

REVERA ſolus illemet qui paſſus eſt, ſufficiet ad manifeſtandam doloris huius magnitudinem. Omnis eloquij humani robur, Tullij, Demoſthenis, Hortenſij in vnum collata facundia

Magnitudo dolorum Chriſti, ex eius ſenſibilitate.

cundia, vel minimæ huius parti explicandæ imparem ſeſe fateatur neceſsè eſt. Nos tamen ſi non ſatis pro rei dignitate, aliquid tamen pro noſtra dicemus capacitate. Atque imprimis tamquam certũ ſuppono: quòd in Chriſto Domino noſtro ad vſque extremum luctantis animæ halitum fuit viuaciſſimus omnium membrorum ſenſus. Verum quidem eſt, iſtam eſſe naturam dolorum, ſi intenſi ſint, vt primi ſenſum obtundant, & quaſi mortificent ad ſubſequentẽ dolorem: *Excellẽs ſenſibile*, inquit Philoſophus, *corrumpit ſenſum.* Iſidorus Peluſiota in quadam epiſtola ait: *Qui incurabili furore correpti ſunt, præ doloris magnitudine ſenſum quoque doloris amittũt; eodem paſſu quo dolor graditur, pedetentim ſenſum mortificat.* Grandis cruciatus aut triſtitia hominem emotã quaſi mente hebetat, vt inſenſibilem ad alios dolores relinquat. *Optimam doloris eſſe naturam*, ait Seneca ep. 94. *quòd non poteſt, nec qui extenditur magnus eſſe, nec qui eſt magnus extendi.* Idem epiſt. 78. id ipſum probat his verbis: *Maximi dolores conſiſtunt in macerrimis corporis partibus nerui articuliq́, & quidquid aliud exile eſt, acerrimè ſæuit, cùm in arcto vitia concepit. Sed citò hæ partes obſtupeſcunt, & ipſo dolore ſenſum doloris amittunt.* Duas deinde huius rei rationes adfert: *Siue quia Spiritus naturali prohibitus curſu, & mutatus in peius, vim ſuam, qua viget admonetq́ nos, deperdit: ſiue quia corruptus humor, cùm deſiit habere quò confluat, ipſe ſe elidit & his quæ nimis impleuit, excutit ſenſum.* Vnde tandem concludit: *Nemo poteſt valdè dolere & diu. Sic nos amantiſſima noſtri natura diſpoſuit, vt dolorem aut tolerabilem, aut breuem faceret.*

ISIDORVS PELVSIOTA.

SENECA.

Iam ad Chriſtum veniamus. Cuius dolorum magnitudo ex eo cognoſci poteſt, quod in eo naturæ ſuæ curſum non ſeruauerint; vt ſcilicet qui magni erant, breues

breues eſſent; & ipſa intentione finem ſuum præcipitarent. Namque ille diuinus intenſiſſimuſq; amor, illa immenſa & pugnaciſſima charitas, illud ardens deſiderium, & *morte fortior dilectio*, miraculosè Chriſti humanitatem ſuffulſit; ne tam graues pœnæ, morte, aut ſtupore ſenſibus inducto, citò finirentur: ſed è contra ſemper eum viuidum, integrum, maximeque ſenſibilem conſeruauit. Vnde non paulatim obibat, non membratim vitalem deperdebat ſenſum: non primùm liueſcebant digiti & vngues, nec indè pedes & crura moriebantur, atque ita per alios artus diffuſa tractim mortis veſtigia comparebant. Erāt ſimul pœnę in anima eius inexplicabiles, & dolores in corpore ſummi ac permanentes: & hæc in puncto ſummoque gradu concurrebant, vt intendi extendique magis non poſſent. In humanis hæc malorum natura eſt, vt ſi primum plerumque grauiter conturbet; ſecundum, tertiumque minorem pariat triſtitiam; quartum denique nullam. Primus flagelli ictus corpori illiſus acriter ſentitur, ſecundus tantus non eſt, tertius corpore iam velut aſſueto minoris penditur. In Chriſto Domino noſtro primus omnium inflictus ictus paris cum extremo acerbitatis fuit, & de quinque millibus flagellorum tam vltimum ſenſit quàm primum. Illud ſcilicet ex ſpecula æternitatis præuidens Diuina Bonitas ordinauerat; quo plura tolerando ſuum erga genus humanū amorem clariùs oſtenderet: vt ſcilicet ſanctiſſima eius caro per verberum incuſſionem non ita delaſſaretur, quin voluntas eius, ne caro conciſa difflueret, plura pati deſideraret.

Secunda ratio vnde magnitudinem dolorū Chriſti cognoſcere poſſumus, peti poteſt ex perſona Patris

Magnitudo dolorum Chriſti, expenditur ex Patris æterni ira cōtra genus humanum.

tris æterni. Iratus ſiquidem Pater æternus, ardentiq; indignatione ſuccenſus ob culpas noſtras, ignem vindictæ ſpirabat, iam iamque videbatur eas horrendè caſtigare velle, & vel immiſſo rurſùs orbi diluuio, vel triſulco fulmine & generali incendio expiare; niſi Filius pro nobis intercedens, extentam furibundi Patris manum continuiſſet, atque plenariam pro peccatis humani generis ſatisfactionē in ſe ſuſcepiſſet. Furore igitur ab homine in Filium ſuum tranſlato, tam triſtem, tam lacrymabilem viſu, in corpore animaque Chriſti lanienam fieri permiſit. Expende animi trutinâ, quàm multa horrenda in vno hoc actu concurrant, ad culpas ſcilicet hominum in Chriſto caſtigandas. Primùm, furor qui poteſt eſſe maximus; quoniam cauſa furoris, culpa nempe, ſummo bono è diametro repugnās, eſt maxima. Furor deindè in perſona potentis; quis enim *loquitur potentias Domini* omnia confringentis, *qui montes tangit & fumigant*? Tertiò, furor iam determinatus ad executionem iræ ſuæ. Quantâ inundatione procellam iſtam non effunderet? Pſal. 105. v. 2.

Iam verò magnitudo dolorum Chriſti peti poteſt ex ipſius Filij Dei amore, tam prompti cupidique ad patiendum, vt de eo dictum ſit, *Exultauit vt gigas ad currendam viam*; imò cum paſſione certantis, vincentiſque, & plura quàm paſſus ſit pati volentis. Neque enim ligatus eſt à Patre neceſſitante vinculo, ſed magnæ charitatis imperio: *Oblatus eſt quia ipſe voluit*. Quid autem non faceret? quid non pateretur? quam ſibi tribulationum ſtruem non congereret amoroſus Phœnix, tanto poſthumi fœtus ardore flagrans? Satis hoc certè demonſtrat illa eius ſub finem Paſſionis querela: *Vt quid dereliquiſti me?* Quaſi

Magnitudo dolorum Chriſti expenditur ex ipſius patiendi deſiderio.

Pſal. 18. v. 6.

Iſa. c. 53. v. 7.

Matth. c. 27. v. 46.

Quaſi dicat: Non queror de opprobriis, non de flagellis, ſpinis, rapidoque cruciatuum torrente in me effuſo: non queror quod nudus coram vniuerſo mundo duos inter latrones quaſi terrâ indignus pendeam. Hoc erat quod expetebam; vt ſcilicet noſceret homo quàm immenſo eius ſalutem amore proſequar. *Vt quid* ergo, Pater ſancte, qui huius voti mei conſcius eras, *vt quid dereliquiſti me?* Querebatur pius Dominus vitã ſibi adimi, gemebat vires corpore exſucco langueſcere, quas iam primitùs vigere vellet, & innouari, ſummo deſiderio tactus plura pro homine patiendi. Indè pauca videntur omnia, præ magnitudine ſupereffluentis amoris. Vaticinabatur olim Propheta de quodam: *Saturabitur opprobriis, videbit ſe repletum ignominiis.* Bono hunc hominem ſtomacho præditum eſſe oportet, ingentiſque caloris, qui tam

Matth. 27.

Thren. 3.

auidè opprobria deuoret, vt iis ad ſaturitatem ſe expleat. Quis ille, niſi Chriſtus? cuius ſtomachus amoris igne ſuccenſus, ferrũ, & ferro duriora, ſtrutio-cameli inſtar, digerebat; qui opprobriorum plauſtra pro epulis habebat, ignominias pro bellariis ac dulciario opere æſtimabat, atque iis quaſi ſe ingurgitabat. *Saturabitur opprobriis*: videbit ſe repletum ignominiis. Hanc ſaturitatem comitabatur feruida ſitis: quam vt ſedare poſſit, *de torrente in via bibit.* Contigit Domino quod Iob de peccatoribus adfert, qui *iniquitatem vt aquam bibunt*: ita Chriſtus, inſtar cerui ad fontes aquarum deſiderantis, extremè ſiticuloſus profluuium paſſionis omniumque ærumnarum inſorbuit. Pulchrè ad hanc rem Hieronymus: *Vultis*, inquit, *ſcire quomodo de torrente turbido Dominus biberit? Ipſe dicit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Bibit ergo de torrente

Matth. 23.

Pſal. 109.

Iob c. 15. v. 16.

HIERON.

Matt. c. 26. v. 38.

ſæculi

ſæculi iſtius aquas turbidas, aquas triſtes: bibit abundè, bibit ſine modo (vt ita dicam) & menſura.

Magnitudo dolorum Chriſti expenditur, ex Iudæorũ in illum odio.

Adde his iam malitiam hoſtium, & crudelitatem inauditam, odiumque plus quàm Vatinianum, quo in eum tabeſcebant: deſiderium deindè ſupprimendi nomen eius per ſummam ignominiam & contumeliam. Quæ non intentis ingenij neruis inueniant noua crudelitatis genera, homines odio tam acerbo exaſperati? Quanto furoris incendio arſiſſe putatis gentem adulteram & genimina viperarum (Phariſæos dico) aduersùs Chriſtum, qui errores eorum & hypocriſin in mundo propalabat? qui illorum prolixas orationes, & facies ſuas extenuantium ieiunia, tamquam fictam pietatem publicè increpabat?

Sap. 2. *Circumueniamus*, inquiunt, *iuſtum; quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata Legis. Grauis eſt nobis etiam ad videndum* &c. Auctoritatem & pecuniam, fictâ pietate rudi populo extorquere ſtudebant; illorum autem fraudes detegente Chriſto, quid non contra eum deſignaſſe putatis? Furor ambitione tumidus, fomitem ſubſtruente radice malorum omnium cupiditate, quid non faceret? quid non exequeretur? *Canes multi*, dixit de eis Pſaltes. Psal. 21. Cùm autem inuerecundi ſint canes, quando exaſperati furere inceperint, quid niſi ſæuos & lethales morſus exſpectes? *Tauros pingues*, nominauit eos alibi. Psal. 21. Taurus iratus, quam non vim exerit? in gyrum ſæpè ſe rotat, atque ad ictum parat, tum demiſſo capite cornua inclinans oculos claudit, atque ita periculi ſecurus hoſtem impetit. Euangeliſta ſanctus cùm irriſiones & ignominiam in domo Herodis, flagella & ſpinas in domo Pilati, cruentam alapam, purulentas in faciem

ciem excreationes, totamque paſſionis ſeriem tragicè retuliſſet; adhuc non videbatur ſibi ſatis dixiſſe: ſed vt ſummum ac maximum malorum, in pauca redigeret, addit: IESVM

Matth. 27. *autem flagellatum tradidit voluntati eorum.* Voluntati ſummè crudeli & exaſperatæ; voluntati vindictam ſpiranti; voluntati exultāti in tam luctuoſo ſpectaculo; voluntati, quæ omnis neſcia humanitatis, nullis ſuppliciis, nullâ vindictâ exſaturari poterat; voluntati, quæ, dummodò tollatur è medio Chriſtus, exponit ſe quaſi tabulæ luſoriæ, & vindictæ cæleſti hypothecat, quin & filiorum poſterorumq; omnium vitâ oppignorat. Quid enim volunt aliud illæ voces,

Matth. 27. *Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros?* voluntati denique illorum traditus eſt, quæ, vt ingens ignis modicâ aſperſâ aquâ magis angeſcit & crepitat; ita ſuppliciis ipſis exaſperabatur, & creſcebat. O feritatem inauditam! Si paruis iniuriis & vilipendiis Chriſto illatis acriùs accenderentur, neque extingueretur ignis furoris eorum, fortaſsè non mirarer: ſed quod atrium Pilati inundatum ſanguine (qui de flagellis & ſpinis lacerato membratim corpore, non deſtillabat, ſed vbertim profluebat, fluctu fluctum protrudente) flammam indignationis eorum ſopire non potuerit; non humanum eſt: plus quàm belluinum eſt, plus quàm Sathanicum eſt. Poſtquàm abundè irriſus ab eis eſſet Chriſtus Dominus, fœdè conſputus, excarnificatus, totus dolor, totus vulnus, ita vt non eſſet ei ſpecies neque decor: Præſidi videbatur impoſſibile, vt non miteſcerent Iudæorum corda tam triſti, & miſerando ſpectaculo, vt non extingueretur ignis furoris eorum, à tam copioſo & procelloſo dolorum, & pœnarum imbre. Verùm, tamquàm ſi exi-

Digitized by Google

guum aquæ in ſuccenſam pyram iniectum fuiſſet, magis exardent, & crepſitant: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Ioan. 19.
Tradidit Deus Iob in manus Sathanæ, vt affligeret eum; verumtamẽ animam illius ſeruaret. At ille, licèt eum percuſſerit vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem; mitiùs tamen tractauit, quàm Chriſtum IESVM impij Iudæi, qui ad vltimam ſanguinis guttam eum velut rabidi canes exſorbuerunt; ac morte dein ignominioſiſſimâ è viuorum numero protruſerunt. Quod ſi Sathanæ ipſi Chriſtum iuxtà voluntatis ſuæ arbitrium dediſſet Pilatus excarnificandum, neſcio an ſciuiſſet voluiſſétve crudeliorem in illum carnificinam excogitare. Iunge iam omnia, furorem Patris æterni ſceleribus noſtris grauiſſimè infenſi; amorem Chriſti plura & plura deſiderantis pati; effectus & machinationes voluntatis tam acerbè exaſperatæ: linguam non eſſe reor tam diſertam, quæ dolores Seruatoris noſtri, eloquatur, intellectum qui illos comprehendere valeat.

CAP. III.

Deſcenditur in particulari ad grauiſſimos Chriſti dolores, quos perpeſſus eſt ab ingreſſu in Ieruſalem vſque ad domum Pilati.

IAM nunc ad particularia deuoluamur, non enucleantes minutatim, ſed aceruatim, quantùm fieri poteſt, cumulos dolorum congerentes.

Non mihi ſi linguæ centum
ſint, oraq́; centum,
Immenſos potero verbis æ-
quare dolores.

Tamen (vt appoſitè Magnus Leo ſerm. 11. de paſſ. Domini.) *Ipſa materia ex eo quòd eſt ineffabilis, fandi tribuit facultatem, nec poteſt deficere quod dicitur, dum nunquam poteſt ſatis eſſe quod dicitur. Succumbat ergo humana* S. Leo.

infir-

Digitized by Google

infirmitas gloria Dei, & in explicandis operibus miſericordiæ ſuæ imparem ſe ſemper inueniat. Laboremus ſenſu, hæreamus ingenio, deficiamus eloquio bonum eſt vt nobis parum ſit, quod etiam rectè de Domini maieſtate ſentiamus.

Calamitas præſens creſcit ex prioris vitæ amiſſa felicitate.

Voluit Seruator noſter obfirmato pectore noſtri cauſâ experiri omnia planè dolorum genera, quæ imaginatione poteſt intellectus humanus aſſequi, & multò plura, quæ inſcrutabilia cor humanum capere nequit: quandoquidem maſcula virtute armatus admiſit ruere in ſe extrema vi quaſcumque pœnarum turmas, iuxtà illud Pſalmi, *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Subtili elegantia tractauit hoc doctiſſimus Magiſter Fr. Ludouicus Legionenſis, quem hîc libèter nomino, ne ſuppreſſâ eruditorum laude, aliena ſcrinia compilare videar. Solummodò veſtiam, quod obtulit nobis diues illa felicis ingenij vena. Magis apprehẽditur miſeria dum proſperitati ſuccedit, & ſpecies quædam eſt maioris infelicitatis aliquãdo fuiſſe beatum. Hoc fecit prorumpere Iob, patientiæ licèt exemplar, in ſimiles voces: *Pereat dies in qua natus ſum, dies ille vertatur in tenebras.* &c. Et alibi: *Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt.* Creſcit ſenſus aduerſitatis, propter antiperiſtaſin felicitatis. Cleopatra videns ſe captiuam; vt imminentem ſibi effugeret infamiam, admotis corpori aſpidibus, ſeipſam interemit. Sardanapalus luxuriâ eneruatus, in hoc ſolùm generoſus, exſtructâ pyrâ, ſe diuitiaſq; eadem de cauſa in incendium miſit. Cato Vticenſis, re à Scipione infeliciter geſta, necem ſibi conſciuit. Idem veneno fecit Hannibal: idem ſtricto in ſe ferro Otho Imperator, aliique. Saul prælio victus, poſtquam diu felix fuiſſet: *Arripuit*, inquit Scriptura, *gladium ſuum, & irruit ſuper eum. Ne fortè*, inquiebat,

Pſalm. 87.

LVDOVIC. LEGIONENSIS.

Iob 3.

Iob 6.

1. Reg. 31.

bat, *veniant incircumciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi.* Tantum valet apud homines apprehenſio infelicitatis, dum felicitatem ſubſequitur: *Nihil infelicius quàm ex beato miſer*, ait Orator gentilis. Tiberius, vt refert Dion Nicæus, ſolitus erat inimicis, quos atrociter intendebat punire, ſi magnæ priùs fuiſſent æſtimationis & gloriæ, non præcipitanter vitam eripere, ſed differre mortem, vt ipſis tantò eſſet amarior vita, quantò diutius lenta ſe infelicitate torqueri ſentiebant; tantoque grauior foret pœna, quantò magis mors differebatur. Vnde cùm aliquando cuſtodias recognoſcentem quidam rogaret vt ſupplicium maturaret, reſpondit; *Nondum tibi reconciliatus ſum.* Neque minùs triſtitiæ illud importat, videre ſe miſerum coram iis, qui priùs cognouere felicem, aut etiam coluere.

Chriſtus gloriam contemptui

Iam ad Chriſtum veniamus. Saluator igitur noſter patiendi cupidiſſimus, vt pœnas & dolores ſuos aggrauaret, priùs quàm capi, illudi, flagellari, in crucem agi elegit, felix videri voluit: gloriam contemptui, palmam flagris, triumphum ſupplicio præmiſit. Quàm glorioſâ & magnificâ pompâ Hieroſolymam inuectus fuerit, deſcribit Euangeliſta Mattheus. Voluit autem Chriſtus ea fieri inſtante iam paſſione, vt recens foret & veluti præſens memoria diuini iſtius honoris, ad quem ſpectandum frequentes accurrerunt Iudæi, dicentes: *Hic eſt* IESVS *Propheta à Nazareth Galilææ*: idque in oculis Phariſæorum ſcribarumque indignantium ad feſtiuas puerorum ac populi voces, eius laudes concinentium. Excepit igitur priùs lætas applaudentium voces, *Hoſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini*: paulò pòſt triſtes illas & funeſtas auditurus: *Tolle, tolle, cruci-*

præmittit, triumphum ſupplicio.

Matth. 21.

Ibidem.

Ioan. 19.

Digitized by Google

crucifige, &c. *Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſiſti?* vt inæqualitas & contrarietas, quam hæc cum illis habebant, eius patientis dolores accenderet.. Quid hoc? in iſto ſuccedere infamiam tanto honori, in hoc creſcere infamiam ad doloris augmentum poſt tantam gloriam? Dicit Iſaias,
Iſaia 52. iuxta ſeptuaginta: *Eleuabitur, & ſublimis erit valdè. Quemadmodum ſtupebunt ſuper te multi; ſic inglorius erit inter viros aſpectus tuus, & gloria tua à filiis hominum:* Paucis propheta ignominiam mortis Chriſti expreſſit. Eleuatus primò fuit Chriſtus: doctrinâ & miraculis vbique celebris
Matth. c.9. v.33. euaſerat: *Nunquam talis*, inquiebant, *apparuit in Iſraël*: panes quos ineffabili benedictione multiplicatos diſtribuit, mouerant Iudæorum corda vt in Regem eligere eum meditarentur: ſermonis gratia, vultus decor (ex quo humanitatis & beneuolentiæ radij effulgebant) conuerſationis dulcedo tanta erat, vt traheret mundum poſt ſe, ſicut faſſi ſunt ipſimet inimici. Glorioſum illum viderunt in monte Thabor dilecti diſcipuli. Glorioſum ſeſe exhibuit toti Ieruſalem in anticipato triumpho, in quo tamquam Ioſeph Ægypti præpoſitus, Saluator mundi, & miſſus à Deo in ſalutem gentium cõmuni omnium voce ſalutatus fuit. *Eleuabitur & ſublimis erit valde.* Quantam ergo ſtupenda illius facta admirationem dederunt, & quàm illuſtri priùs gloria inclaruit, tantum eſt vt nunc contemnatur, & vileſcat: priùs mundi ſtupor, nunc omnium peripſema: priùs *ſpecioſus formâ præ filiis hominum*, *Pſal* 44. v. 3.
nunc *nouiſſimus virorum*: primò inuidiæ ſcopus, nunc commiſerationis obiectũ. Eſſe ſine honore & inglorium vbi quiſpiam ignotus eſt, durum fortaſſe, ſed tamen tolerabile eſt: ſed omni honoris gloriæque gradũ deiectum deſpici co-

ram illis, qui paulò antè honoratum & felicem ſuſpexerunt; quàm acerbum animo vulnus infligat, nemo eſt qui effari poſſit niſi expertus. Exurgant, dicantq; nobis Mauricius & Andronicus, Orientis vterque Imperatores: quorũ prior, iuſſu Phocæ tyranni obtruncatis in patris conſpectu filijs, exoculatus, deinde ferro transfoſſus, prolibus incubuit; poſterior, poſt innumera plebis Conſtantinopoleos ludibria, aſino impoſitus, ridiculus eques, caudam pro freno manu tenens, ob omnium ora traductus eſt. Aman honore, quem ſibi deſtinarat, videns affici Mardochæum hoſtem, quantum excanduit. *Feſtinauit*, inquit Scriptura, *in domum ſuam lugens & operto capite.* Sed quid iſtud? Erat adhuc Aman primus de regiis principibus ac tyrannis Aſſueri, nondum in tantum læſus eius honor erat, eò quòd Mardochæum impoſito equo præceſſiſſet,

Eſther 6.

clamando: *Hoc honore condignus eſt, quem Rex voluerit honorare*; & tamen adeò indoluit vt huic contumeliæ ferendæ imparem ſe agnoſceret. Conſidera, quæſo, quiſquis es, atque hoc tecum ſeriò expende: Si heri te vidiſſes ſummo honore exceptum ab omnibus, magnâ ſolemnitate & pompâ per plateas inuectum, ſtipatum frequenti numero felicem te ac beatum deprædicantium; & intrà biduum vertente ſe pauliſper vento fortunæ, captiuum te conſpiceres, fune ad collum alligato in publicum raptari, abominari te omnes, excreari, ſordibus impetere; trahi te vt nebulonem, vt deploratiſſimum ſicarium per eaſdem plateas, per quas heri triumphaſſes; qui tamen innocens nihil rapuiſſes, nullum violentus oppreſſiſſes, nullius fudiſſes ſanguinem, nullius thorum putaſſes eſſe violandum, qualis per Deum immortalem eſſet hîc dolor! eſſétne cuiquam animus

Ibidem.

Digitized by Google

animus tam validus & obfirmatus, qui pati poſſet ſucceſſum adeò diſparem, adeò priori contrarium? Cũ igitur fuerit tam vehemens, tam ſenſibilis dolor in Chriſto; quàm hæc illi dura, quàm acerba extitiſſe putatis? Proponatur gloria paucis abhinc diebus ei tributa, cum præſenti infamiâ; nuperi applauſus, & veneranda in vrbem inductio, cum præſentibus opprobriis & indigniſſima irriſione; voces feſtiuæ Saluatorem, & Filium Dei ſalutantium, cum ignominioſiſſimis maledicæ linguæ contumeliis, quibus illum tamquam malefactorem, populi ſeductorem, Cæſaris, bonorumque omnium hoſtem ac æmulum inſectabantur. Cuius hominis animum his ferendis parem exiſtimatis? Quis iam erit dolor qui Chriſti doloribus compareturè *Attendite*, expendite feriò, *ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Thren. c. 1. v. 12.

Solatio eſſe conſueuit ex hac vita migrantibus, non cernere lacrymas, mœrorem, ſuſpiria eorum quos efflictim amant: nihil enim eſt, quod animum moribundi magis pungat & excruciet. Notat hoc Eccleſiaſticus: *O mors, quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis* &c. Eccli. c. 41. v. 1. Chriſtus Dominus noſter illâ nocte, cui vltimus vitæ mortalis dies ſucceſſit, *ſciens* IESVS (inquit diſcipulus quem diligebat Dominus) *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ioan. 13. Omnes quos præ cæteris amabat, ad ſe vocauit: cum illis cœnauit, de inſtanti morte ſua collocutus eſt. Videbat eorum afflictionem, quòd orphani tam benigno patre eſſent cariturі. Atq; hæc omnia egit, vt ſentiret dolorem quo ipſi pungebantur, atque ad ſuos adiungeret. Quod vt meliùs conſequeretur, qualia verba inſtillauit! quę dedit

Dolor Chriſti diſcipulis ſuis ſupremum vale dicentis.

dedit mandata! quæ eloquia, ſuper mel & fauum dulciora! qualis oſtenſio amoris! commouebantur viſcera eius ſuper filios ſuos, contineri non poterat ebulliens amor, ſed aperto corde totus effundebatur, vt in eius locum dolor intraret. Optimè id nobis explanauit, quamuis paucis, Euangeliſta *Auulſus eſt ab eis.* Non dicit, receſſit, abiit: ſed, *auulſus eſt.* Ita ſeparari à dilectis diſcipulis, fuit auelli animam à corpore. Abſentia námque Matris & diſcipulorum, quos tenerrimè diligebat, ſufficiens erat ex corpore animam violenter extrudere, niſi Deus id ſingulari modo impediiſſet: *Auulſus eſt ab eis.* Annoſa arbor, quæ altas fixit radices, ſi euelli debeat, quàm non ſudatur, quanto labore opus eſt! & adhuc tamen remanent aliquæ ſtirpes, trunco licèt euerſo. Tantorum igitur annorum dilectio, tantus amor, quo tam delicatè Chriſtus Matrem & diſcipulos deperibat: quàm reluctabatur, quam non ſibi vim intulit, quas non moras quæſiuit, quàm difficulter in hunc diſceſſum conſentire potuit! *Auulſus eſt ab eis.* Dens molaris firmè radicatus, iſto quo eruitur tempore quantum homini dolorem cauſat! tremore concutitur, ſenſibus deſtituitur, linquitur animo, in terram labitur tamquam mortuus. At ſi hæc efficit dentis vnius amiſſio: quid erit ſentire iſtam animæ diuulſionem, iis quos amat intimè conglutinatæ & quaſi permixtæ? & quis tantum voluit ſentire, & reapſe ſenſit in hac ſenſibili parte, quantum Chriſtus Seruator noſter? *Auulſus eſt ab eis.* *Attendite* igitur, *& videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus.*

Lucæ 22.

Dirigamus iam, quò ipſe nos Chriſtus deducit, cogitationem in hortum Gethſemani, atque maturè expendamus ſingula. Euênit non rarò vt imaginatione, ſiue viuâ apprehen-

Dolores Chriſti in horto.

prehenſione ignominiæ & grauiſſimi inſtantis periculi, quidam ſubitò incanuerint: alij anhelitu amiſère vitam, & antè mortem metu exſpirarunt. Mortem pati, quàm præſtolari æquius eſt. Abigail, vxor Nabal, cùm indicaſſet viro ſuo verba quæ iratus Dauid profuderat, *emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis.* Mors vno ſæpè inſtanti peragitur: mortis expectatio diu torquet. Hinc Senecæ nobilitata ſententia: *Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam; & miſericordiæ genus eſt occidere*: quia ſcilicet tormentum vltimum, finem ſuum ſecum adfert; quod antecedit tempus, maxima venturi ſupplicij pars eſt. Quod expendens Iob, quamuis malis aſſuetus, clamat tamen: *Si flagellat, occidat ſemel; & non de pœnis innocentium rideat.* In parte felicitatis poſuit Dauid, quod *ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ illorum*: moriebantur ſicut paruuli, leuiſſimo ſcilicet flatu animam exhalantes. Quo facit & Sophoclis dictum: *In malis ineuitabilibus celeritas optima eſt.* Chriſtus verò, vtpotè *vir dolorum*, nullum à celeritate ſolatium aut leuamen petere voluit. Plumbeo greſſu ac tardigradus ad mortem iuit: diu antè animo reuoluere, atque ita plus vice ſimplici illam ferre voluit: *Principatus eius ſuper humerum eius.* Ab ipſis vitæ auſpiciis dolor Chriſtum eſt aggreſſus: vitæ & laboris eodem momento campum Dominus ſortitus eſt, vt in eo tamquam palæſtra ad maiora ſe accingeret inuictus pugil: præludium hoc fuit aduentantis grauioris ærumnæ. Morte verò & paſſione iam inſtante, omnes vires ſuas in fortiſſimam imaginationem intendit in horto, tantaque vehementiâ & animi intentione prçcepit omnia quæ illi ſuperuentura erant

1.Reg.25.

Mortis inſtantis apprehenſio quid poſſit?

Iob 9.

Pſalm.63.

Iſaiæ 9.

maria malorum; vt non vitæ ſolùm tædium, & pauorem, ſed ſudorem inſuper ſanguineum hæc ei meditatio expreſſerit. Sufficiebat ſola illa paſſio ad vitam Chriſto eripiendam: niſi diuinitate fultus ſeruaſſet eam, ad reliquas Tragœdię huius partes, & vt ita dicam, in quintum vſque actum. Metus ſibi æmulam habet ſpem: vterque de vno eodemque ſubiecto duellant, velut æſtus & frigus: nam metus quid ſpei admixtum ſemper habet, & cum oppoſiti formidine ſubſiſtit, vt aiunt Philoſophi. Sed ſicut calor, qui frigus omne excutit, magnus eſſe debet: ita metus ingens eſt, qui nullam admittit ſpem. Quamdiu adhuc inerat Chriſto timoris & ſpei mixtio, quamdiu timor eius ſpe quâdam fulciebatur; ſtabat velut in gradu eius anima; reſpirabat quaſi euentu ancipiti diſtracta. Verùm vbi taliter exhauriebatur ſpes, vt ſolus iam metus de eo triumpharet, totus attonitus, exanimis penè factus eſt, *Procidit in faciem ſuam.* Quid enim poterat ſperare deſolatus Iesvs, qui iam certiſſimò præſciebat quòd breuì in ferociſſimorum manus erat lapſurus? Metus quidam eſt, quem ex S. Damaſceno refert Doctor Angelicus, & dicitur *agonia:* timor ille planè magnus eſt, quo timentur futura, quibus nulla prouidentia aut præcautio poſſit occurrere; adeoque omnem ſpem præcludit. Atque hoc verbum elegit S. Lucas qui metum Chriſti exprimeret: *Factus in agonia, prolixiùs orabat.* Subiungit deindè huius timoris effectus, ex quibus eius magnitudinem agnoſcere poſſis: *Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Quis vnquam ſimile legit, vel fando audiuit? Balthaſar temulentus videns quaſi manum hominis ſcribentis in ſuperficie parietis, vt aiunt ſacræ

Sudor Chriſti ſanguineus.

Mortis metus in Chriſto, nullâ ſpe leuiebatur.

Matth. 26.

S. Thom.

Luca 22.

Ibid. v. 44.

Daniel. c. 5. v. 9. ſacræ litteræ, *conturbatus eſt, & vultus illius immutatus*; verùm ſanguinem ſudaſſe non legimus. Vti nec Heli ſacerdotem, quamuis ei per Samuelem minitatus eſſet Dominus in hæc verba: 1. Reg 3. *Ecce ego facio verbum in Iſraël, quod quicumq́; audierit, tinnient ambæ aures eius.*

Chriſti amor in pœnas ſuas ingenioſus. Sed neque hoc dolore Chriſti amor contentus fuit, ſemper in pœnas ſuas ingenioſus. Permiſit reluctantem ſenſum deſiderare vehementiſſimè, quod tamen non erat obtenturus: vt tam ex rei concupitæ negatione, quàm ex contemptis veluti precibus ſuis, nouos in ſe dolores congereret. Hi qui diligunt, grauiùs morte æſtimant celeriter dilecto non poſſe potiri. Huic conforme loquitur Chryſoſtomus: S. CHRYSOSTOMVS. *Si non viuendum ſibi eſſe ampliùs putant hi, qui mulierum amoribus exulcerati ab ijs contemni ſe animaduerterunt; quæ res amatoribus ægritudinem adfert intolerabilem*, &c. Neque leue eſt toleratu, non obtinere quod humili prece atque afflictim ambiueris. Vnde philoſophus quidam eleëmoſynam à ſtatuis petens, rogatus cur iſtud faceret? reſpondit, Vt exerceam patientiam in petendo, & non obtinendo. Iob inter dolores quoque ſuos id ſignatè numerandum dixit: *Clamo, & non exaudis me, & non reſpicis me*, Iob 30. id eſt, deſpicis, contemnis. Deſiderauit Chriſtus eximi tam acerba paſſione, petiuit idem à Patre ardenter, *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*; Matth. 26. tolle à Filio tuo tam probroſum dedecus, mortem tam diram & ignominioſam. Vide quàm blandè oret: *Pater mi*, deinde quàm diſcretè: *Si poſſibile eſt.* quàm denique inſtanter. *Et orauit tertiò eumdem ſermonem dicens.* Ibid. 24. Sed exauditus non eſt. Quem amicum credebat patrem, ſibi inimicum ſenſit, & aures obturantem ad validos gnati clamores, nihil remittendo, nihil diminuendo de Filij doloribus.

Deſiderium eius, quem omnes deſiderant reſpuitur, reiicitur à Patre Filius, olim tam dilectus; vt meritò dicere potuerit cum ſancto Iob: *Mutatus es mihi in crudelem, & duritiâ manus tuæ aduerſaris mihi. Scio quod morti trades me.*

Iob 30.

Hortus Getzemani Chriſto fuit ſeges dolorum.

Ad alios nunc dolores abeamus, quorum vberem ex hoc horto meſſem Chriſtus collegit, vt verè de illo dicere potuerit: *Meſſui myrrham meam.* Non leuis eſt animi crux, quæ ex amicorum infidelitate percipitur. Venit Chriſtus ad diſcipulos ſuos, *& inuenit eos dormientes*, de Magiſtri ſcilicet ſui periculo ſecuros. In cœna diu ſatis deſederant; in horto, in tempore tentationis & aduerſitatis, vnâ horâ cum Magiſtro ſuo vigilare non poſſunt. Sed hoc fortaſſis tolerabile erat, & facilè id omne eis pius IESVS, Magiſter dulcis condonet: *Erant enim oculi eorum grauati.* Illud erat planè indignum, & inauditi ſceleris exemplum, à diſcipulorum vno hoſtibus ſuis tradi optimum Magiſtrum. Quid Chriſto fuiſſe animi putatis, cùm ſe ab eo non ſolùm traditum vidit, ſed etiam armatorum illam militum ac ſatellitum colluuiem, fuſtibus ac funibus inſtructam ad ſe capiendum adduci: *Tamquam ad latronem.* Intolerabile cenſeat Nobilium vltimus, ſi lictor aut ſatelles eum vel manu attigerit. Hic non vilis quiſpiam ſatelles aut miniſter, ſed bipedum quadrupedumq; omnium nequiſſimi Iudæi, gens quâ nulla infamior, non ſolùm manus iniiciunt in Chriſtum Domini, ſed vt latronem arripiunt, vinclis onerant, catenis ſtringunt, ducunt, trahunt, quo neque cælum, neque terra nobiliorem genuit. O rem indignam, & nullo non ſupplicio vindicandam! *Tamquam ad latronem.* Latro ego ait Chriſtus, qui viſum dedi cæcis, ſurdis auditum, greſſum claudis, ſalu-

Cant. c. 5. v. 1.

Matth. 26.

Ibidem.

Ibidem. Durum Chriſto pro latrone haberi.

Digitized by Google

ſalutem infirmis, vitam mortuis? Ego latro? qui tranſij benefaciendo & ſanando omnes? qui omnium languores & infirmitates portaui? Egon' latro? Si Adamum, qui fructum paradiſi ſuffuratus, ſe poſteroſque omnes in ruinam præcipites traxit, pro latrone haberetis, nihil fortaſſe indignum faceretis: ſed ego qui non ſolùm neminem defraudaui, ſed memetipſum exinaniui vt alijs benè eſſet, pro latrone ducor, ac vinculis oneror? Rectè quidem iſta, ô Domine. Sed audi parumper. Factum eſt furtum: venit, iuſtitia & ſatellitum cohors: non inuenit latronem, & inuenit te in horto, vbi furtum eſt commiſſum. Hinc eſt quòd tibi manus iniiciunt, & pro latrone habent. Nunc animis opus, ô Domine, nunc pectore firmo. Alia enim ac multò indigniora ferenda ſuperſunt. Etiam latrone Barrabâ deterior iudicaberis: inter duos latrones medius ſuſpendêris, tamquam malefactorum omnium nequiſſimus.

Sed noua iterum ſe offert doloris materia. Non fuit lætior dies perfidæ genti, quàm quâ captiuum videtunt Chriſtum, & ignominiis oppletum. Non poteſt verò generoſis animis magis durum & pœnoſum quippiam obuenire, quàm videre inimicum malo ſuo exultantem grauius hoc eſt inflicto dolore: *Lætificaſti omnes inimicos eius.* Adde his hypocriſin Phariſæorum, qui inueteratum in Chriſtum odium pallio iuſtitiæ & zeli pro Dei lege obtegentes, vera ſcelera à ſe amouent; falſis & confictis ipſam innocentiam onerant, vt vitæ datorem, mortis reum ſi poſſint (& poterunt certè) peragant. Nam quod illud precor iudicium? Iudex metu perterritus, & Cæſaris gratiam aucupans: actor inſana plebs, Scribarum furiis animata: corrupti ac falſi

Dolor Chriſti auctus ex gaudio inimicorum.

Pſalm. 88.

teſtes: reus ab omni patrocinio deſertus. Non habet infelix IESVS, cuius opem imploret, Apoſtoli metu diffugêre: Petrus qui redierat, in ipſo iudicis atrio
Thren.c.1. v.12. negare non erubeſcit. *Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus* (de tot hominum millibus quos creaui, conſeruaui, nunc redemptum venio) *non eſt vir mecum.*

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS
De Titulo Crucis.

Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem, Erat autem ſcriptum: IESVS *Nazarenus, Rex Iudæorum.* Ioan. 19.

CAP. I.

Veritas, & innocentia, quibuſcumque machinis eam ſubdoli adoriantur, in fine tamen ſuſtollit ſe, & glorioſè inclareſcit.

POTSREMÒ tandē victrix triumphat innocentia: & quò magis conatur ſepelire illam malitiæ plena hominum calumnia, fortiùs inualeſcit, palmæ inſtar, aduerſùs pondus, gloriâ pertinaci exurgens. Premi poteſt Veritas, opprimi non poteſt: Spei Chriſtianæ ſcopus, pignus verborum ac promiſſionum Dei, conſtantiæ Ægis, robur cordium illorum qui ſine culpa patiuntur, portus denique vbi tutò requieſcit ſplendor innocentiæ. Illa tandem, mendacia eſſe hominum iudicia demonſtrat, vnica fraudium diſſipatrix, nubium fugatrix humanam vitam caligine ſuâ inuoluentium: *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Solamen in perſecutionum oceano, quod inter tempeſtatum furores, velut cynoſura tranquillitatis prodroma, lucens, animat eum qui cum fluctibus luctatur. Stridant inuidorum procellæ, inſonent mendaciorum turbines,

Veritatis elogia.

1. Cor. 4.

bines, perſecutionum fluctus nauem flagellent: noli tamen deſperare, clauum tantùm rectum tene. *Multorum improbitate*, dicit Tullius, *depreſſa veritas, & innocentia defenſio interclusa, reſpirat.* Nihil aliud ferox intendit calumnia, quàm ſupprimere innocentiam, defenſionis aditu obſtructo: verùm aliquando reſpirat, & dum mortua creditur, ſuo ſe obuolucro excutiens, animoſa graditur, atque omnium oculos perſtringit.

TVLLIVS.

Veritatem etiam inanima defendunt.

Scutum Achillis, cùm ſuper eo Aiax & Vlyſſes certarent, non Aiaci (cui debebatur, vt fortiori) ſed Vlyſſi, ſtulti Græci, & eius loquacitate, ſiue (vt ipſi exiſtimabant) eloquentiâ permoti, adiudicarunt. Iniuriæ impatiens Aiax mortem ſibi conſciſcit: eius cadauer tumulo in littore maris conſtituto inſertur. Nauigat in patriam Vlyſſes, ac naufragium facit. Natant pelago nautarum ac vectorum arma; atque inter illa ſcutum Achillis: quod ipſi fluctus, velut Aiaci patrocinantes, ſublatum rectà ad littus propellunt, atque in eius tumulo defigunt: quaſi plangentibus vndis hoc ei epitaphium accinerent:

Viciſti Telamoniade: tu dignior, armis
Affectus. Fas eſt credere iuſtitiæ.

Quamuis confoſſus iaceas, leuis iam vmbra, & frigida cinis; verumtamen dignum eſt vt ſciatur pro te militare iuſtitiam: quam ſi prætendant obſcurare homines; exſurgent fluctus gloriæ tuæ vindices: & licèt inanimes, colliſione mutuâ gloriam tuam deprædicabunt. In ſacrificiis antiquitùs Saturno oblatis, teſte Plutarcho in quæſtionibus Romanis, ſacrificans erat diſcooperto capite, cùm in omnibus aliis caput tegeret. Quo ritu ſignificabatur, quòd *veritati nihil opertum, nihil occultum: nam veritatis patrem Romani Saturnum eſſe cenſent.*

PLVTARCHVS.

Veritatem eruit Tempus.

cenſent. Explicatio hæc eſt: Saturnũ appellabant Tempus, vt refert citatus Author quæſt. 12. Veritatem autem eruit *Tempus*, atque innocentiam diu oppreſſam ac tenebris damnatam, tandem in clariſſimam lucem educit. Triumphet falſitas quantum volet, tandem aliquando detractâ laruâ confundetur. Prematur veritas quantum voles, tandem aliquando emerget, & velut ſol exoriens omnes mendaciorum tenebras depellet.

Pulchra ſunt verba Theodori Antiocheni: *Veritas medium ſemper obtinet locum, in neutram deflectens partem; quare ſtabilis perſeuerat, vndequaq́.* Paulò pòſt ſubiungit: *Quidquid enim per inſidias tentat veritatem opprimere, propiùs id omne exhaurit.* De plumis aquilæ referunt Phyſici, prȩualere eas ſuper omnes, & alias omnes ſibi adiunctas conſumere. Aquila autem eſt auis Soli amica, ideò illum irreflexâ acie illæſa intuetur: quid mirum quòd inferiorum auium ſuperet plumas? Leuiora plumis ſunt falſa veritati aſperſa: illa omnia frangit, aut temporis lapſu conſumit Veritas, filia ſolis æterni, qui eſt Deus. Quidam locus Iob meo iudicio bellè verbis noſtris ſuffragatur: *Lucebit poſt eum*, ſcilicet Leuiathan, *ſemita, & æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem*. Iuxtà communem Sanctorum interpretationem, per *Leuiathan* intelligit Iob inimicum homini Sathanam, eumq́ue ſæpè cæto ſiue draconi marino comparat. Dicit ergo: *Lucebit poſt eum ſemita*, ſumens metaphoram ab immanibus cetis, qui mare caudâ flagellando ſpumas poſt ſe excitant, ſemitæ albeſcentis ſpeciem ingerentes. Inſuper ex ceti adipe naturalis emicat ſplendor, per quem à longè cognoſcitur fretum perambulare, & ſic de dæmone inquit Iob, *Lucebit poſt eum ſemita*. Lúxne erit cum dæmone,

Veritas tandem de fraudibus & mendaciis triumphat.

Iob 41.

Digitized by Google

lucis omnis oſor eſt ita ſanè. Quamuis enim ſit pater mendacij, veritatem tamẽ ſepelire nequit: quamuis princeps tenebrarum, eam non poterit obfuſcare, *quia lucebit poſt eum ſemita.* Quoſcumq; tortuoſus coluber gyros circumagitet, reſplendebit poſt eum veritatis ſemita: deſtructiſq; machinationum & vaſtitiei mendaciis, lucis ſuæ radios innocentia diffundet. Deus illam opprimi non ſinet. Quamuis caſta
Daniel, 13. & nobilis Suſanna, funeſtâ pompâ ducatur ad mortem, adulterini concubitûs incuſata; licèt populus in eam lapidum imbres præparet; maritus, parentes, filij, & vniuerſi cognati triſtes & atrati luctui indulgeant: licèt impudici presbyteri, poſitis ſuper caput eius manibus, credente iis multitudine, in eam mortis ſententiam vibrent; non cadit tamen innocentia. Suſcitat Dominus ſpiritum pueri Danielis: qui ſolus ſufficit ad detegendas ac deſtruendas duorum veteratorum fraudes. Illorum falſitas nudatur ac caſtigatur: Suſannæ innocentia honorifico teſtimonio comprobatur. Rex Aſſuerus, in- *Eſther* 8.
citante eum Aman, Mardochæi, omniumque Iudæorum hoſte maximo, pronuntiarat ſententiam mortis aduerſùs gentem Hebræorum. Obſignatæ erant litteræ annulo regio; miſſæ ad omnes Satrapas, & Iudices Prouinciarum; occluſus videtur omnis miſericordiæ aditus. Et ecce Rex, inſomnem fortè ducens noctem, priorum ſibi temporum hiſtorias & annales afferri iuſſit; legiturque inter alia, Mardochæum, ſcelus Eunuchorum Regis vitæ inſidiantium detexiſſe: neque quidquam ea pro fidelitate retuliſſe honoris præmij. Cùm noctu vertitur rei ſcena. Nam manè facto iubetur calumniator Aman Mardochæum regio ornatu equitantem pedes

præ-

præcedere, ac tandem è patibulo ſuſpendi, quod Iudæo parauerat. *Victrix innocentia*: reſpirat oppreſſa, & ad ſolium honoris euecta triumphat, in opprobrium & ruinam inuidioſæ malitiæ.

Chriſti innocentiam Iudæi fruſtrà opprimere conantur.

Atque vt tandem, quò hæc omnia tendunt, deueniamus; quot non mendacia, quot ſubdolæ technæ, quot fraudulentæ inuentiones, quot maleuola commenta coniurarunt collatis copiis & conſiliis, ad opprimendam, ſuffocandam, pedibus obterendam Chriſti innocentiam? quot non fremuerunt gentes, & exacuerunt tamquam gladium linguas ſuas? quæ non meditati ſunt populi, vt morti iuſtum traderent, quaſi indignum lucis vſurâ, dignum morte turpiſſimâ: *Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersùs Dominum, & aduersùs Chriſtum eius.* Sed concidit tamen malè fundata nequitia: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio; meditati ſunt inania. Diſperſit in ventos omnia eorum conſilia Veritatis protector Deus, imò in ipſos conuertit. Prodidit ſe ipſam malitia: contra ſe pugnat. Coronatur victrix innocentia: *Hic eſt* IESVS *Rex Iudæorum.* Illuſtriorem quàm ſibi tribuebat titulum, ab ipſa malitia impetrauit. O cæca falſitatis conſilia! ſeipſam improbitatis arguit: ſuo ſe ſcripto damnat: & quam ream facere cogitabat innocentiam, ab omni ſuſpicione & contradictione liberat.

Pſal. 2.

Lucæ 23. v. 38.

CAP. XL.

Quid mouerit Pilatum vt ſcriberet hunc titulũ, regia Christi dignitatis teſtem? Quàm differant Dei hominumq́; conſilia: illa pernicioſa, hæc optima atque admirãda: etiam ex malo bonum, in dæmonum, ſatellitúmque eius confuſionem elicientia.

NOn ſubtrahamus pio labori quicquam, paucis multa conemur. Scio viſum Chryſoſtomo, crucis Chriſti titulum non more vſitato per Pilatum cruci ſuperimpoſitum, nec huiuſce rei conſuetudinem vſpiam viguiſſe, quam ſequeretur aliàs iniquus, hic verò æquus Iudex. Quæ eius opinio in eo fundari videtur, quòd latronibus cum eo crucifixis nullus fuerit titulus erectus. Cauſam non examino. Verumtamen à vero non abſimile eſt, & illos habuiſſe titulum ſuum: quamuis Euangeliſta grauioribus intentus id ſubticeat. Certum eſt quòd cauſa hominis ad mortem damnati publicabatur olim, vel per præconem vt modò fit, vel ſcripto ſiue tabella palàm omnibus expoſita. Primum conſtat ex Lampridio in vita Alexandri Seueri, fumo iubentis adimi vitam impoſtori, inclamante præçone: *Fumo punitur, qui fumum vendidit*, & illud Horatij:

Sectus flagellis hic Triumuiralibus
Præconis ad faſtidium.

Damnatis olim titulus additus qui mortis cauſam exprimeret.

Et in decretis ſuis Imperatores Seuerus & Antoninus iubent *eum qui per genium Principis peieraſſet fuſtibus caſtigandum demitti, & ita eum ſuperdici: Temere ne iura.* Alterum patet ex Suetonio in vita Domitiani: *Canibus obiecit quemdam cum hoc titulo: Impiè locutus Parmularius.* Et conformiùs intento noſtro Dion, loquens de quodam mancipio, cui affixo cruci herus appoſuit *litteras, cauſam necis eius manifeſtantes.* Multa id genus con-

congeſſit doctus Gretherus, curioſo lectori abundè ſatisfacturus.

Quæ causa mouerit Pilatum, vt talem titulum cruci Christi imponeret?

Quæ verò cauſa Pilatum mouerit vt iſtiuſmodi conciperet titulum, inter omnes non conuenit. Ego quidem ita exiſtimo. Nō fuiſſe eum adductum amore iuſtitiæ, aut boni ſpiritus inſpiratione; quæ quorumdam eſt opinio: ſed vt colorem daret iniquæ ſententiæ, quam contra Chriſtum (conſcientia licet reluctante) protulerat. Monuerat eum vxor: *Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum.* Quin & ipſe Pilatus quærit à Iudæis quid mali fecerit? Videns inſuper nihil ſe proficere tumultu ingraueſcente, palàm Chriſti innocentiam fatetur: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius*; nihil inueniens cauſæ, quæ reum morti addiceret. Quod aduertentes Iudæi, nè Pilatus Chriſtum abſolueret, Cæſaris nomine terrendum cenſent: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* Territus impio clamore Præſes, tradidit eis IESVM vt crucifigeretur, hoc quaſi facto, Cæſaris imperio & maieſtati conſulens. Non igitur damnat Pilatus Chriſtum vt furem, vt ſicarium, aut raptorem: ſed tamquam hominem qui ſeditionem concitaſſet in populo, faciens ſe Regem, iuxta Romanas leges iuſſit rebellem crucifigi. Tales enim (vt docet Paulus iuriſc. lib. 5. tit. 11.) pro qualitate dignitatis in crucem tolluntur, aut feris obiiciuntur. Quapropter vt iis quæ à ſe peracta erant, iuſtitię ſpeciem Pilatus oſtenderet, ſcripſit titulum: *Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum.* Idem nempe volens ſignificare quod Iudæi, ſcilicet Chriſtum diuinæ humanæque maieſtatis læſæ reum, ob regnum affectatum Iudæorum. Et quamuis Pilatus, vt credibile eſt, id pro commento habuerit, ſciens quia *per inuidiam*

Matth. 27. — *Ibidem.* — *Ioan.* 19. — *Ioan. cap.* 19. *v.* 19. — *Matth. c.* 27. *v.* 18. *& Marci c.* 15. *v.* 10.

 cum

eum tradiſſent; tamen perterritus metu Cæſaris, à ferenda in eum ſententia non abſtinuit: ſed impiæ conſentiens voci, nefando ſceleri locum dedit. Explicat hoc more ſuo eleganter & doctè S.P. Auguſtinus in Pſal. 63. vbi comparans inter ſe Iudæorum nequitiam & Pilati, in quem facinoris ſui iniquitatem vt Iudicem refundere volebant, ait: *Ille dixit in eum ſententiam, & iuſſit eum crucifigi, & quaſi ipſe occîdit; & vos ô Iudæi occidiſtis* &c.

S. AVGVST.

Sed quid agent humana conſilia, vbi iis diuina ſe opponunt? Stulta ſunt, vana ſunt, in ſe ipſa pugnant. Vide quàm verum ſit quod de Deo aſſerit Propheta Iob cap. 5. *Qui apprehendit ſapientes in ſtultitia illorum; & conſilium prauorum diſſipat.* Titulus cruci imponitur ad obſcurandam Domini innocentiam, & regni eius illuſionem. At verò Sapientia Diuina, quod Pilatus cæterique maleuolâ & pernicioſâ agunt intentione, occultiſſimâ æquitate & inexplicabili bonitate ad optima dirigit: ex viperarum toxico expertiſſimus Medicus theriacam conficit admirabilem, ex peſſimis optima eliciens. Ac primò: Chriſti innocentiam, eiuſque ſuper ſe regnum ferre non poterant Iudæi, atque adeò vtrumque deſtuere & opprimere nitebantur, reum facientès blaſphemiarum in Deum, & regni affectati in Cæſaris præiudicium. Idem cum Iudæis ſentire, videri volebat Pilatus; nè iniuſtè ſententiam tuliſſe argueretur. Igitur poſtquàm diu animo reuoluiſſet, quibus verbis commodiſſimè titulum Chriſto affigendum compleceretur; Deo ita diſponente euenit, vt illo ipſo titulo (ait Maldonatus) quo meritò eum damnaſſe declarari voluit, immeritò ſe damnaſſe declararet. Atque ita Diuina Sapientia contrà, quàm Pilatus

Iob 5.

Chriſti innocentia, Crucis Titulo magis declaratur, quàm eodem titulo Pilatus opprimere nitebatur.

MALDONATVS.

Pilatus & Iudæi prætendebant, *extorſit ab iniquo Iudice veritatem.* Hæc eſt potentia brachij diuini, quòd idem illud quod agunt homines ad obfuſcandam iuſtitiam, & veritatem ſupplantandam; ad diſſimulandum fraudes, ſuamque palliandam malitiam; Dei Sapientiâ his interueniente (ipſis inuitis, ac nè quidem aduertentibus) ſeruiat ad ipſas illorum fraudes detegendas; veritatem verò & iuſtitiam, quam opprimere nitebantur, illuſtrandam & confirmandam. Pulchra ſunt in hanc rem Athanaſij verba: *Cæca enim malitia eſt, incircumſpecta animi prauitas, vtiq; non intelligat ipſam ſuas contra ſe manus acuere. Veluti ſi quis ſerpentem manu apprehendat, vt alteri iniiciat; quod fieri non poteſt, quin ipſe priùs mordeatur. Aut ſi quis ignem manu ſumat, vt hoſtem lædat; interim non animaduertit ſe comburi. Ita quoque malitia contra ſui vſurpatores militat. Hoc animaduerte in illo opprobrio, Saluatori à militibus illato* (quæ propiùs ad rem noſtram faciunt) *plectunt coronam de ſpinis, purpurâ circumdant, arundinem pro ſceptro in dextera eius ponunt, & genuflexo illudunt ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum.* Verùm iſtud quidquid eſt improperij & illuſionis manifeſtat regnum eius, diuinitatem eius, victoriam eius. Quem vilem reputant, ipſi genua flectunt: quem rident impij ſanniones, Prophetam vocant: probris grauato largiuntur inſignia regni; Purpuram, ſceptrum, coronam. Mira rerum inuerſio! Nihil aliud intendit diabolus quàm illudere Chriſto, eius auctoritatem imminuere, memoriam eradere: at quò magis hiſce incumbit, magis ſeipſum conſtringit, ſuis ſe armis ſpoliat, atque illi manus tradit, quem periiſſe cupit. Ter-

S. Athanaſius.

Iudæorum in Chriſtũ opprobria & contumeliæ, contra ipſos pugnant.

ra innocentis ſanguine polluta, maledicta in opere hominis præuaricatoris, ſpinas proferens & tribulos; & chirographum damnationis quod erat contrarium nobis; erant arma quibus exultabat Sathan, & ſubdebat genus humanum crudeli imperio. Hæc ipſa diabolus Chriſto tradit: nempè in *Purpura* ſanguinem vindictam expoſcentem; in *corona*, ſpinas maledictionis, in *arundine*, chirographum quod contra nos habebat, ſiue calamum ſcriptorium (nam & arundine olim ſcribebant) ad illud cancellandum. Atque ita Veritas dum irridetur, extollitur: quibus deiici putatur, aſſurgit, iaculum in ſagittarium redit.

Ad Herodem veniamus. Pilatus audiens Chriſtum hominem eſſe Galilæum, remiſit eum ad Herodem, qui tum & ipſe Hieroſolymis erat. *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte albâ.* Luc. 23.

Luca c. 23. v. 11.

Quid agis callida vulpes? quid moliris? O vanas cogitationes tuas! Quem contemnere te putas, mirum quantum honoras, quem reum volebas oſtendere, innocentem declaras: quem damnare, abſoluis. Antiquitùs Rei ad tribunal procedebant veſtitu nigro ac ſordido. Flauius Ioſephus, Iudaicæ antiquitatis hiſtoriographus, de ſeipſo: *Mutata veſte, atratus prodij, ſuſpenſum à ceruice geſtans gladium.* At Herodes Chriſtum ad Pilati tribunal remittit *indutum veſte alba.* Quid hoc eſt aliud, quàm innocentem declarare: Neſcis quid negas, ô humana aſtutia! In te ipſa pugnas. Ridendo, verum dicis. Deum ludere te putas, teipſam ſeriò damnas: quem velut reum perſequeris, tuo ipſius teſtimonio abſoluis. Liceat mihi hîc exclamare cum Poëta: *O vanas hominum curas! ô pectora cæca!*

Herodes Chriſtum irridendo honorat.

Per-

Digitized by Google

Quàm vanæ ſint cogitationes hominum in tegendis peccatis ſuis.

Perſuade tibi quiſquis es, mi Chriſtiane, quidquid moliris ad excuſandas excuſationes in peccatis, ad diſſimulandum tuas culpas; quamuis mille vafer artes doloſque excogites; in mille formas nobilis Vertumnus te induas Dei conſilia non eludes: teneberis. Per ipſos dolos tuos ac fraudulentas machinas corrues: palliando te, nudabis: abſcondendo, indicabis. Vis ſcire quò euadat humana omnis aſtutia? *Nihil opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non ſciatur.* Vis ſcire quæ ſint Dei conſilia? ipſe eſt, *Qui apprehendit ſapientes in ſtultitia ſua; & conſilium prauorum diſſipat. Ipſe ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Inceſta cõiux Putipharis, eunuchi Pharaonis, cùm non vna vice caſti Ioſephi pudicitiam fruſtrà tẽtaſſet; quâdam autem die libidinis impatiens inuolaret in eũ, ipſe verò relicto in manibus eius pallio fugiſſet: repulſæ impatiens mulier, ſcelus regerere, ac Ioſephum oblati per vim ſtupri inſimulare ſtatuit: *In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum.* Quid hîc expectas? an non ſatis in tuto collocata videtur mulieris fraudulenta nequitia? Credit certè vxori maritus: nec leuiter ſanè iratus, Ioſephum in carcerem compingi iubet, vbi vincti Regis cuſtodiebantur. Verùm ſtultum erat mulieris conſilium, quamuis illo ſibi tamquam aſtutiſſimo blandiretur. Obſeruauit id præter Philonem, Iſidorus Peluſiota: *Mulier victoriæ ſpolia habere videbatur, habere, inquam videbatur: etenim apud ſinceras aures hoc quoque mulieris petulantiæ ac laſciuiæ argumentum erat. Nam ei, quæ, ne ſibi vis afferatur metuit, hoc minimo ſtudio eſt, vt inſuper etiam illius, qui vim affert, veſtem eripiat.* Non vidit inceſta,

Matth. 10.

Iob 5.

In Gen. 39.

ISIDORVS PELVSIOT.

& libidine temulenta, ſe in pudicitiæ argumentum libidinis ſuæ notas afferre. Mulier vim ſuſtinens ab impudico inuaſore, non attendit vt pallium ſtupratori eripiat; ſed tota in hoc deſudat honeſta, vt ſalacis nepotis manibus elabatur. Quæ tempus habuit vt pallium retineret; vim paſſa non conuincitur, ſed vim potiùs intuliſſe. Nam ſi Ioſeph, vt ſapienter ait Philo, vim dominæ cogitaſſet inferre, facilè veſtem ſuam, vtpotè feminâ robuſtior, ſeruaſſet, imò & fœminæ extorſiſſet. Quod etiam videtur indicare Scriptura, ſignatè mariti credulitatem improbans: *His auditis dominus, & nimiùm credulus verbis coniugis; iratus eſt valdè.* Sed vt illa libidine, ita hic zelotypiâ mentem incenſam habebat. Verùm quid hoc eſſe dicemus, quòd vir tantus, vtpotè *princeps exercitûs*, deindè vxoris ſuæ amans, iniuriam vtique ab Hebræo mancipio per ſummum nefas illatam, tam leuiter vlciſcitur? Iudicauit Putiphar, inquit ſupradictus Auctor, non de nihilo eſſe quòd apud coniugem ſuam adoleſcentis veſtes remanſiſſent, & iam ſuſpicabatur quod veriſſimum erat. Quòd ſi in defenſionem ſui loqui permitteretur Ioſeph, non tantùm ſe purgaret; ſed intentam accuſationem amolitus, in caput dominæ iam retorqueret. Carcere igitur mulctat, vt ſuo & vxoris honori proſpiciat. Atque ita liberant & hìc ſuſpicione criminis innocentiam humana conſilia, in eius perniciem excogitata. Qui vindex implorabatur, pudicitiæ teſtis & patronus euadit Putiphar. *Imò verò*, concludit Peluſiota, *vt quod verius eſt dicam, pudicitiæ arbiter & viri iracundiam ſedauit, & caſtitatis columnam poſteris erexit*,

Gen. 39. v. 9.

Ibid. v. 1.

erexit, & fratribus tunc laborantibus nutricium ſeruauit, & Aegypto præfectum deſignauit.

Redeamus ad titulum crucis Chriſti. Credebat ſe Pilatus hâc inſcriptione velut publico teſtimonio purgatum ab iniqua in Chriſtum ſententia: Chriſtum verò, viſum iri morte digniſſimum. Sed adeóne ſtultus es, adeò cæcutis Pilate, vt quàm vana ſint hæc conſilia tua, quàm ſecum pugnantia, non peruideas? Titulum tuum quatuor verbis complexus es. Eorum vel vnum ſolummodò, quodque ſe primum offert, ſume parumper & expende IESVS. Omiſsâ nominis etymologiâ, (quæ largam & amplam ad te conuincendum materiam ſubminiſtraret) hic ille eſt qui ſanauit quoſcumque infirmos, lucem dedit cæcis, dæmonia eiecit, ſaturauit eſurientes, mortuos ſuſcitauit; qui in Synagogis & palàm in compitis, foro, angi-portis, templo prædicauit: doctrinâ & miraculis omnium in ſe ora conuertit: omnibus in commune profuit. Si hæc mortem promerentur; age, damnationis in eum ſententiam profer: ſi non merentur, an non vides, quia tuo te ſcripto iugulas & condemnas?

CAP. III.

Summa Iudæorum ingratitudo ex titulo Crucis manifeſtatur & conuincitur.

SECVNDVS finis, in quem Diuina Sapientia crucis titulum (longè à Pilati & Iudæorum mente) direxit, is fuit, vt infamiæ ſignum aduerſùs obſtinatam Iudææ gentem toti oſtentandum Orbi leuaretur. Motiuum iſtud tribuit Pilato Chryſoſtomus, vel, vt meliùs dicam, Deo per os S. CHRYSOSTOMVS. Pilati

Pilati velut inſtrumentum. Non quòd velim Pilati & conſortium Iudæorum malitiam refundere in Deum : ſed voluntate eorum, vitio ſuo in malum reſolutâ, vſus eſt Deus in ſuum, non hoſtium, finem : *Ignominia hâc eos afficere voluit, qui ſuum Regem crucifixerint. Ignominia enim populi eſt, tam turpis, & ignominioſa mors Regis.* Qui ſcilicet ad inſtantiam eorum tam infami morte damnatur. Ideò quando interrogat eos Præſes, poſtquam Barrabam præ IESV dimitti poſtulaſſent: *Quid faciam de* IESV *Nazareno?* Reſponderentque, *Crucifige*; Intulit iterùm Pilatus : *Regem veſtrum crucifigam?* Rex veſter eſt : nec id poteſtis inficiari, quia in triumphali ingreſſu Palmarum die Regem proclamaſtis: *Benedictus qui venit Rex*, vt eſt apud Lucam : &, *Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid*, vt eſt apud Marcum. Cùm Rex ſit, vultiſne illum crucifigi? Regi, quarumcunque gentium more conceditur mors honeſtior : ſi reus eſt, gladio feritur. Sed Regem veſtrum, in quo nullam inuenio mortis cauſam, vultis crucifigi? Perpendite quid optetis, ô Iudæi! Genus veſtrum, Reſpublica veſtra, vniuerſa Iudæorum natio tot glorioſa ſæculis, opprobriũ ſibi arceſſit ſempiternum. Numquã hoc auditũ in Iſraël, quòd vnctus eorum tam dedecoroſè populi ſuffragio caderet. Planè ſicuti in gloriam ac decus Reipub. cedit, Regem habere Philopatrum, ſiue patriæ amantem, qui ſanguinem vitamque ſubditorum ſaluti conſecrauit : ita è contrario in perpetuam infamiam vergit, ſi ipſimet ſubditi Principis ſui necem fuerint machinati: Ponderauit id acutè Valerius Maximus, agens de ingrati-

[Margin notes: Turpe Iudæis, Regem ſuum crucifixiſſe. — Ioan. 19. — Luc 19. — Marc. 11.]

gratitudine: Varia, inquit de Romulo circumferuntur: alij fulmine ictum interiiſſe ſcribunt, alij alio mortis genere. Probabilis eſt opinio; primos Romanos, pellitos, vt nuncupat eos Poëta, Patres, in Curia cum Romulo congregatos inſurrexiſſe in illum, occidiſſe, & quatuor in partes diſſectum occubuiſſe. Nec duxit nefas vitam adimere, qui æternum Romano Imperio ſpiritum ingenerauerat. *Rude nimirùm*, concludit Valerius; *& ferox ſæculum conditoris ſui cruore fœdè maculatum, ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.* Eripere vitam illi, cui ſuam debebant: quem ſartum & tectum ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſincerum integrumque conſeruare oportebat, in illum inſurgere, tam fuit infame noxiumque facinus, vt quantumuis prudentiâ, fortitudine, iuſtitiâ, virtute, omnique gloriâ claruerint ſago togaque Romani, quæcumque illuſtria circumductis per orbem armis facinora ediderint; non tamen potuerint iſtam eluere maculam, reparare damnum, infamiam tollere immanis parricidij in Romulum commiſſi: qui imbelles olim paſtores, arte firmatos ad tantum faſtigium ſublimaſſet; victoriis illuſtraſſet, potentiâ roboraſſet. Facinus tam turpe, illiberale, tam ignominioſam ingratitudinis notam, *nulla poſterorum diſſimulare pietas poteſt.* Sed longè maior infamia eſt, quæ Iudæis ex Chriſti morte adhæret; iſta eſt indelebilis nota, quam nulli aquarum gurgites, nulla ſæculorum viciſſitudo eluet; *nulla poſterorum pietas*, aut innumerabilium ad Chriſti cognitionem conuerſio, *diſſimulare poteſt.* Atque hoc eis ampliùs iuſto

Dei & latente iudicio euenit, vt quidquid excogitarent ad culpæ ſuæ patrocinium; in maius eorum dedecus conuerteretur. Aquam petit Pilatus, Iudæi ſanguinem. Exeat ergo è latere *ſanguis & aqua. Propter duas cædes, alteram iudicantis, alteram verò clamitãtium*, ait S. Cyrillus. S. CYRIL. Dum mortuum in cruce corpus, nondũ eius pœnis ſatiati, dirâ militis lanceâ imperi gaudentes aſpiciunt, ſuam ſibi infamiam obiici & quaſi in os ingeri non vident. *Aqua* Pilato iniuſtitiam ſuam exprobrat, *ſanguis* Iudæis crudelitatis: vtroſque accuſat è ſublimi Titulus, impietatis condemnat, atque infamiâ notat ſempiternâ. Infamiæ ſignum foribus alicuius proditoris præfixum, vel Eccleſiæ valuis, lapſu temporis tollitur, & ſenſim dedecoris memoria obſoleſcit: verùm huius iniquiſſimæ gentis dedecus non vult oblitterari Deus, ſed in omnibus compitis, gentibus, populis, regnis propalari; & per ſubſequentium annorum ſæcula exponi integrum perfectumque Pilati ſcriptum, ineuitabilis flagitij iudicium; quo ſe ſuoſque Iudæos (dum Christo inſidiatur) tam ignominioſè traduxit: *Hic eſt* IESVS. Hic eſt ille, cui à Iudæorum Republica omnis debetur ſplendor, authoritas, templum, opes, regale Sacerdotium, victoriæ, & quidquid glorioſum poſſident, per quod gentibus olim exteris fuerunt accepti aut formidabiles. Hic eſt ille, qui confortauit ſeras portarum Ieruſalem, fines ſuos ponens pacem, adipe frumenti illam ſatians, qui taliter omni nationi non fecit, nec iudicia ſua manifeſtauit illis. Hic eſt, qui pauit eos manna in deſerto, potauit aquâ ſalutis de petra, Chananæorum Reges propter eos percuſſit,

Nomen IESVS in Titulo crucis, ingratitudinem ſuam Iudæis exprobrat.

Matth. c. 27. v. 37.

cuſſit, ſceptrum regale dedit, magna virtute exaltauit. Dauid audiens cecidiſſe Saul & Ionatham, ita planctum ſuum continuat: *Filiæ Iſraël ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro.* Et ecce hic plus quàm Saul, hic plus quàm Ionathas, decorus nimis & amabilis, ab ijs quos tot beneficiis affecit, non plangitur, ſed irridetur, flagellis conciditur, in crucem tollitur. *Haeccine reddis Domino, popule ſtulte & inſipiens? Namquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* Hoccine reponitis eius beneficiis, viri abſque miſericordia, vt eradatis eum de terra viuentium? O leonibus crudeliores! Congregamini & properatis ad deuorandum illum, qui pauit vos, qui docuit, qui illuminauit ſedentes in tenebris & in vmbra mortis? ô ſanguiſugæ hirudines! eius cruorem ſititis, qui vobis vitam & vitæ inſtrumentum largitus eſt? Quę gens tam barbara id non abhorreat? Vos qui habetis tam ſanctas, diuinaſque leges à Deo per Moyſen vobis traditas, tantum exorbitatis, vt beſtiæ videamini præ hominibus, imò beſtiis peiores! Nouit Domino blandiri canis, benefactori leo, vrſus nutricio: cognoſcit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: *Generatio praua & exaſperans*, quo maiora conſequitur beneficia, magis efferatur. Et quamuis Deus Opt. Max. Reipublicæ iſtius caput, omnia hæc, præuiſa eorum malitiâ, in ſaluberrimum finem direxerit; quod ſi tamen eos ad iudicium vocaret, ex eadem lege (de qua dicebant, *Legem habemus, & ſecundum legem debet mori*) eos conuinceret, ac ſilentium imponeret his eos verbis alloquens: Quid agis, quid moliris, ô Iudæa?

2.Reg.1. Deuter. 32. Pſalm.77. Ioan.19.

Iudæa? Attendite legem veſtram, inclinate aurem veſtram in verba eius: Quis ſeruos vos & mancipia in libertatem reſtituit? Quis honorabiles, opulentos, deliciiſque fecit affluere? Indica mihi, quis author fuerit vt abiectiſſimus ille populus eleuaretur, eiuſque auditâ famâ Reges metu diſſoluti marceſcerent? Quis deduxit vos in ſpe, & non timuiſtis? Quis à facie veſtra eiecit gentes, & ſorte diuiſit vobis terram in funiculo diſtributionis? Clamet Ægyptus, & narret mirabilia eius. Quis interrupit mare, & perduxit patres veſtros, & ſtatuit aquas quaſi in vtre? Exurgant proſelyti exteræque gentes, quæ veſtro ſplendore & gloriâ excitatæ, glorioſum ſibi duxerunt iungi vobis, & ſeruire: referantque magnalia Dei, qui notus in Iudæa erat, in Iſraël magnum nomen eius. Vt alia ſubticeam: quid ſibi volunt innumerabiles parti triumphi? quid geſta Principum in Faſtos relata? per quem hæc obtenta ſunt? author omnium iſtorum dic vbi ſit, vbi moretur? vbi habitatio eius? reſponde vbi poſuiſti eum? *Hic eſt* IESVS. De palo ignominioſo quaſi maledictus *Mat. c. 27. v. 37.*
dependet, nudus, ſpinis coronatus, conciſus, diſtractus, ſanguine ſuo immerſus, inter duos famoſiſſimos latrones tamquàm eorum coryphæus. O ſpectaculum! ei præfertur alienigena Romanus, Iudæis inuiſus, circumciſionis hoſtis, ſacrorum irriſor, grauis exactor, idolorum cultor: illum æſtimas ô Iudæa, illi caput ſubmittis gens libera filij acquiſitionis, filij Abrahæ? eius ſtatuas in compitis & foro locas, eius leges in tribunalibus adoras? Si oblita es Dei Creatoris tui; aſpice Præſidis tui manu conſcriptum Titulum: *Hic eſt* IESVS,

Iesvs, *Rex Iudæorum.* An propterea ad Cæſarem confugis, hunc ſolum Regem agnoſcis; vt Regis veſtri crucifixi infamiam euadas? Früſtrà es. *Hic eſt* eritque Iesvs: & , quod in ſempiternam vobis infamiam cedet, *Rex Iudæorum.*

CAP. IV.

Examinantur ſingula Tituli verba, atque in Iudæos reguntur.

Ista eſt ſumma criminum ob quæ morte dignus iudicatur Chriſtus, & eum crucis ſupplicio affici voluerunt Iudæi: *Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam.* Sed quænam illa? Iesvs *Nazarenus*, *Rex Iudæorum.* Quàm perperàm excogitatum! ſiquidem nullum hoc in titulo continetur verbum, quod non contrarium clamet: nempè indignum eſſe eum morte, & ſeruili ſupplicio. Inſpicite primò mecum nomen Iesvs. S. Auguſtinus alibi inter primas Etymologiæ virtutes collocat, ſi res cum ſono verbi aliqua ſimilitudine concinat, & vocis ſonus declaret id quod in eo latet, ſi aſperum ſit vel lene, dulce aut amarum. Exempli cauſâ: ipſum lene cùm dicamus, leniùs ſonat. Quis item aſperitatem, non ex ipſo nomine aſperam iudicet? Lene eſt auribus cùm dicimus voluptas: aſperum eſt cùm aſperum dicimus. Mel quàm ſuauiter res ipſa guſtum, tam ſuauiter nomen tangit auditum. Hoc primum fuit ſtudium hominum verba ſua formantium, vt conueniret vocis ſonus cum eo quod per illam ſignificatur. Iuxtà hanc regulam, qui audit nomen Iesvs, mirum quantum ſuauitatis ipſa pronuntiatio & dulcedinis, etiam vocem non benè rimanti inſtillet! *Cùm audio* Iesvm, dicit Bernardus,

Matth. 27.
Ioan. 19.

Chriſtus indignus morte, quia Iesvs.

S. Bern.

Sſ nardus,

nardus, *hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, omni ſanctitate perſpicuum.* Et talis perſona, cuius ipſum nomen meram bonitatem, benignitatem, ſuauitatem ſpirat; hic, inquam, ſiſtitur vt moriatur tamquam ſeditionis author qui populum commouiſſet, ad dira, crudelia, infanda impellere ſtuduiſſet. Obſeruat ſubtiliter Auguſtinus differentiam quæ reperitur inter Artaxerxis & Coriolani nomen: priùs aſperitatem denotat, alterum conditionis ſuauitatem. Aptiùs hîc dicemus: O quale diſcrimen inter Barrabam & IESVM! Diſcrimen ipſo vtriuſque nomine omnibus auribus, ac deinde animis ingeritur: in hoc ſeditio, cædes, barbaries mera inſunt; in illo ipſa blanditiæs habitat. Et tamen clamant Iudæi: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabbam.* Lucæ 23.

Luc. 13. Quòd arbor infructuoſa eradicetur, benè eſt; *vt quid terram occupat?* Sed arbor, de qua dicit S. Ioannes, *folia ſuis ad ſanitatem gentium*, æternum viuere & florere digna eſt. Apocal. 22. Talis erat IESVS: conuertebat peccatores, ſolabatur afflictos, ſuccurrebat pauperibus, tactu aquæ ſanctificabat, leproſos mundabat, multiplicabat panem. Si vocabat, trahebat poſt ſe, faciens in odorem vnguentorum ſuorum currere: ſi vociferabatur, reſurgebant mortui: ſi orabat, omnia obtinet quę à Patre petebat: ſi conſpuit in terram, impertit cæcis viſum. hoc eſt eſſe IESVM, qui pertranſiit benefaciendo omnibus, hoc eſt eſſe *Saluatorem*. Et hunc eradicandum putant, quem omnibus modis ac præmiis ſuum facere debuiſſent? *Iure enim cùm ægrotemus, ſeruatore opus habemus*, dicit Clemens Alexandrinus, *cùm autem aberrauimus, qui nos eſt deducturus,* CLEMENS ALEXANDRINVS.

& qui

& qui cæci ſumus, eo qui nos ad lucem deducat, & qui ſitimus, fonte vitali recreet: & qui mortui, vitâ egemus; & qui oues, paſtore; & qui pueri, pædagogo: quin etiam vniuerſa natura humana IESV *indiget.*

Si ſcrutemur verbum ſecundum *Nazarenus*, tituli ineptia etiam pateſcit. Vox illa, *Nazarenus*, idem eſt quod floridus; & ipſemet ſibi nomen iſtud impoſuit. *Ego flos campi: Campi* dicit, quia flores iſti ſine labore & humana induſtria naſcuntur; Chriſtus de Virgine ſine opere viri, attulit matri fœcunditatem, non abſtulit virginitatem: *Campus ex ſemetipſo producit flores abſque humanæ diligentiæ adiutorio*, loquitur S. Bernardus. Ille igitur qui non intrauit per oſtium culpæ, erítne iuſtum vt exeat per portam pœnæ. Qui naturam noſtram ſolus à peccato liber vniuit, ne ſub iugo diaboli generaliter humana teneretur captiuas, ille grauiora peccatoribus ſupplicia ſuſtineat? *Flos campi.* Non enim pro paucis ille germinat, vt alij, in hortis, dicit Beda, verùm pro quibuſcumque eum decerpere volentibus, *Antè faciem omnium populorum.* Quapropter vocat eum Zacharias, *Fons patens.* Ergò obſtruere fontem populo omni vtiliſſimum, ex quo ortum habet niſi ex inuidia? Quantò vberiùs eius ſeſe vtilitas diffundit, tantò magis importat. Et prouidendum eſt quàm maximè ne flos iſte præciſus pereat, neque ſuffocetur iſte fons aquæ viuæ in vitam æternam ſalientis. *Flos campi*: quia ſcilicet (vt etiam explicat Bernardus) inuitat ad certamen, & datur in præmium & coronam victori. Sponſa ſponſum inuitabat ad lectum & requiem: *Lectulus noſter floridus.* Et reſpondet ſponſus: *Ego flos campi*: ego flos pro illo qui laborat, qui legitimè certat

Chriſtus indignus morte, quia NAZARENVS.

Chriſtus quomodo flos campi dicatur? S. BERN.

BEDA.

Zachar. 13.

S. BERN.

Cant. 1.

Seipſum certanti aut exemplum proponit, aut præmium. Illéne igitur qui exemplar eſt in ſtadio currenti, corona vincenti, dignus eſt morte, dignus eſt in crucem ſuſtolli? Nequaquam.

Chriſtus indignus morte, quia Rex.

Niſi fortè illud cruce dignum æſtimetis, quoniam *Rex eſt*. Verùm ipſa dignitas Regem excipit à lege communi, cui dominari debet, non ſubiici: *Hac ſola ratione diſcreti, quòd alteri ſubdi non poſſumus, qui iudices non habemus*, ſcribit Caſſiodorus Theodorico Regi ab epiſtolis. Ionathas filius Regis non ſuſtinet mortem, quam Saul populum adiurando tranſgreſſori ſtatuerat, dicens: *Maledictus vir qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis.* Nobilitas in bello, & heroici facinoris gloria multis libertatem dedit, & morte exemit, cæteris trucidatis. Quæ igitur cauſa, quæ ratio perſuadet vt moriatur, quia *Rex eſt?* Multò autem minùs mori debet, quia *Rex eſt Iudaeorum.* Hoc natura eiuſdem patriæ popularibus ingenuit, eiuſdem ſtirpis aut familiæ præſertim, vt ſeſe mutuo arctè complectantur, alter alteri patrocinando: *Quàm copioſa enim ſuauitatis*, ſcribit Valerius, *illa recordatio eſt, in eodem domicilio habitaui: in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi: eoſdem appellaui parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Chara eſt vxor, dulces liberi, iucundi amici, accepti affines; ſed poſteà cognitis nulla beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.* Chriſtus ex eorum ſtirpe, Iſraëlita, ſemen Abraham, ex domo regia Dauidis, fouendo pater, in laboribus frater, in conuerſatione amicus, in curandis Medicus, in docendo Magiſter. Viuat igitur IESVS *Nazarenus, Rex Iudaeorum*: ne eo ſublato omnium ſalus pericli-

CASSIOD.

1.Reg 14.

Chriſtus indigniſſimus morte, quia REX IVDÆORVM.

Digitized by Google

ricliretur, flos ſanctitatis perdatur, optimus Princeps, mundi Imperator: *Cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus miſericordia,* teſte S. Leone ſerm. 2 de Paſſ.

S. Leo.

Chriſtus tamen ex Dei ordinatione mori debet, quia Iesvs.

Et quamuis myſterium iſtud neque Pilatus, neque hoſtes Chriſti intellectu penetrent, inuidiæ & aliorum affectuum nebulis obfuſcati: Deo tamen hæc omnia dirigente factum eſt, vt in Titulo expreſſa ſit cauſa cur eum mori oporteat. Cauſa mortis eſt, quia Iesvs eſt. Victores appellationem mutuātur à natione quam armis ſubegerunt: ille Aſiaticus, alter Africanus, alius Numantinus, iſte Germanicus cognominatur. Chriſtus vocatus eſt Iesvs ob triplicem victoriam, quam reportaturus erat de morte, dæmone, Inferno: ac nomen factis impleuit. Filia Pharaonis videns fiſcellam, & paruulum in ea vagientem, miſerta eius, vocauit puerum Moyſen, id eſt, *attractum*, quia de aqua tulit eum. Nomen Iesvs datum eſt Chriſto, quia ſanguine ſuo ſaluaturus erat mundum: quare vt nomen factis probet, neceſſe eſt omnem ſanguinem profundat. Nomen *Dei* nullo pretio Chriſtus acquirere debuit: debitum erat & naturale. Sed nomen hoc Iesv (vtpote victoriæ trophæum, conſecuti triumphi labarum, meliori religione quàm Imperatorū in vexillis nomina, adorandum) carò illi conſtitit: ſanguinis & mortis pignore emendum fuit. Et ita moriatur, quia eſt Iesvs. Quin etiam moriatur, quia *Nazarenus* eſt, id eſt, floridus. Vt flores mel exſudent, cuſpide ſuâ pungunt illos apes. Debebat ex hoc flore mel elaborari, & fauus diſtillans: igitur pungant illum ſpinæ, claui, lancea: tunc adimplebitur quod vaticinatur per os Dauid Scriptura: *Circumdederunt me*

Chriſtus mori debet, quia Nazarenvs.

Pſalm. 117.

 ſicut

ſicut apes. Sicut circumdant apes fauum: Neſcientes perſecutores Domini, fecerunt nobis in paſſione dulciorem: vt guſtemus & videamus, quàm ſuauis eſt Dominus, ait D. Auguſtinus in expoſitione Pſalmi iſtius. Roſa decerpta odorem non amittit, quinimò manu ſic compreſſa gratiorem ac maiorem exhalat: ita & Dominus IESVS nec contritus emarcuit, nec auulſus euanuit, ſed illo lanceæ mucrone ſuccíſus ſpecioſior fuſi cruoris colore vernauit. Igitur ſi per iſtam viam debeat diffundi illius odor, qui languentium animos viuificet: ſi neceſſe ita erumpere mellifluum ſuccum, vnde ſuaues faui fabricentur: operentur illud crudeles apes, confringant manus pedeſque, aperiant lanceâ latus, eliciant ſuccum omnem: carpatur; flos eſt, *Nazarenus* eſt. Sed & *Rex* eſt. Igitur moriatur: & caput ſuum pro communi populi ſalute deuoueat. *Sudandum eſt his qui Magiſtratum gerunt pro communibus commodis, ſubeundæ ſæpè pro Repub. tempeſtates* (ſcribit Tullius pro Sextio) *cum multis audacibus, improbis, etiam cum potentibus dimicandum.* Moriatur demùm, quia *Rex eſt Iudæorum.* Moriente ſummo Sacerdote reuertitur exul homo ad patriam, de qua primus Adam ſe poſteroſque eiecit, dum futilis promiſſi ſpe inflatus, Dei leges violauit. Excedit damni æſtimationem, beneficij magnitudo. Sic nimirùm prudentiſſimus & clementiſſimus artifex, quod quaſſatũ fuerat non confregit, ſed vtiliùs omnino refecit. Moriatur ergo, quia eſt IESVS, *Nazarenus, & Rex Iudæorum.*

S. AVGVS.

Chriſtus mori debet, quia REX IVDÆORVM.

Rectè autem, multiſque de cauſis Titulus cruci inſcribitur. Primùm, quia tumulus ſiue ſepulcrum eſt. Igitur Epitaphio opus erat, quod breui carmine mortuum mortiſque

Variæ rationes, ob quas Titulum Cruci Chriſti inſcribi cõueniebat.

tiſque cauſam viatori indicaret. Deindè, crux altare eſt. Adeòque præferre debuit nomen Dei, cui dicatum: vt ara illa apud Athenienſes, *Ignoto Deo*, apud Romanos, *Ioui Piſtori*, &c. Iſtud autem altare fuit, in quo concrematum eſt illud ternobile holocauſtũ: in quo celebraſti ſacrificium omnium celeberrimum, & dixiſti, ô bone Saluator: *Ite miſſa eſt*. quare inſcribatur, non *Ignoto Deo*, ſed IESV *Nazareno*. Tertiò: in Trophæis & Arcubus Triumphalibus ſcribebãtur olim deuictæ nationes. Ad quem morem reſpexit Ambroſius: *Solet*, inquit, *titulus ſubiugatarum gentium numerum deſignare*: hîc *redemptarum gentium vernat gratia*. In iſto Triumphali Arcu poſitus Titulus, indicat victum Dæmonem, omneſque tenebrarum Poteſtates, partam ſalutem animarum, populos ac prouincias hoſtili iugo ereptas, quæ

S. AMBR.

Seruatorem te & IESVM ſuum deprędicant. Poſtremò, Titulus præfigitur libro maiuſculis litteris, aut rubricâ notatus: qui tribus verbis totius libri materiam comprehendit. Crux liber eſt, vbi omnium artium facultates reſerantur. Igitur Titulus ei præfigatur grandioribus characteribus, vt fieri ſolebat in edictis antiquis, vt *de plano rectè legi poſſit*. Totius libri materia ac velut compendium eſt, IESVS *Nazarenus Rex Iudæorum*. Habebat Diabolus libellum, quo toti humano generi grauis erat ac moleſtus, triſti titulo inſcriptum: *Quod aduersùs nos erat chirographum decreti*. Hunc libellum alio libello Chriſtus euertit, deſtruxit, caſſauit: titulumque inſcripſit, qui indicaret iam planè deletum eſſe antiquum debitum, tot retrò ſæculis inſolutum. Optimè Cyrillus: *Aduersùs genus noſtrũ chirographum, titulo in cruce confixo*

Ad Coloſſ. 2.

S. CYRIL.

fixo Saluator deleuit. Benè autem ac prouidè huius libelli titulus triplici linguâ exaratus eſt : vt per tres teſtes in vigore ſuo firma ac legitima maneret præſtitæ ſatisfactionis probatio : *In ore duorum aut trium ſtat omne verbum.* (2.Cor.13.) Deindè, vt à toto Orbe legi & intelligi poſſet, quod ad omnium cauſam & ſalutem pertinebat. Benè poſtremùm poſitus eſt Titulus propè coronam ſpineam. Per iſtas enim ſpinas appropinquamus ad ſalutem, qui eſt IESVS ; ad flores dilecti *Nazareni* ; ad regnum ſupremi *Regis*, quod præparatum eſt iis, qui veraciter illum agnoſcunt & confitentur.

TRA-

TRACTATVS

De apertione lateris Christi.

Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit. Ioan. 19.

Cap. I.

Loquitur Chriſtus mortuus: Pilato & Iudæis mortem ſuam exprobrat: Latronem ſecum Crucifixum baptizat.

DVM ex ritu vſitato Paſsio Christi Domini in Miſſæ ſacrificio decantata fuit; audiuimus è cathedra Crucis perorantem Sapiētiæ omnis Magiſtrum. Diuinum illud os Mors tandem concluſit. Silere amen nequit ſalutis humanæ amātiſsimus: Stilo igitur mutato loquitur, clamore ſanguinis & aquæ: quæ muta quidē ſigna, efficacia tamen quæ vel ſaxeum pectus percellāt. Sed quo tandem ore loquitur? Nouo; quod infinitus eius amor inuenit: in quo nullum iam fel, vt in illo quod eius tortores amaritudine infecerūt: *Dederunt ei bibere acetum cum felle mixtum.* Ne verba hominibus amara fundat, riuos diuinæ eloquentiæ mutauit in aliud nouum os quod doluit ſibi in diuino latere aperiri. Sed nónne priùs os illud erat, de quo exibant illa quæ Petrus appellabat verba vitæ æternæ? Vnde ſalutem tot animæ, vitam cadauera, remiſsionem ſcelerum cepit Magdalena? Vnde non vnus Sampſon de comedenti exeuntem manducauit cibum, & de forti egreſſam dulcedinem, omni melle gratiorem? Verum eſt. Sed iam à Iudæis hoc ſacrum

Chriſtus poſt mortem per latus ſuū loquitur.

os felle circumlitum eſt:& vt ſæpè hoſtes in vrbium obſidione gentes inficere ſolent, vt auferant vitam obſeſsis; ita inimici Dei hunc vi æ fontem amariſsimo felle infecerunt, ad corrumpendum & velut intoxicandum illud commune orbis remedium, ac ſolatium. Vt pulcrè annotauit Carnotenſis Tractatu de ſept. verbis. Agnoſcens igitur Dominus labia ſua, illas, inquā, Miſericordiæ venas, fellis ſaporem induiſſe, diuertit vndas cordis ſui, earumq́ue fluxum in aliam partem deriuat, vt exiliant ex apertura pectoris, & inde promanent puræ ac ſinceræ: *Et continuò exiuit ſanguis & aqua.*

Vox ſanguinis Abel. Sanguis primi Abel clamabat ad Deum, clamabat de terra, celerem & atrocem vindictam expoſcens. Quare Deus ad Cainum: *Quid feciſti: Vbi eſt frater tuus?* Gen. 4. Et reſpondit inſolens homicida: *Numquid cuſtos fratris mei ſum ego?* & Deus ad Cain: *Quid feciſti*: aut quomodo te ſperas occultare cædem quam in fratrem commiſiſti: Non potes Cain: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*: Quid hoc Domine? An non videras fortè impium hoc facinus? Nemo tuis oculis glaucoma poteſt obducere: tu es Deus *ſcrutans renes & corda.* Quam ergò neceſsitatem dicendi habes, quòd ſanguis Abel ad te clamet? Pſal. 7. verſ. 10. Sed hîc mihi patientia & infinita longanimis Dei bonitas demonſtratur: cui cùm omnia nuda ſint & aperta, cùm videat audiatq́ue præſentiſsimus quæ per omnia Orbis ſpatia aguntur, non præcipitatâ ſententiâ caſtigat; qualem Theodoſius in Theſſalonicenſes vibrauit, & Dauid circà Miphiboſeth: ſed tardus ad pœnam expectat, noſtrorum quaſi Iudicum more cominùs inquirens, donec vel ipſa peccata contra impios clament, & vindictam extorqueant. Aures arrigite, Auditores; clamat iterùm effuſus ſanguis. Mortui loquuntur. Et ſi vox ſanguinis Abel ad cælum vſque peruenerit; quam

quam putatis vocem editurus eſt Agnus occiſus ab origine mundi? Sanguis Dei mortui quos dabit clamores: non ſolùm de terra vbi reſperſus eſt, ſed per nouum os hiantis lateris, vbi lanceâ fodiente egreditur. Neque ſolus egreditur, ſed comitem habet aquam: vt aqua, quaſi *vox aquarum multarum* innocentiam Chriſti teſtetur. Egreditur ſanguis & aqua: vt hæc Pilato ſententiæ ſuæ iniquitatem exprobret, quam aquâ manus abluendo (ſed fruſtra) excuſare volebat: ille Iudæis ſanguinariam ac belluinam ſitim obijciat, dum Chriſti cruorem veluti rem nihili æſtimant ac profundunt, clamantes: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Et hi, & ille, mortem Chriſto attulerant: illi ad crucem expoſcendo, hic damnando. Vterque certatim ſe excuſare, & facti inuidiam à ſe in alium amoliri nituntur. Ille manus lauat, dicens: *Innocens ego ſum à ſãguine iuſti huius*: hi verò quem mortuum volebant, damnare tamen recuſant, dicentes: *Non licet nobis interficere quemquam.* Mendaces illos facit S. Auguſtinus, inquiens. *Vos gladio lingua occidiſtis Chriſtum. Et quando occidiſtis? Niſi quando clamaſtis: Crucifige, Crucifige.* Ad eos igitur confundendos, & criminis conuincendos, è mortui iam Chriſti corpore coram adſtantibus parricidis exijt ſanguis: quod vehemens patratæ cædis indicium, & inſita hominum animis opinio, & multi Iuriſconſultorum ac Iudicum ſtatuunt, de quo præ cæteris del Rio lib. 5. diſq. ſect. 4.

Sanguis & Aqua è latere Chriſti, clamant contra Pilatum & Iudæos.

Matth. 27.

Ibidem.

Ioan. 18.

Ibid. 7. 31.

Sanguis Chriſti Iudæos parricidij conuincit.

Rogabat D. Brigitta à Chriſto: Domine, ſuppoſito quod certiſsimè credimus effudiſſe te ſanguinem omnem pro humano genere; ex capite per ſpinas, ex pedibus manibuſque per clauorum fixuram, ex toto domùm corpore inſtar arcûs protenſo per tot tamque crudeles flagellorum myriades; vbinam quæſo remanſit ſanguis, quem in locum ille con-

S. Brig.

Vnde prouenerit ſanguis, qui è latere Chriſti manauit?

confugit, qui diuino latere effluxit poſtquàm mortuus, poſtquàm liuidus, & rigore corporis infrigidatus hæreres? In corde meo, reſpondit Chriſtus. Ergóne illud tibi Domine lancea transfixit? Non, regeſsit Dominus: ſed vehemens ille dolor ignominiarum, quas inimici mei inſultando mihi improperabant; tranſeuntes ante me in cruce ſuſpenſum, hoc concuſsit honeſti cordis adytum, & cardine ſuo eiecit: nempè vilipendiũ quo vexabant me maleuoli, velut mendacitatis architectũ, qui verba mea adimplere non poſſem, ſed coram vniuerſo mundo palinodiam canere coactus eſſem: *Vah!* blaſphemabant, *qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud*? Repetũt verba, alieni mentis meæ interpretes, quibus dixeram deſtructurum me templum, & in triduo reædificaturum illud, loquens de templo corporis mei, vt referunt Euangeliſtæ: quod inimici mei non capientes, intellexerunt de materiali Salomonis templo. Hinc illudebant & improperabant mihi cum opprobrio, intimè animum vulnerante: *Vah, qui deſtruis templum Dei*. Quaſi dicerent: Vẽtoſe miles, tumide Drãces, qui fortitudinẽ potentiamq́; tuam oris garrulitate metiris, eríſne tu qui deſtructurus dicebaris templum Dei, & in triduo reædificaturus illud? Quid non adimples promiſſa tua? Ita vera nuntiant Nazareni Prophetæ? deſcende de cruce, impotens larua. Non inuenientes aliam quâ me afficerent ignominiam, iſtam inuenêre; quæ mihi tanti fuit doloris, ait Chriſtus ancillæ ſuæ, vt viſcera diſsilirent: *Tunc crepuit cor meum*. Arnoldus Carnotẽſis Tract. de ſept. Verb. ponderans iſtum dolorem, quem Chriſtus ſentit ex iniurioſis Iudæorum opprobrijs, ita ait: *Perſtrepebant antè crucem clamores irriſorij. Et ad dolorem vulnerum cruenta plebs addebat conuitia, cingebat toruis aſpectibus quem conſpuerat, intendebat vocem & vnanimi*

Matth. 27. Improperia Chriſto in cruce illata, quàm illi acerba fuerint!

ARNOLD. CARNOTENSIS.

nimi claſsico acclamabat.: Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo readificas illud. Vocem intendebat; quaſi iam eructatura vltimam maximamque omnium iniuriarum. *Vnanimi claſsico acclamabat*; velut per hanc vocem vitam ipſi (ſufficiens enim erat calumnia talis) corpore expulſura.

Sanguis & aqua miraculosè è latere Christi prodierũt. Quamuis reuelatio S. Brigittæ me incitauerit ad hanc conſiderationem, vt & reuelationes D. Gertrudis ab Eccleſia approbatæ, nihilominùs me conformo authoritati SS. Patrum, ſentientium quòd aqua iſta & ſanguis miraculosè de Chriſti pectore manauerit. Ita inprimis ſentit Theophylactus, dicens: *Aqua egreſſa omnem controuerſiam miraculo tollit.* Euthymius: *Res*, inquit, *eſt ſupra naturam, ac manifeſtè docens quòd maior quàm homo eſt qui vulneratus, ſiquidem à mortuo homine, etiamſi quis millies eum pupugerit, non exibit ſanguis.* Sit denique omnium inſtar Doctor Angelicus, qui in 3. p. q. 66. art. 3. docet ita: *Fuit enim aqua pura miraculosè egrediens à corpore mortuo, ſicut & ſanguis.* Quid prætendis, ô Chriſte, tam portentoſo miraculo? Non ſtillat, neque ſenſim effluit leui curſu ſanguis & aqua, ſed magno cum impetu, teſte Chryſoſtomo lib. de cæco tom. 6. *Exiuit ſanguis & aqua; neque ſic exierunt vt ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu.* Vt latronis, ſcilicet corpus aſpergerent (quod ſentit idem Chryſoſtomus) eumq; baptizarēt. Cum impetu aqua prorumpebat ad eluendum latronē, qui velut catechumenus, illuminatis fidei oculis eum in tormētis confeſſus erat; dolenſque de anteactis profligatæ vitæ operibus, horum ab indulgentiſſimo Domino remiſſionem expetierat, & iam in promiſſo habebat, dicente Chriſto: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Quia ergo paradiſum illi promiſerat Chriſtus, voluit eum per aliam portam illuc ingredi, quàm illam quam ipſe recenter hominibus conſtituerat, &

Theoph. Euthym. S. Thom. S. Chrys. Latro in cruce à Christo baptizatur. Luc. 23.

Ioan. 3. exẽplo ſuo firmauerat: nempè Baptiſmum. *Pronuntiauerat Saluator: Niſi quis renatus fuerit in aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum.* Et quamuis veri baptiſmi locum & vim obtineat votum eius, ſeu deſiderium, vt Theologi loquuntur, & baptiſmus ſanguinis; verumtamen Chriſtus exiſtens in gente ignorante, ne baptiſmũ aquæ neceſſarium vilipendere crederetur, aut ſtatim in ſtatuta lege diſpenſando, vigorem illius eneruaret; obuiare voluit iſtis calumnijs, & ſimul docere quàm ipſimet legiſlatores in ſeruãdis legibus accurati debeant eſſe ad exemplum ſubditorum. Hinc vnà cum ſanguine effundit aquam de latere ſuo, vt aſperſum latronem tincturà tam nobili, ab omni ſcelerũ colluuie prorſus emundet, & per nouam atque paullò antè à ſe prædicatam ſemitam in paradiſum introducat.

Cap. II.

Solus Ioannes, cæteris Euangeliſtis tacentibus, lanceæ meminit. Quæ viderit, hauſeritque dilectus diſcipulus ex iſta lateris apertura, paucis enucleatur.

Vlnus lateris Chriſti Domini noſtri, de quo impræſentiarum agimus, ſi benè aduertiſti, ex quatuor Euãgeliſtis ſolum Ioannem, ſancti Spiritus impulſu, litteris commendaſſe inuenies. Ipſi datum fuit chronographum eſſe & teſtem oculatum: *Qui vidit teſtimonium perhibuit*, Ioan. 19. Ipſi ſoli deſcriptio vulneris quod cordi proximum fuit, reſeruatur: vt hoc Ioan. 21. facto confirmetur priuilegium quod habebat amoris præcipui; conſtetque omnibus hunc illũ eſſe *quẽ diligebat Ieſus*. Quia tribuimus cor noſtrum illi, quem amamus. Aquila, teſte Plutarcho, plus diligit pullum ouo egreſſum quod lateri cordis proximum fuit. S. Ioannes pullus erat

Digitized by Google

S. Ioãnes, pullus Aquilæ cæleſtis: præ cæteris dilectus: ſolus meminit lateris lanceâ aperti.

Aquilæ Regalis præ cæteris dilectus; qui & in cæna recubuit ſuper pectus eius. Pullus erat non degener ab amore Chriſti qui ſolus irretortis oculis ſpectare potuit radices ſplendentes in corde Chriſti, per aperti lateris feneſtrã. De aquilis, id eſt, Sanctis, dicit Chriſtus noſter: *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Nihil ergò mirum, cùm Chriſti corpus in cruce poſitum eſt, ſi illìc adſit Ioannes. Aquila inſequi ſolet exercitus ſtragem eorũ prædiuinans: quid igitur mirum eſt ſi Ioannes Chriſtum inter alios Apoſtolos ſequatur ad mortem, & intueatur vltimam ſtragem Paſſionis, & vulnus ſupremum lanceâ efferati militis inflictum? Quãuis in hoc diſſimilis ſit Aquilæ, quod illa à longè contemplatur eſcam, & procul prædam reſpicit: iſte verò propè videt cibum illum electorum, quem qui manducauerit viuet in æternum: *Et qui vidit, teſtimonium perhibuit.* Iacob vidit dumtaxat in ſomnis ſcalam, cui innitebatur Dominus: at longè plura ſunt myſteria in Chriſti cruce, quam gradus in ſcala Iacob, aut paſſus Angelorum per illam aſcendentium & deſcendentium. Balaã, quãuis irruente in ſe ſpiritu Dei, ait: *De ſũmis ſilicibus videbo eum: Intuebor eum, ſed nõ propè.* Moyſes videbat à lõgè quòd rubus arderet, & nõ combureretur: *Accedam, & videbo viſionẽ hanc magnam.* Ioannes videt cor Chriſti accenſum igne amoris ardentiſſimi, non in ſomnis, non à longè ſtans in ſublimi colle, ſed propè *vidit.* In libris Regum dicitur, hominem videre quæ foris ſunt, Deum autem intueri cor. Quod illud cor, niſi hominis? At S. Ioannes Regia Aquila meruit videre cor ipſiuſmet Dei: hinc non mirùm quod tam alta, tam profunda in Euangelij ſui auſpicio myſteria enuntiet. Aues libentiſſimè nidulantur circa ripas fluminum, & frondoſas rupes, vbi & aſpectu delectantur prætereuntis aquæ, & cantûs ſui à ſaxoſis vallibus repercuſſione

Luc. 17.

S. Ioannes propè videt Deũ.

Ioan. 19.

Geneſ. 28.

Num. 23.

Num. 24.

Exod. 3.

ſione: S. Ioannes iuxtà limpidum illum Amoris fontem nidum ſibi exſtruit; & dum alij Sancti in vulneribus manuum, pedum, flagellorum, ſpinarumque cauernulas ſuas fabricant, in quibus tutò requieſcant; latus pro habitatione ſua diligit Ioannes, & de viſceribus petræ illius myſticæ, quæ eſt Chriſtus, cantat ſuauiſsimè altiſsima diuinitatis myſteria.

Et qui vidit, teſtimonium perhibuit. Vidit, inquit: neque explicat quid viderit; Lectoris mentē ſuſpenſam tenens. Quod vſitatum in re graui, aut grandiori affectu. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus*, pſallit Dauid, loquens de magnitudine bonorum gloriæ, quibus explicandis ſe imparem agnoſcebat, eorum magnitudine & copiâ obrutus. Doctor Gentium Paulus tractans de beneficijs, quæ in admirabili ſuo raptu de manu Dei percepit, ait; *Audiui arcana verba*. Quæ ſunt illa abdita, quæ illa ſecreta Apoſtole? Reſpondet: *Quæ non licet homini loqui. Vidit*, inquit, Aquila Euangelica. Et quid vidit? Cui comprehendendo intellectus, effando lingua humana non ſufficit. Oculi D. Ioannis videntes illum lateris hiatum, defixi ſtupent; mens interim ſublimiori raptu eleuata rimatur magna illic & inſolita ſacramenta. Nos placidis hoc oculis aſpicimus, & mobilem aciem facilè aliò deflectimus: ille conſiſtit, obtutuque hæret defixus in vno. Quænam cauſa eſt tam diuerſarum vna in re actionum: videlicet quod accedamus cùm opus perfectionem ſuam, & coronidem accepit: verùm ipſe cùm iam fieret, quando fundamentum iaciebatur ſecuturi molíminis, *Vidit*. Non tam admiramur nos ſtupēdam illam Baſilicam, vulgò Eſcurial, octauum orbis miraculum, qui perfectam videmus: quàm illi qui exordia introſpexēre, tot montes marmorum, lapidum aceruos, lignorum ſtrues, operariorum myriades, machinas innumeras, omnis

Pſal. 67.

1. Cor. 12.

S. Ioannes aperto Christi latere, hæſit admirabundus ac ſtupenti ſimilis.

Digitized by Google

omnis generis artifices, huc illuc curſitantes, ſudantes, clamantes. Ita planè qui modò illam lateris Chriſti aperturam factam contemplamur, non admodùm miramur, parũ aut nihil eâ commouemur; quia myſteriorum in ea multitudinem ac magnitudinem non penetramus. At verò mirabatur S. Ioannes, quia præſens erat operi cùm fieret. *Vidit*. De illo fari licet illud Iobi: *Nõ ſicut videt homo, & tu vides*. Tu diſcipule non vides vt nos, non ſunt oculi tui ſicut noſtri, debiles, flaccidi, qui diu nequeant in rem aliquam defigi; ſed volubiles, pupillæ ſuis quaſi orbibus innatant. Tu vides quàm aptè omnibus ſua compaginentur & quadrent. Tu operis excellentiam, decus, & amplitudinem intimè ſcrutando intelligis. Vidit ille dilectus concordem omnium vnionem: vidit formationem ſecundæ Euæ, quæ eſt Eccleſia; cuius pulchritudo, gloria, diuitiæ, ſplendor in illo latere continebantur. *Dormit* (inquit S. Auguſtinus in ſent. ſent. 318. & fusè tract. 9. in Ioan.) *Adam, vt fiat Eua; moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia*. Dormiente Adam fit Eua de latere: mortuo Chriſto lanceâ perforatur latus, vt ſuperefluant ſacramenta, quibus formetur Eccleſia. Videbat S. Euangeliſta Abſalonem diuinum illigatum arbori crucis cæſarie amoris erga genus humanũ, hi fuerunt laquei ipſius: videbat transfixum non vnum cor tribus lanceis, ſed vnâ lanceâ tria corda; nempè Chriſti, matris, ac ſuum.

Iob.10.

Ioannes mira in Chriſti latere myſteria ſpeculabatur.

S. Avg.

Sed ſi tantum ex lateris vulnere dolorem percepturus erat Ioannes, cur accurrente & dirigente lanceam milite oculos non auertit? cur tam crudeli ſpectaculo non abſtinuit? Quia dilecto ſuo cõpati volebat, & Chriſto configi in cruce. Volebat per omnem vitam animo ſuo inhærere triſtem huius actûs ſpeciem: vulnere hoc animũ ſuum paſcere volebat, perpetuum agere martyrem, viuus mori. Refert Procopius

S. Ioannes martyrium diuturnum viuus ſuſtinuit.

pius, quòd regem Gothorum Theodoricum torſerit Symmachi, quem occidi iuſſerat, caput: quod ſe ſpectare putabat in piſcis capite menſis illati: ac tandem membris omnibus rigentibus huius ſpectaculi horrore, animam efflaſſe. Differentem peperit figura Chriſti in Ioanne effectum: perterret quidẽ figura Ioannem, non facit tamen ſtupere. Quando petebat à Magiſtro ſuo Ioannes matris interuentu, dextrum vel ſiniſtrum latus in regno eius; diceretque ei Dominus: *Poteſtis bibere calicem?* Reſpondit: *Poſſumus.* Acceptauit conditionem Chriſtus, & propinat hodie vt bibat. Admiſerat Chriſtus petitionem, & hodie adimplet Ioannes conditionem. Bibit Chriſtus amarum calicem Paſsionis: bibit & Ioannes. Petebat ab Elia olim Eliſeus; *Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus*: Reſpondit ei Elias: *Si videris me quando tollar à te; erit tibi quod petiſti*. Vidit abeuntem Eliſeus, & obtinuit quod petierat. Vidit Ioannes Chriſtum epotó calice de hac vita trãſeuntem, & adimpletum eſt quod petebat: guſtauit calicem Chriſti, Chriſto confixus eſt in cruce, vt cum eo regnaret in æternum. *Non videbit me homo, & viuet*; quod dictum fuerat in Exodo: at hîc in Ioanne adimpletum eſt. Moriuntur alij per manus tyrannorum: moriebatur ipſe in cruce Præceptoris ſui. Et ſicuti extremum conſummabatur ibi martyrium Dei, cui Ioannes compatiẽdo iungebatur: voluit eum Chriſtus ſic manere, neque vitam tortorum manu profundere, ſed ſuâ martyrium nobilius extendere. Vnde iterùm magnitudo Chriſti erga diſcipulum elucet. Multos pertranſit gladius per guttur: S. Ioannem per oculos. Moriebatur, & tamen viuebat. Viuebat autem iam non ipſe, ſed viuebat in eo Chriſtus: cum Chriſti anima, anima ipſius emigrauerat; in Ioannem Chriſti dolores, & amoris flammæ intrauerant.

Matth. 20. 4. Reg. 2. Exod. 33.

CAP.

Cap. III.

Lancea in mortuum Chriſti corpus adigitur. Quàm aptè Eccleſia tanta non ignara crudelitatis, vocet diram *in hymno ſuo.*

Ioan.c.19. v.34. Facti huius immanitas exaggeratur.

V*Nus militum lanceâ latus eius aperuit*. Græcè, ἔνυξε, *pupugit*, id eſt, pungendo perforauit & aperuit. O facinus crudele ac planè barbarum! *Quæ gloria* eſt proſtratis inſultare, cum victis bellare, in mortuos ſæuire? Feritas eſt, immanitas eſt pluſquàm belluina. Nam & inter feras quò quæque generoſior, hoc minùs ſæuire in mortuos ſolet. Ouidium audi:

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni:
Ira ſuum finem, cùm iacet hoſtis, habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcumque minor nobilitate fera eſt.

Philoſtratus reprehendens Poëtam, qui calamum ſtrinxerat in tyrannum defunctũ; *Inſtitutum tuum laudarem ſi viuum accuſaſſes; viuentem namq; tyrannum laceſſere virì eſſe duco, at mortuo inſultare cuiuſuis*. Plato lib.5. de Repub. vilis animi abiectique eſſe cenſet: *Mortui corpus hoſtem putare, cùm hoſtis ipſe abierit, eo relicto quo pugnabat. Quid putas eos, qui ita ſe gerunt, differre à canibus in lapides ſæuientibus, eo qui receſſit prætermiſſo?* Caſsiodorus eos perſtringens qui ſepulchra violant: *Ne corpus quod ſemel reliquerat moleſtias mũdanas, humanas iterùm patiatur inſidias: nam etſi cadauera certè non ſentiunt, ab omni pietate alienum eſſe dignoſcitur, qui aliquid mortuis abrogaſſe monſtratur*. Pilatus, licet in multis accuſandus, eouſque tamen ab humanitate non deſciuit, vt in mortuum ſibi ſæuiendum eſſe putaret: vnde corpus Domini mortuum, à Ioſepho ſepulturæ petitum, tradi iuſsit. Sed truculentus hic miles, inſtar lupi aut vrſi nondum ſanguine exſaturati, luce caſſum

PLATO.

CASSIODORVS.

cadauer telis suis impetendum ducit. Sanguinem elicere ſtudet, ex corpore iam exſangui. Adeò cæca eſt crudelitas: adeò dirum Iudæorum odium, in militis pectus lanceamq; transfuſum. Quodnam Chriſti latus, dextrum an ſiniſtrum, truculenta hæc bellua petierit, quibuſdam dubium videtur. Sed quis dubitet Iudæorum inſtinctu latus fuiſſe ſiniſtrum petitum: vt ſi quid fortè vitæ in corde remanſiſſet, hoc telo rimarentur, ac foras protruderent. Vix credunt, quod optant: oculis ſuis non fidunt: mortuúsne ſit, dubitant, qui non ſine miraculo poſt tot pœnas ac dolores vitam protrahere poterat. O Feritatis crudele ingenium, etiam poſt fata perdurantis! Meritò igitur Eccleſia ferrum lanceæ *dirum* vocat: *Mucrone diro lanceæ* cuius ſcilicet intuitu *dulces clauos*, dulces ſpinas appellare poſsimus. Tertullianus certè hunc lanceæ ictum ſignatè appellat iniuriam, lib. de anima cap. 43. *Vt perinde de iniuria lateris eius, vera mater viuentium figuraretur Eccleſia.*

Quodnam Chriſti latus apertum, dextrum an ſiniſtrum.

TERTVLLIANVS.

Sed videamus an aliam rationem exſculpere poſsimus, ob quam præ alijs Paſsionis inſtrumentis hæc lancea ſingulari epitheto *dira* rectè appellari poſsit. Tertullianus non putauit vacare myſterio, quòd Chriſtus in cruce vltimum verbum, *Conſummatum eſt*, protulerit (vt ipſe obſeruat) cum affectu doloroſo, quaſi ſcilicet doleret Chriſtus tam diu differri ictum lanceæ, quem viuus adhuc ſentire maluiſſet. Explicemus illud. Vides Principem quemdam in venatione alacrem inſequentem quâ poteſt pernicitate Aprum: qui ſi fortè & per deuia & auia in montem fugerit, & retia venatorum eluſerit; videbis Principem mœſtum atque indignabundum, cùm tamen hâc Apri fugâ multis ſudoribus ac periculis defunctus ſit. Simili modo Chriſtus, cùm ſummo ardore teneretur ſentiendi vulnera quæcumque corpori eius infligenda

TERTVLLIANVS.

Ioan. 19.

Non tam Chriſto dolet pati quàm non pati.

ſligenda erant, expectabat auidè hunc lanceæ ictum: quem cùm deficientibus viribus ſibi elapſum videt, dolet, *dirámque* exiſtimat, quæ ſe tam lento deſiderio torqueret. Non tam pati dolet, quàm pati non poſſe. Hoc eum cruciat, hoc lancinat. In eumdem Chriſti amorem refert S. Auguſtinus verbum, *Sitio*: quaſi Chriſtus illud non tam protulerit, vt adimplerentur Scripturæ, quàm vt anhelans ad fellis guſtandam amaritudinem, eius ſibi propinandi tortores ſuos admoneret. Expectabat ergo Chriſtus militis lanceam priùs quàm moreretur, vt eam viuo adhuc corde excipere poſſet: verùm cùm nimiùm tardaret, & voto ſuo ardentiſſimo nō ſatisfieret, inuitus in ſupremam vocem quod ſpiritus habebat reliquum effundit: *Conſummatum eſt*. Ah finitum eſt! aufugit à me lancea! Non veniet in tempore vt viuum inueniat, quia *conſummatum eſt*: eius pia tarditas, amori meo dira eſt crudelitas.

S. AVGVSTINVS.

Nondum ſiſto. Nouam quamdā crudelitatem detego in vulnere lāceæ; cuius ictus duos ſimul feriebat: Filium ſcilicet, per anticipatum dolorem, quem ex Matris corde tranſuerberando percipiebat; & pijſſimum Matris pectus, quod eodem ictu percellebatur. Per expreſſam legem vetuerat Deus, ne in lacte matris hœdus coqueretur. Hîc videre licet lugubri ſpectaculo in ſanguine Matris mori Filium, & in ſanguine Filij mori Matrem. Nō latuit hoc Simeonem iuſtum, cùm ait Virgini: *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit*. Aduerte in ſingulari ſtylo non dici, *Tuam ipſam*, quod verba Grammatices exigere videntur; ſed, *Tuam ipſius*, inquit, id eſt, Tua anima, quæ ipſius eſt anima. Pondera verbum, *pertranſire*, quod eſt tranſire, vel progredi de vno in aliud. *Gladius pertranſibit*: quia dolores quos culpæ noſtræ Chriſto inflixêre, per corpus Filij crudeliter ad animam Matris tranſierunt. Et lancea quæ Chriſti mortui pectus

Lancéa vno ictu Chriſtum, eiuſque Matrem ſanctiſſimam ſauciauit.

Luc. 2.

Digitized by Google

pectus aperuit, vulnerauit cor Virginis Mariæ viuum.

Iudæi per omnes vias modoſque Chriſto vitam eripere tentant.

Tres differẽtes olim inter Philoſophos ventilatæ ſunt opiniones, in qua corporis parte primariò reſidebat vitá. Quidam aſſignarunt ſedem eius ſanguinẽ, quaſi vehiculum animæ; neq; ita hallucinari videtur, captá occaſione ex eo quod dixerat ipſe Deus in Leuitico: *Anima carnis in ſanguine eſt.* Alij aſſignarunt pro vitæ principio cor, velut primum viuens, & vltimum moriens. Poſuêre alij radicem eius in cerebro. In hâc opinionum confuſione credibile eſt fuiſſe Iudæos, qui adeò ſollicitè inhiabant vitæ Chriſti inſidiatores impij. Quapropter, nè fortè ne vnam ſequendo oberrarent, omnes opinionum vias experiuntur. Quibuſdam placet vitæ ſedem in cerebro eſſe? ergo texetur corona ſpinarum penetrantium, quæ ipſi cerebrum transfigant: ſi illa ſit animæ ſedes, eam indè excutiamus. Alijs videtur eſſe in ſanguine? exhauriamus illum crudelibus flagellis, terebremus manus & pedes, per mille portas ſanguini viam faciamus. Reſtabat iam tertium animæ cõclaue, quod eſt cor. Perrumpat illud lancea, lato ſatis ferro, & probè acuminato mucrone latus petatur, transfigatur: omnes cordis angulos rimemur, vt de eius morte ſecuri ſimus. Chriſtus verò ait: *In vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* *In vanum quæſierunt:* quia iam à corpore diſceſſerat. *In vanum quæſierunt*: quia contra ipſos ſtabit ſanguis, quem ita profundere anhelant. Proruent gladijs Romanorum, vt pecora macello deſtinata. Pro inſidiatoribus ac fallacibus à toto Orbe habebuntur, ac proſcribentur.

Leuit. 17.

Pſal. 62.

Odium humanum quàm inquietum & inſatiabile.

Redeamus ad Iudæorum in Chriſto perſequendo pertinaciam. Ira pariò contenta non eſt. Ingens odium ſimplici vltione non ſatiatur: plura requirit: numquàm ſibi ſatisfacere videtur. Auerſabatur Saul Dauidem velut hoſtem, qui

Digitized by Google

qui ſibi regnoque inſidias ſtrueret. Igitur conſtituit eum tollere è medio: & quâdam die *miſit lanceam, putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete*; vel vt Caietanus ex Hebræo tranſtulit. *Et dixit, Percutiam Dauid, & in parietem*. Tenet manu lanceam Saul, & eam in Dauidem vibrare cogitat: priùs tamē deliberat ſecum, ne aberret ictus: Vulnere eū perſtringam? parum eſt. Ferrum pulmone recondam? & hoc parum eſt. Per totum corpus adigam? non ſufficit. Toto impetu eam euibrari neceſſe eſt, vt per corpus eius exacta, in parietem perueniat, atque ita Dauidem parieti affixum videre poſſim, deq; eius morte me ſecurum reddam. Ita videas aliquos inter duellandum hoſti iam cæſo & proſtrato, plures ictus ingerere, quaſi plus ſemel mori poſſet. Sic humana ſe odia explicant. Alij quem perditum cupiunt, paulatim perdunt. Primùm errores eius taxādo contemptibilem reddunt: poſteà mendacijs infamant: vitæ denique inſidiantur; mortuo tandem inſultant. Vide nunc & expende Iudæorum odium in Chriſtum. Non ſufficit videre planè diſiectum; non ſufficit videre ſine honore, ſine gloria, nouiſſimum virorum; non ſufficit eum raptaſſe de tribunali in tribunal, falſos in eum teſtes excitaſſe, cōtumelijs oppleuiſſe, cōſpuiſſe, flagellaſſe: clamāt inſuper, *Crucifigatur, Crucifigatur*. Vox barbara, qualis Chaldæorum iſta deſtruentium Ieruſalem: *Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea*. Non ſufficit deijcere tecta parieteſq; ſternere, domos euertere, vexare captiuos incolas, alios mortuos, alios cæſos, paruulos ad petram alliſos; de vteris matrum auulſos, iuuenes gladio, viros fune enectos, ſubactas mulieres, virgines humiliatas? Non, non remaneat lapis ſuper lapidem, ſepeliatur ipſa gentis Iudææ memoria: *Non memoretur nomen Iſrael vltrà*. Hic certè dæmonis mali genius eſt; ad vltimum odia ſua perſequi

1. Reg. 10. CAIETANVS. *Matth. c. 27. v. 23.* *Pſal. 136.* *Pſal. 82. v. 5.*

qui

ſequi. Quare cùm eius furori Dominus Iobum permiſiſſet, leges ipſi imponit & modum,
Iobc.2.v.6. quem non tranſiliat. *Verumtamen animam illius ſerua.* Diuerſa eſt conditio Dei, qui etiamſi permittat puniri Iob propter fines ſibi cognitos, vult ſeruari vitam. Dum iubet abſcindi excelſam arborem (Nabuchodonoſoris figuram) vult tamen remanere germen, neque radicem euelli: *Succidite arborem, & præcedite ramos eius, excutite folia; Verumtamen germen radicum eius in terra ſinite.* Dan.4. Non intendit Deus conſumere, ſed renouare arborem, poſtquàm cognouerit poteſtatem eſſe cæleſtem, & dominari Excelſum ſuper regnum hominum. Si homo ſtatueretur huius caſtigationis executor, parum ei videretur illum ſuccidere, præſcindere ramos, excutere folia, fructus diſpergere, truncum abſcindere, haud dubiè progrederetur vt auelleret radicem, nè ſupereſſet ſpes aliqua reuireſcendi. Habet hoc homines, vt in paſſionum ſuarum executione plus nimium excedant.

Apoſtrophe ad peccatores, Iudæos, lanceam.

Nondum ſufficit vulneratum eſſe à Iudæis propter peccata veſtra peccatores? Inſuper cum per vos ipſi torquere & ſauciare pergitis? Neque vno vulnere contenti eſtis; peccata peccatis, vulnera vulneribus additis. Iudæis certè crudeliores eſtis, quorum feritas animo veſtro nondum ſatisfeciſſe videtur. Audite Chriſti querelam, nõ tam ad Iudæos quàm ad vos pertinentem: *Et ſuprà dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Pſal.68. Ad vos nunc redeo, perfidi Iudæi, gens barbara, ferarum ſoboles, beſtiarum genimina, in quibus nullus humanæ manſuetudinis hoſpitatur ſenſus: quid vos mouet, immites leænæ? Videtis mortuum, ſpinis transfixum, flagellis obrutum, fœdè conſputum, ignominijs oppletum, humeros crucis pondere fractos, manus, pedeſq; clauis trãsfixos; laceræ fluũt carnes, tota corporis harmonia diſſoluta eſt; non remanſit pars quæ inexplicabiles

Digitized by Google

plicabiles dolores particulatim non ſenſit; denique extremum halitum extraxiſtis, ſine anima eſt: quid quæritis? quid intenditis? Frangitis mortuum. Quocum? Ferratâ cuſpide. Rumpite, frangite, dilacerate: per iſtas crudeles manus effodietur nouus fons in iſta myſtica petra. Et tu, quamuis crudelis, Felix tamen lancea, quæ perua ſiſti vſque ad ipſum Chriſti cor. Quid mirum ſi trahas poſt te diuinæ Matris, dilecti diſcipuli, & fidelium corda deuotorum? Magnetem attigiſti. Sed quis te docuit tam dextrè cor Chriſti incurrere, vt relinquas ſubtiliter apertum? Clauis fuiſti, ô lancea, quæ cæleſtem nobis theſaurum aperuiſti: ſis mihi nunc lingua, cùm talis appareat tua figura, vt proferam aliquid de multis magniſque myſterijs, quæ ibidem abſcondita vidiſti.

CAP. IV.

Grande myſterium eſt lateris apertio, typicè olim in multis adumbrata.

ITa Spiritus ſanctus diſtinctam gerens omnium curam, ſuaui ductu & motione omnia diſpoſuit, vt in ſacris veteris teſtamenti paginis non vnâ figurâ præſignaretur ſacrum hoc vulnus, quod vnus tantummodò Euangeliſta, neque prolixis verbis narraturus erat. Supra modũ ſolemne fuit, & notatum ab omnibus pænè ſanctis myſterioſum factum, quando è dormiẽtis Adami latere mulierem Deus extraxit. Sufficiunt modò Magni Auguſtini verba ad illud: *Lanceâ latus eius aperuit.* Sic enim ait: *Non dixit, percuſsit, aut vulnerauit, ſed aperuit. Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt, vt illud quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Eccleſiæ Sacramenta manarunt.* Adam, typus Chriſti in cruce vulnerati. S. AVGVSTINVS.

In Arca Noë legimus portam fuiſſe, per quam omnia Porta in Arca Noë.

 ani-

animalia terræ ingreſſa ſe ſaluarunt. Fuit vmbra iſta diuinæ portæ in latere Chriſti patentis, per quam omnes intramus, nè diluuio abſorbeamur. Id myſterij ſagacitate ſolerter cognouit Pater meus Auguſtinus: *Quod oſtiũ in latere accepit, profectò illud eſt vulnus, quando latus crucifixi lanceâ perforatum eſt: hoc quippe ad illud venientes ingrediuntur.*: In eo ſolùm diſcrepant hæc duo oſtia; quòd iſtud fuerit clauſum, *clauſitque oſtium Dominus deforis*; hoc reſeratum omni tempore omnibus patet. In eadem Arca Noë in ſuperiori parte videbatur feneſtra, quã aperiens emiſit columbam, vt videret ſi iam ceſſaſſet aquæ ſuper faciem terræ. Hanc feneſtram Magiſter ſcholaſticæ hiſtoriæ affirmat cryſtallinam fuiſſe, ſiue ſpecularia vitrea: vt ſimul præberet ingreſſum luci, & ab aqua defenderet Arcam. Quamuis Doctores Hebræi dicãt fuiſſe pretioſiſſimum lapidẽ inſtar carbunculi, qui lucis ſplendore Arcam illuminabat: hoc enim ſignificat Hebræum *Tſohar*, & Græcum διαφανὴς, vt vertit Symmachus. Fuit hæc feneſtra typus myſterij præſentis, vulneris hiantis in ſanctiſſimo Chriſti latere, in ſuperiori parte myſticæ Arcæ: per quod tãquàm per ſpeculare cryſtallinum diſcooperta ſunt viſcera eius; feneſtra ſplendidior carbunculo, & quouis pyropo rutilantior, cùm per radiantiſſimum ardentiſſimi amoris ignem, quo ſuccenſum cor Chriſti flagrabat, proſilientibus vndique ſcintillis, vniuerſam Eccleſiam illuſtrarit.

AVGVSTINVS

Feneſtra in eadem Arca.

SYMMACHVS.

In templo Salomonis typus fuit Chriſti in cruce poſiti, vel, vt clariùs dicamus, eius iconographia ſpeciem referebat hominis in cruce protenſi. Iam verò, *oſtium lateris medij*, ait Scriptura, *in parte erat domus dextra, & per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium.* Abbas Rupertus in hoc conſiderauit alteram portam apertam in latere Chriſti Domini noſtri: *Oſtium*

Oſtium in latere tẽpli Salomonis.

3. Reg. 6.

RVPERTVS.

Oſtium lateris templi, vulnus eſt in latere lanceato Dominici pectoris; præter quod non eſt aditus, neque ianua per quam intret quis, in quo quis ordine coram Deo ſtare poſsit. Templum, vt retuli, formâ ſuâ referebat hominem cruci affixum. Fecerat autem in illo Airam (vir de Tribu Nephthali, artifex ærarius) balneũ, ſeu mare fuſile æneum, vbi ſe lauabant Sacerdotes. Eratque iſtiuſmodi poſitionis, vt iuxtà æquiſſimum computum ſeu menſuram paſſuum templi arithmeticam, & quantitatem corporis humani in cruce poſiti, ſeu cruciformem, mare illud incideret in latus Chriſti. Quo ſignificabatur latus illud veriſſimum eſſe mare, quod ſanguine ſuo & aquâ omnium culpas abluit ac deterſit.

Balneum æneum in eodem Templo.

Origenes ingenitâ ſibi ſubtilitate allegorizans, tres iſtos lanceæ ictus, quos Ioab cordi Abſalonis infixit, vmbram fuiſſe tenet iſtius quæ infixa eſt Chriſto, qui vti alter Abſalom pendebat ex arbore crucis, charitatis capillis illi illaqueatus: illi vnus militum lanceam infixit, hoc diſcrimine quòd Ioab triplici lanceæ ictu cor vnum transfodit, miles vno ictu trium corda in vno, nempè S. Ioannis, Magdalenæ, & tertium gemebũdæ Matris ſuæ.

Abſalon tribus lanceis transfixus.

Prophetiam huius in Zacharia habemus: *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Ecce ego cælabo ſculpturã eius, & auferam iniquos terræ illius in vna die.* Erunt, ait Propheta, ſeptem oculi ſuper lapidem vnum. Vel ſignificant hi oculi ſeptem ſpiritus Angelicos, omnium Primates, qui aſsiſtunt ad gubernationem mundi & Eccleſiæ. *Et à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt*; vel intelligitur per eos Deum habere curam & oculos fixos ſuper petram, quæ eſt Chriſtus, nè ſine imperio & ordinatione ſua quiſquam illam formet aut applicet: atque ita ſe demonſtrat præcipuũ operum ſuorum authorem: *Ecce ego cælabo ſculpturam eius.* Sed an non dolarunt & ſcalpſerunt

Lapis à Deo ſculptus. Zachar. 3.

Apoc. 1.

Digitized by Google

pſerunt myſticam iſtam petram Iudæi impij lapicidæ? ita quidem. Verùm aderat præſens ipſe Deus: ipſe quaſi operis inſpector, aſtabat. Niſi enim ipſe ordinatione ſuâ omnia direxiſſet, quod opus formaret inculta crudelis operarij manus? *Ecce ego cælabo iſtum lapidem clauis crucis, & lanceâ militis faciam vulnerari*, dicit ex perſona Dei Hieronymus. Clariùs exprimit tranſlatio Aquilæ: *Sculpam aperturam eius*: quænam eſt iſta? non aliam credite quàm illam lateris, lanceâ patefactam & exſculptam. *Lanceâ latus eius aperuit*.

S. HIERONYMVS.

Aqua egrediens à dextro latere Templi. Ezech. 47.

Inter omnes eſt famoſa & illuſtris prophetia Ezechielis, deſcriptionẽ Templi facientis: *Conuertit me ad viam foras portam exteriorẽ, viam quæ reſpicit ad Orientem; & ecce aquæ redundãtes à latere dextero, & ait ad me: Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli Orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ. Et omnis anima viuens, quæ ſerpit, quocunque venerit torrens, viuet; & erunt piſces multi ſatis poſtquàm venerint illuc aquæ iſtæ*. Sed quod illud Templum de quo loquitur Scriptura? Sanè non aliud niſi corpus Chriſti Domini noſtri, de quo ipſe per Ioannem ſuum dixit: *Soluite templum hoc*. Affirmat ſiquidem Propheta res quæ in illo Salomonis templo numquàm fuerunt completæ, nec vllo tempore cõplebuntur. Commune eſt hoc ſacris ſcripturis, vt ſub rebus corporalibus diuina tegãt myſteria, & in rebus viſibilibus inuiſibilia tractent negotia. Obſeruarunt hoc crebrò Patres & Interpretes, docentes non tam in cortice litteræ, quàm quid ſub eo deliteat inueſtigandum. Quod tangit S. Auguſtinus ſerm. 44. de verb. Domini: *Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus ea quæ faciebat corporaliter, & ſpiritualiter volebat intelligi*. Tale eſt & iſtud quod modò explicamus. *Mare* vocatur mundus iſte in ſacra Scriptura, multiplici

Ioan. 2.

AVGVSTINVS.

Digitized by Google

tiplici miſeriarum tempeſtate ferueſcens. *Aquæ multæ, populi multi.* Propheta tamen citatus de Mari mortuo loquitur, in quo (teſte Ariſtotele in ſuis Metheoris) neque piſces ſunt neque genus aliquod aquatilium. Cùm verò aqua egrediens de templo Salomonis, influenſque in Mare mortuum, nunquàm animarit aquas, vt piſces procreauerint, quod tamen euenturum affirmat Propheta; conſequitur, non eſſe hæc verba intelligenda de aqua iſta materiali, ſed de alia diuina ac myſtica. Quid igitur erunt aliud aquæ redundantes à latere dextro, vel vt Hebræus quidã vertit, aquæ phialantes à latere dextro, quàm illa aqua quæ exijt de latere Chriſti? Hæc illa erat aqua Iordanis, quæ eſt terminus Orientalis terræ Promiſſionis, iuxtà Liranum: iſtac inde intrauit in Mare mortuum huius mundi ſanãs homines, viuificans languidos, exſuccos roborans, vitam impertiens cuiuis in peccatis mortuo. Trahit hoc non minùs eleganter & doctè D. Hieronymus cum alijs ad Baptiſmum qui cœpit in Iordane: quoniam aqua Baptiſmi (ab Apoſtolo *lauacrum regenerationis* nuncupata) vitam det omnibus quos abluit. Adiunge ad hæc, in quodam non vltimæ authoritatis inter ipſos Hebræos libro affirmari, quòd illa aqua quæ exibat de templo, vltimò referebat figuram crucis: Aqua autem Baptiſmi vim abluendi peccata accepit à Paſſione & ſanguine Chriſti. Vnde fortaſſis profluxit quod Sacerdos crucem faciat in Baptiſmi aqua, antequàm baptizat. Igitur aqua & ſanguis exiens de latere Chriſti vitam mundo mortuo largita ſunt, efficaciam Iordani, virtutem Baptiſmo: vt iuxta Prophetæ effatum, ſint iam in Mari hoc mortuo *piſces multi ſatis*; & ſanentur, & viuant omnia ad quæ venerit torrens: id eſt, Mundus marcens & ſterilis nouam faciem induat, & veluti repubeſcat in priorem ſtatum quem antè Adami

S. HIERONYMVS.

Ad Tit. 3.

Digitized by Google

peccatum habebat. Quando ſcilicet *Fons aſcendebat à terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ*, Geneſ. 2. Vtrùm fons iſte fuerit vapor (vt cũ Hebræis quibuſdam ſentiunt Pererius & del Rio, qui Hebræum *ed* vaporem vertunt) quem ſol vi ſuâ attrahens, noctis frigore concretum, in rorem & humorem reſolueret; an verus fons, vt opinantur alij, cuius origo abſcondebatur, quem mundi initio ſtato tempore inſtar Nili exũdaſſe putat Auguſtinus lib. 5. de Geneſi ad litteram, non ita certum eſt. Cæterùm qualiſcumque is fuerit, figura fuit eius fontis quem è Chriſti latere Deus excitauit, in principio renouationis generis humani, ad omnium animarum irrigationem.

Fons paradiſi. *Geneſ. 2.*

AVGVST.

Cap. V.

Plurimum gratiæ, myſterij, & multiformis amoris ex reſerato Chriſti latere in nos deriuatum eſſe monſtratur.

Ioan. c. 19. v. 35.

L*Anceâ latus eius aperuit.* Si quando mulier in puerperio moritur nondum edito fætu, ferro incîdi ſolet vt fœtus ſaluetur. Atque hinc dicti Cæſones, & Cæſares: quaſi matris vtero exciſi. Chriſtus Dominus ſicut nõ erat priuatus homo, aut vnius ſaluti deuotus, ſed cõmunis & omnium parens, innumeros fœtus corde geſtabat: *Generationem eius quis enarrabit, quando abſciſſus eſt de terra viuentium?* Hos dum in Crucis arbore parturit, & in meliorem lucem edere nititur, inter acerbiſſimos dolores animam efflauit. Adeſt illicò cæleſtis Medicus, qui Longini ſectoris manu latus eius incîdit, vt ita viam faceret naſcituris fidelibus. Hoc exordiũ fuit Eccleſiæ: quæ vnicè ab illo dilecta naſci ex corde debuit, ſede amoris; meliori ſorte, quàm fabuloſa illa Minerua ex diffiſſo Iouis cerebro exſilijt.

Apertum Chriſti latus, vt inde naſceretur Eccleſia.

Iſaiæ 53.

Lanceâ latus eius aperuit. Fons aut amnis, obice vel aggeribus impeditus, exitum non habens in ſe reſtagnat: campis interim, quos irrigare debebat, ſitientibus. Chriſtus

Cor Chriſti, fons in ſe reſtagnans.

Chriſtus, fons erat multiformis gratiæ Dei, quæ quamuis tempore legis antiquæ hominibus non negaretur guttatim tamen manabat: neque enim conueniebat in ſeruos liberali manu largiter profundere. Frangatur ergo nobis Chriſtianis hîc obex, rumpantur aggeres: pateat exitus cæleſti riuo, vt reſtagnantes in ſe vndæ toto impetu animas noſtras inundent. *Et continuò exiuit ſanguis, & aqua.*

Ioan. c. 19. v. 34.

Cor Chriſti crumena.

Lanceâ latus eius aperuit. Cor Chriſti cremuna erat, in qua reconditæ erant diuitiæ cæleſtes, pretium redemptionis noſtræ, benedictionum omnium theſauri. Solent autem ingenioſi fures, vbi vidulum aut crumenam gordio aliquo nodo conſtrictam vident, cultro illam incidere. Occluſi erant nobis liberalitatis diuinæ theſauri: anhelabant ad hos priſci Patres. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Accede miles, & lanceæ tuæ nouaculâ hanc nobis crumenam aperi: perfora miſericordiæ viſcera: diuitiæ cæleſtes tot per ſæcula reconditæ lucem aliquando aſpiciant.

Iſaiæ 45.

Lancea in Chriſtum verſa, reconciliationis ſymbolũ.

Lanceâ latus eius aperuit. vt cõſtet omnibus amicitiam reparari inter Deum & hominem, & diſſolutum pacis vinculum de nouo colligari. Qui pacem tractat, lanceam aſſumit verſâ in ſe cuſpide, parte quæ inermis eſt & ferro vacat in alterum conuerſâ. Aſpice, ô homo! lanceæ cuſpidem, quâ tu feriri debebas & transfigi, vertit contra ſe Chriſtus, in ſignum quod aduenerit tempus pacis & concordiæ.

Lanceâ probatur Chriſti amor.

Lanceâ latus eius aperuit. Vt videremus an Chriſtus tot flammis tribulationum concoctus, eſui aptus foret, vt eum manducarent homines, qui de ſeipſo dixerat: *Caro mea verè eſt cibus.* Caponem prandio deſtinatum, deplumatum affigis veru, verſas & reuerſas; & vt ſcias an probè aſſatus ſit, cultrò infixo probas. Similiter vult Chriſtus Dominus vt lancea mani-

Ioan. 6.

Digitized by Google

manifeſtet & aſſecuret hominem, ſe optimè aſſatum amoris igne, vt eo veſci poſſit.

Lanceâ latus eius aperuit. Egit lancea officium clauis, quæ aperuit & clauſit ſecreta cordis Chriſti. Mirum hoc videtur, & contradictio in verbis; ſed eſt ipſiſsima veritas. Arrigite aures. Scribis epiſtolam, claudis eam triticeá formulâ, & deinde aciculâ pungis. Ad quid iſtud? Non vides quod chartam frãgas: Verùm iſtis puncturis manet & ſecurior & firmior chartæ clauſura. Iã nũc patet quàm aptè lateris apertionẽ S. Ioannes vocauit puncturã *Aſpicient in eum, quem pupugerunt*; quod propriè de lateris vulnere intelligunt Commentatores. Nolite iam mirari quòd dixerim aperiri & claudi eodem ictu latus Chriſti: claudebatur Iudæis Chriſtus (tamquàm Liber ſigillatus) ob perfidiam & eorum impietatem, vt videntes nollent videre, intelligentes nollent intelligere; aperiebatur nobis, rumpente militis lanceâ ſigilla ſiue ſignacula quibus occluſus erat. Mira legit ibidem Centurio: *Verè Filius Dei erat iſte.* Mox & illi legerunt qui reuertebantur domum gementes, & *percutientes pectora ſua.* Legebant (res ſtupenda!) inanimes creaturæ, cælum, terra, petræ, velum templi, illum eſſe Conditorem ſuum qui pateretur. Ipſimet mortui legerunt, exeuntes de monumentis ſuis.

Ioan. 19.

Chriſtus Liber Iudæis clauſus, apertus fidelibus.

Matt. 27.

Luc. 23.

Lanceâ latus eius aperuit. Vt per hanc veluti feneſtrã introſpiceret homo, ac videret quàm ex corde omnem iram Deus depoſuiſſet, & generi humano reconciliatus eſſet. Optabat olim quidam in pectore humano feneſtram conſtitui, vt per eius cancellos cor cuiuſque aſpici poſſet. Deſiderium inutile: quia ſi feneſtra cordis foret, nec ipſe ſuas adinuentiones alios celare potuiſſet. Soli Chriſto hoc erat reſeruandum. Hodie feneſtra lateris manifeſtat pium & ſyncerum Chriſti pectus: per vulnera patent viſcera miſericordiæ: omnes eius

Vulnus lateris, feneſtra eſt cordis Chriſti.

eius angulos curioſo oculo excutere poſſumus. Laocoon Troianus ligneum equum, quem Græci ad Mineruæ numen placandum ſe offerre finxerant, ſuſpectum habens; vt experiretur num intra eum hoſtis armatus deliteſceret,

VIRGIL.
Validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque feri curuam compagibus aluum
Contorſit : ſtetit illa tremens, vteroq; recuſſo
Inſonuêre caua, gemitùmque dedêre cauernæ.

Quo tamen facto nondum patuit Græcorum dolus, qui noctu ex equi vtero erumpentes, vino ſomnoque vrbem ſepultam oppreſſerunt. Hoc autem lanceæ ictu ſummè ſecurus redditur homo: quidquid in Chriſti corde deliteſcit, non eſſe niſi tenerum, niſi delicatum, niſi amorem: *Cor meum tamquàm cera liqueſcens.* Pſal. 21.

Cap. VI.

Ex miraculoſa effluxione ſanguinis & aquæ ex corporis mortui latere, profundiſſima myſteria eliciunt Sancti Patres.

Et cōtinuò exiuit ſanguis, & aqua. Ex latere primi Adami formata eſt mulier, quæ fuit origo & fons humanæ perditionis: ex latere ſecundi Adami naſcitur fons noſtræ redemptionis, *Sanguis & aqua.* Vtrumque magno miraculo. Nam ſanguis, vt Ambroſius, poſt mortem in corporibus noſtris congelaſcit: vnde (vt ſuprà cenſebat Euthymius) à mortuo homine etſi millies quis eum pupugerit, non exibit ſanguis; multò minùs vera aqua. Hanc verò, quæ è latere Chriſti prodijt, veram fuiſſe aquam declarat Innocentius III. in Decretal. de celebrat. Miſſarum. Quod enim ſectarij quidam dicunt in pericardio aquam contineri; falſum eſſe docent Medici peritiſſimi, humorem ei tribuentes

Aqua lateris Chriſti, vera fuit aqua, adeoque miraculoſa.

AMBROS.

EVTHYM.

Digitized by Google

buentes flauum colore, ſapore amarum, adeoque biliosum.

Sanguis Euchariſtiam; Aqua Baptiſmum ſignat.

Sanguis & aqua. Myſteria quæ inde Patres eliciant, breuiter attingemus. Ac primum cum Cyrillo & Chryſoſtomo notat Auguſtinus, aquâ Baptiſmum exprimi, ſanguine Euchariſtiam. Per aquam regeneramur, & ſanguine nutrimur: & quia illud Sacramentum eſt maximè neceſſarium, hoc verò præcellentiſſimum; hinc ſub duobus omnia reliqua comprehenduntur. Atque S. Auguſtinus aſſerit alibi, ex Chriſti latere Sacramenta Eccleſiæ promanaſſe.

S. AVGVS.

Chriſtus quomodo oues ſuas paſcat.

Sanguis & aqua. Eſt Chriſtus Paſtor diuinus; nos oues: felices ſi vocem eius audiamus. Salit ſanguis purpureus ad tingendas ſignandaſque oues ſuas: ſalit aqua, vt habeant perennem & nunquàm turbidum fontem vbi bibant: *Ad fontes aquarum potabo eos.*

Iſaiæ.49.

Cor humanũ liber eſt mandatorum Dei.

Sanguis & aqua. Cor noſtrum liber eſt, in quo exarari debeant mirabilia Dei, durare characteres capitales virtutum. Igitur ſanguis ille ſeruiet ad illuminandos characteres Alphabeti noſtri: & aqua fortis, ad mundandas maculas, & eradendas veteris malitiæ culpas animo noſtro inſculptas.

Chriſti Sanguis, Mare Rubrum.

Sanguis & aqua. Maris rubri aquæ coloris erant ſanguinei, vt multi referunt, ex vicinitate montium terræ rubræ. in hoc mari ſubmerſo Pharaone cum Aegyptiorum exercitu, filij Iſraël ſicco veſtigio per ſtantes hinc inde vndas in oppoſitum littus ſalui euaſerunt: typum gerentes Chriſtianorum, qui hoſtibus ſuis, id eſt, peccatis in Mari rubro quod è Chriſti latere manauit, ſubmerſis, incolumes euaſuri erant in portum ſalutis æternæ.

Chriſtus latus, mandibula Sãpſonis.

Sanguis & aqua. E maxilla Philiſthinorum ſanguine cruentatâ, quam manu tulit Sampſon, exijt aqua, nè ſiti moriens Sampſon, incideret in manus incircumciſorum: & hic ſalit ex Chriſti latere ſanguinolento exſilit aqua, ad temperandam

ſitim

ſitim animarum fugientium à facie peccati: *Venite* nunc *ſitientes ad aquas, bibite, emite ſine argento, ſine pretio.*

Iſaia.53.

Sanguis & aqua. Iuxtà Hieronymum erant duæ diuerſæ petitiones, vel potiùs petitio vna & promiſſio. Dixerat Chriſtus: *Qui crediderit in me, flumina de ventre eius fluent, aquæ viuæ*: & hauſturos nos in gaudio de fontibus Saluatoris prædixerat Iſaias. Iudæi verò inclamarant: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Ideò ſaliebat è Chriſti latere ſanguis & aqua: Sanguis ad caſtigationem pertinacium, & aqua pro remedio reſipiſcentium.

Sanguis & aqua, duorum petitioni ſatisfacit. *Ioan.7.* *Matth.27.*

Sanguis & aqua. In ſignum quod ſint duo Baptiſmata ad intrandum in Eccleſiam vnum conſtans ſanguine, alterum ex aqua: Sanguinis, Martyrium eſt, per quod intrarunt pueri Innocentes, quos velut nouella germina, prima perſecutionis pruina decoxit; illud aquæ Baptiſma eſt ordinarium & commune. Itaque quia latus Chriſti porta eſt Eccleſiæ; ſtatim in eius veſtibulo adeſt luſtralis aſperſio.

Sanguis & aqua, duplex Baptiſma denotat.

Sanguis & aqua. Duo Sacramentorum genera habemus in Eccleſia, quædam neceſſaria ſunt neceſſitate medij ad ſalutem, cætera neceſſitate præcepti. Per generis prioris diuina ſymbola primam gratiam conſequimur rectè à doctis Sacramenta mortuorum appellata, qualia ſunt Baptiſmus & Pœnitentia, tam ſibi ſimiles, vt ſæpè ſoleant mutuari à ſe inuicem nomina. Poſterioris generis ſunt alia, inter quæ præcellentiſſimum eſt Euchariſtia, per quam in gratia accepta perſeuerantes vitam manentem habemus. Sicut ad vitam habendam neceſſarium eſt naſci; & comedere, ad ſeruandam. Hoc igitur præſtat animæ ille ſanguis & aqua: hâc renaſcimur illo nutrimur.

Aquâ renaſcimur, ſanguine potamur.

Sanguis & aqua. Sanguis alimentum eſt, & non potus: cùm omnia quæ nos paſcunt & alunt, priùs quàm poſſint

Sanguis Chriſti, alimentum & vehiculum.

eſſe alimentum conuerti debeant in ſanguinem. Aqua verò eſt potus, vehiculum alimenti, & non alimentum. Hîc paradoxum exiſtit Chriſtianum; quod ſanguis ſit potus, *Sanguis meus verè eſt potus*, & ſimul ſit alimentum, viuificans nos per ſuam incorporationem. *Ioan. 8.*

Sanguis Chriſti illuminat intellectũ.

Sanguis & aqua. Copioſus ſanguis multa quandoque mala corpori procreat. Inter alia ingenium reddit hebes & obtuſum, impediendo vigorem, habilemque ſenſuum vſum. Quare militibus extrahebatur olim ſanguis, aut pœnæ aut medicinæ gratiâ, teſte Aulo Gellio: *Opinor factum primò in militibus ſtupentis animi, & à naturali habitu declinantis, vt non tam pœna quàm medicina videretur.* Econuerſò ſanguis Chriſti illuminat intellectum, largitur ſapientiam, vtpotè aquâ dilutus: *Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum.* *Eccli. 15.*

Sanguis & aquâ, præſtantiſſimũ pharmacũ contra omnes animæ morbos.

Sanguis & aqua. Albertus magnus, ſolers naturæ indagator, refert ex ala dextra columbæ ſanguinem elici, qui medeatur opthalmiæ, ſimiliue oculorum infirmitati. Ex varijs quoque arboribus, vitibuſque putatis ſuccus aquoſus effluit, eidem effectui ſeruiens. Ita pariter ex latere Chriſti (columbæ ſine vllo felle culpæ aut amaritudinis, mitis enim eſt & humilis corde) ſanguis exit ad depellendas cæcitatis noſtræ ſquamas, vt lucem videamus: & ex iſta vite ſucciſa (qui de ſe alibi, *Ego ſum vitis vera*) *Ioan. 15.* profluit viuifica aqua ad curandam lippitudinem & omne oculorum noſtrorum vitium. Audite Prophetam: *Aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt.* *Iſaiæ. 35.* Quid ita? aut vnde hæc nobis medicina aduehitur? *Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ.* *Iſa. c. 35. v. 6.* Ita ſcilicet, ſed vt ijs irrigati campi floribus rideant, ſegetibus veſtiantur, fructibus grauentur. Non hoc ſolùm, ſed vt inſuper omne genus morborum fugent & toto Orbe eliminent: *Saliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit ligua mutorum.* Quod dicitur de naturalibus quibuſdam

buſdam balneis ſeu thermis, eas omni morborum generi mederi : Id iure præcipuo competit balneo Lateris Chriſti, ex ſanguine & aqua temperato. Aperit oculos cæcorum. Vide Cẽturionem: in hoc viſum recuperauit. Tribuit aures. Illud vide in petris, quæ mortem ſentiunt Chriſti, & audiunt validam vocem cum qua exſpirauit. Tribuit pedes. Illud cerne in mortuis, qui exſiliunt de tumulis ſuis : *Monumenta aperta ſunt , & ſurrexerunt multa corpora Sanctorum , & introierunt in Sanctam ciuitatem.* Matth. 27.

Apoſtrophe ad Chriſtũ Crucifixum.

O Sacroſanctè ſanguis , ô aqua viuifica , quæ tam pretioſo lateris hiatu effluxiſtis: diuina ſcaturigo , pharmacum admirabile , medicina cæleſtis , fons ſuauiſſime ac ſaluberrime. O Ieſu dulciſſime , Iudæis petra contradictionis , lapis adiutorij noſtri : verè nunc , ſi vnquàm dicere potes de inimicis tuis: *Perſecuti ſunt hominem inopem , & compunctum corde.* Pſal. 108. Iam verè poteris dicere hominibus : *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa.* Cant. 4. Vulnerauit te, transfixit tibi cor Synagoga Sponſa tua. Iam magis aptè & propriè dices: *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis* ; Pſal. 101. tibi pectus dilaceratur , vt nos pulli veneno mortifero enecti, fluxu viuifici ſanguinis reuiuiſcamus. Iam Domine Ieſu inuitare nos potes vt negotiemur tecũ, vt emamus abſque argento, cùm aperueris pharmacopolium inſtructiſſimũ, ex quo conuenientia corruptæ naturæ pharmaca habere poterimus. Nullam hîc fraudem, nulla ſub auro aut melle venena timéo ; quando datur inſpicere viſcera tua & amantiſſimum noſtri cor, quando habes aperta brachia vt me complectaris : Iam quando pandis ampliſſimum ſinum, vbi intret anima mea, vbi velut in ſecuriſſimo portu quieſcat. Quid iam moror aut dubitem opem tuam implorare, & malis meis medicinam expoſcere ; quando habes caput inclinatum & aures diſpoſitas ad auſcul-

tandum preces meas ? Nam quia ego puſillus ſum, tu gigas; ſi non inclinaueris caput tuum, quando deuenirent ad aures tuas ſuſpiria mea, blanditiæ meæ, gemitus mei ? Non ampliùs iam vſurpabo ſolitas voces: *Inclina aurem tuam, quoniam inops & pauper ſum ego*; cùm inclinatas habeas aures, *inclinato capite*, emittas Spiritum, vt eum in me ſi poſſis transfundas: vt mihi indigno, tamen à te nimiùm amato vltimum obiturus oſculum porrigas.

Pſal. 85.

Exurge anima Chriſtiana, euigila, audi, & auſculta quid loquatur in te Dominus. Quid dicit Chriſtus Sponſus noſter ? *Veni columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*; vel vt Hebræus ait, *in circuitibus rupis*. Cùm circuitus audis, ſphæram cogita vel circulum Horizontis qui terram ambit. Huic ſimile eſt pectus Chriſti, figuræ perfectiſſimæ & ampliſſimæ, cùm totus in ipſo mundus capiatur. Tu itaque, quam velut columbam ſtygij accipitres pernicibus pennis inſequuntur, abſcondere velociter in illo lateris vulnere: in illa ſuprema ſphæra, in ſinu iſtius myſticæ petræ ſecura eris; vnde mortalia omnia & peritura ex alto deſpicere, & æternæ gloriæ myſteria propiùs contemplari poteris cum Iraelitici populi legiſlatore, ad quem Dominus. *Eſt apud me locus, & ſtabis ſuprà petram; cùmque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & manu mea protegam te.* Ibi videbis omne bonum, cùm non ſit aliud bonum, quàm deſiderare quod iſto pectore occultatum latet. Euola, euola, abde te in foraminibus huius petræ, *in cauerna maceriæ*, vel vt alij, *in latibulo graduum*, ſiue, *in latibulis ſcalarum*. In muris ſcalas videmus, per quas in altum conſcendimus. Si te perſequatur dæmon, murus tuus eſt Chriſtus, in ipſo habes vbi te abſcondas, & reperies ſcalas ad aſcendendum ad ſupremum vſque faſtigium. Imitare turturem, cæteraſque auiculas

Epilogus, Animam Chriſtianã ad Saluatoris latus inuitans, Cant. 2.

Exod. 33.

auiculas nidum in proceris arboribus ſtruentes, ne aucupes pullos eorum ſurripiat. Hic anima Chriſti ſecura eris ab aucupibus inferni, ab iſtis rapacibus miluis. Herinaceum & ceruum imitare, qui in ſaxa & montes confugiunt: *Montes excelſi ceruis, petra refugium herinacijs.* Inter animalia aſtuta & prudentia refert Salomon lepuſculum, *quia collocat in petra cubile ſuum.* Miſer depuſcule, non vides acerrimos venatores perpetim tibi inſidiantes, iam tibi imminent tartarei canes: arripe fugam, curre ad ſacrariũ lateris Chriſti: tutius perfugium aut melius non reperies, quàm illum amorem ſtillans pectus, vbi inuenies protectionem, pacem, quietem, gratiam, & gloriam, quâ perfrui poſſimus omnes. AMEN.

Pſal. 103.

Prouer. 30.

TRAC-

TRACTATVS
De Sepulchro Domini.

Et in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ioan. 10.

Cap. I.

Chriſtus mortuus à Ioſepho & Nicodemo ſepelitur.

POSTQVAM conſummatis iam omnibus quæ oportebat Chriſtum pati, vt ſic intraret in gloriam ſuam; inclinato capite (vt damnaret atque expiaret inobedientiam primorum parentum qui erecta ceruice Dei mandata cōtempſerant) Saluator noſter ſpiritum emiſiſſet: priuſquàm de Cruce, amato ſibi ligno, deponeretur, pulcherrimo actu ſacrum hoc theatrum nobilitare voluit, & tam celebrem Tragœdiam condigno Epilogo concludere. Vt enim noſceremus ſanguinē eius pro nobis effuſum, Piſcinam eſſe probaticam, quæ cognominabatur *Bethſaida* (id eſt, domus frugum) *quinque porticus habens*; ad quatuor inſignia præ reliquis vulnera, quintum ſibi adiungi, hoc eſt, lanceâ latus ſibi aperiri, voluit. Vt inquam, toti Orbi conſtaret, quidquid hactenus paſſus fuerat, id ſe amore noſtri puro ac perfecto, atque (vt ſimpliciter loquamur de re minimè omnium ficta aut fucata) ex corde atque ex animo ſuſtinuiſſe; per patentem lateris ſanctiſſimi feneſtram cor ſuum omnibus non ſolùm aſpiciendum, verùm etiam curioſâ militis Anatomici nouaculâ diſſectum, clarè ac diſtinctè inſpicien-

Chriſtus ſcenam vitæ ſuæ quo Epilogo concludat.

Ioan. 5.

Chriſtus latus ſuum cur lanceâ aperiri voluerit?

Ioan. 19. ſpiciendum exhibuit: *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit.* Nunc ſpectatores ſi ritè peracta ſunt omnia ſi recto talo ſubſiſtunt, ſi nullibi à Redemptore noſtro aberratum eſt; (quod olim in ſcenicis ſpectaculis dici ſolebat) *ſignum hoc mittite, Dei ſummi cauſâ clarè plaudite,* aut potiùs, tenerùm plorate: adeſt immenſi operis pro ſalute noſtra ſuſcepti, adeſt totius Libri (id eſt, vtriuſque legis ſiue Teſtamenti) Epilogus: planè ex regulis artis factus, vtpotè breuis, & acris. Vide quàm apta rerum omnium actarum ac dictarum ἀνακεφαλαίωσις, ſiue Recapitulatio! *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit.* Vt nempè ſignificaret, & clarâ veluti voce omnibus enuntiaret, reuelatâ iam eſſe omnia quæ ab Orbis initio tot ſignis ac typis, tot obſcuris Prophetarum locutionibus inuoluta erant: adimpleta eſſe omnia, neque iam quidquam ſanguinis reſtare effundendum Agno, *qui occiſus eſt ab origine mundi;* Apocal. 13. apertum denique oſtium paradiſi, quod primorum parentum peccato per tot retrò ſæcula occlúſum; & firmiſſimâ ſerâ ac vecte adamantino obſtructum fuerat.

Igitur peracto totius ſcenæ Epilogo, nihil iam ſupererat quàm vt aulæa & ornamenta complicarentur: vt depoſitum è cruce Chriſti corpus terræ mandaretur. *Chriſti Sepultura breuiter explicata.* Itaque cùm iam dies ad occaſum vergeret, *venit homo quidam diues, ab Arimathæa* vrbe originem trahens, Matth. 27. cæterùm (vt habet Marcus cap. 1.) nobilis decurio, id eſt, Senator vrbis Hieroſolymitanæ: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, verùm hactenus (vt habet Ioannes) occultus, propter metum Iudæorum. Hic autem acceſſit ad Pilatum rogaturus facultatem deponendi è cruce corpus Ieſu ac ſepeliendi: quod ſine Iudicis aſſenſu per leges non licebat. Notandum verò quod ait Marcus. *Et audacter introiuit ad Pilatum;* Marc. 15. hanc ei ſcilicet audaciam ſubijciente, non tam

Virtus Paſſionis Chriſti ſtatim ab eius morte ſe oſtendit.

dignitatis & diuitiarum fiduciâ, quàm amoris erga crucifixum affectu; quem non tam à Deiparæ Matris (quam hîc quidam agnoſcunt) impulſu, quàm à firma fide ex mirabilibus in morte Chriſti peractis acceperat. Miram & præſentem Dominicæ Paſſionis virtutem. Qui priùs anxiè latuerat, nunc palàm ac liberè ſe prodit: qui priùs timuerat, nunc etiam audaciam induit: qui Chriſtum confiteri priùs erubeſcebat, nunc eius cauſam vltrò & intrepidè agit; corpuſque ſepulturæ non rogat ſolùm, ſed & impetrat.

In corporis verò depoſitione, quot amoroſi affectus in Ioſepho, in Magdalena, in diſcipulo illo quem diligebat Ieſus, in ipſa denique Chriſti Matre emicarint: quàm ſollicita, quàm diligẽs omnium opera: quot oſcula, quàm tenera, quanto affectu ab omnibus (ſanctiſſimâ potiſſimùm Chriſti Matre) ingeminata: quia nulla ex parte me dignè exprimere poſſe video, cuique conſiderandum relinquo; & quod nobilis olim pictor Timantes fecit imitabor: qui cùm in Iphigeniæ immolatione mœſtos pinxiſſet omnes; *patris ipſius* (inquit Plinius) *vultum velauit, quem dignè non poterat oſtendere.* Ad ſepulturam igitur veniamus.

Incarnationis & Sepulturæ Chriſti comparatio.

Ioſeph autem eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra. Marci 15. Hoc autem monumentum S. Ioannes ait fuiſſe nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat: quia ſcilicet id ſibi Ioſephus parauerat. Mira conſenſio finis ac principij vitæ Chriſti; in qua vnus ac perpetuus virtutum tenor apparet: ſicut cœpit, ſic & finiuit. Natus, in alieno reclinatur præſepio; donatus in alieno ponitur ſepulchro. Ibi vilibus pauperculæ matris pannis infans inuoluitur, hîc ſindone aliundè ſumptâ velatur exanimis. In mundum veniens vterum virginalem ſubit, nulli antè reſeratum, aut poſtmodùm reſe-

randum

randũ:ex hac vita decedens infertur monumento nouo, *in quo nec anteaquis* (Hieronymi hæc obſeruatio eſt aduerſùs Iouinianum) *nec poſteà poſitus eſt.* Naſcitur in ſpelunca, ſepelitur in petra; petra in petra, nouus in nouo, vniuerſorum Dominus in alieno.

S. HIERONYMVS.

Chriſtus cur ſepultus in monumento exciſo de petra.

Poſuit eum in monumento nouo, quod erat exciſum de petra. Marc. 15. Rectè de petra; in quo locandus erat ille: ſuper quem fundatum eſt noſtræ fidei ac ſalutis ſtabile ædificium, & murus cæleſtis Hieruſalē, *habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum Agni.* Hæc illa eſt petra, quã filijs Iſraël in deſerto ſitientibus *egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* Moyſe bis virgã ſilicem percutiẽte, ad ſignãdas duas naturas diuinã & humanam in illo vnitas: qui erat *lapis angularis qui facit vtraq; vnum.* Hæc illa eſt petra, in qua ſpem ſuam ac fiduciam ponebat Dauid. *Dominus petra mea, & robur meum;* ad quam, beati vocantur qui paruulos ſuos, id eſt, malam peccatorum ſobolem, allident.

Apoc. 21.

Num. 21.

2. Reg. 22.

Cur in monumento nouo?

Rectè ſepultus eſt Chriſtus, nouus Adam, in monumento nouo, vt nos illi conſepulti in hac petra inſtar colubri exuamus veterem pellem, id eſt, veterem hominem, & induamus hunc nouum qui ſecũdùm Deum creatus eſt: de quo Ioannes in Apocalypſi: *Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia.*

Apoc. 21.

Cur in alieno.

Rectè denique ſepultus eſt in alieno ſepulchro, qui dixerat Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo: qui vt nudus in eum intrauerat, ita nudus ex eo egreſſus eſt: vt nos ſcilicet doceret huius ſæculi diuitias contemnere, ac ſacculos facere qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis.

Luc. 12.

Digitized by Google

CAP. II.

Chriſtus flos morte ſucciſus, in horto poni debebat, vt reuiuiſceret.

Chriſtus flos de radice Ieſſe.

MAgnitudo Chriſti Domini noſtri non vno ſignificari nomine poteſt, nec vni incluſa verbo amplitudo eius coarctari. Multis ſcriptura, præſertim vetus, vſa fuit, & diuerſa Domino nomina impoſuit tamquàm elogia; vt quouis eorum daret aliquid intelligi ex illa immenſitate theſaurorum qui in illo abſconduntur. Inter alia vocauit eum florem: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Omiſſis Iudæorum deliramentis, qui velamen ſuper cor habentes, in cortice litteræ ſemper cæcutiunt, virga recta & inflexibilis, eſt Virgo Deipara. Pro virga Symmachus & Theodotion, Iudæi proſelyti vertunt germen quod dedit florem, alludentes ad gloriam ſaltûs & Carmeli. Flos autem hic ſine cõtrouerſia eſt Chriſtus; vnde

Iſaia 11.

Chaldæus vertit: *Egredietur Rex de filijs Ieſſe, & Chriſtus de filijs filiorum eius vngetur.* Origenes verò, Clemens & Cyrillus Alexandrini, Hilarius quoq; cum Hebræis non minùs doctè explicant per virgam regnum, & iuriſdictionẽ Chriſti: in eo concordant, Chriſtum eſſe florem, ob pulchritudinem & decorem. Naſcitur ex radice, virga: & flos etiam de radice (ex *trunco* dicit hic Hebræus) exijt, nec ſine myſterio. Arbor quippè illa, ſeu radix Ieſſe, tempore Chriſti auulſis folijs, & ramis altè ſucciſis inhonora, & quaſi mortua erit: ablato ex familia Dauidis ſceptro, & in alienigenam tranſlato, natione Idumæum, religione proſelytum. Herodes namq; zeloſiſſimus pro regno familiæ ſuæ ſeruando (vt teſtatus Ioſephus) omnes de ſtirpe regia; id eſt Machabæorũ ſuſtulerat. Truncus ergo ſolus ſupererat: ex quo, vel ex cuius radice pullulat virga Virgo Maria: & ex huius radice Spiritu Sancto obũbra-

ta

Chriſtus, ſimul flos & fructus. ta oritur flos qui ſimul erat & fructus; in quo reſtaurandũ erat regnũ Dauidis, iuxtà promiſſionem factam Pſal. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum; de fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuam.* Chriſtus ex ventre Virginis germinauit, in eius vtero radices egit; vnde ad illam Elizabeth: *Benedictus fructus ventris tui*, id eſt, Chriſtus verus filius tuus. *Benedictus* præ filijs hominum, vt qui ſimul flos ſit & fructus: quia Matris integritatem nõ imminuit, ſed ſacrauit; nouo ac miro vinculo iungens matris gaudia, cum virginitatis honore, iuxta illud:

Pſal. 131.

Luc. 1.

Partus & integritas diſcordes tempore multo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

In cæteris arboribus flos per aduentũ fructus, decidit: hîc illibatus permanſit. Spiritûs ſancti gratia fouebat virginem; ſub cuius vmbraculo, nullo ardore concupiſcentiæ carnalis æſtuans, refrigerabatur, canebatq; cum ſponſa: *Surge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meũ, & fluent aromata illius*: naſcetur floridus Nazarenus, qui de ſeipſo: *Ego flos campi, & lilium conuallium,* Verè flos erat, qui odore ſuo gratiſſimo Orbem repleuit vniuerſum: qui vix è calice ſuo erũpens, tres illos ex Oriente Reges ad ſe attraxit; primitias fidelium animarum quæ poſtea amore eius languidæ clamaturæ erãt: *Trahe me; poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cuius fragrantia peruenit iã olim ad nares ſenis Iſaaci, cùm de filio ſuo (qui tantùm Chriſti typum gerebat) diceret: *Odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Quod conſiderans Mellifluus Bernardus: *Nondum* (ait) *ſpem ſuam ille flos agri induerat, & iam dabat odorem ſuum, quando eum præſenſit ſpiritu, corpore moriens ſanctus Patriarcha, caligans viſu, ſed odoratu ſagax.* Poſtquàm verò in iuſtam plenitudinem adoleuit, punctus paſſionũ aculeis (vt roſa compreſſa) tantum effudit

Cant. 4.

Chriſti floris ſiue Nazareni fragrantia, quàm latè ſe effuderit.

Cant. 1.

Geneſ. 27.

S. BERNAR.

fudit

Digitized by Google

fudit odorē, vt eum Gentiles etiā & increduli perciperēt, & illam inter tam acerba & dura tormenta pluſquàm humanā tolerantiā admirarētur. Illā certè admiratus eſt Præſes, Matth. 27. Admirati ſunt, & illi, qui eo in cruce pendēte clamabant: *Verè Filius Dei erat iſte.* Neq; enim in cruce odor eius elanguerat; Lilium erat inter ſpinas. *Flos odorē ſuum* (inquit Ambroſius) *ſucciſus reſeruat, contritus accumulat, nec auulſus amittit. Ita Ieſus in patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec auulſis euanuit; ſed illâ lācea percuſsione ſucciſus, ſpecioſior ſuſi coloris cruore vernauit; & mori ipſe neſcius, æterna vitæ munus exhalauit.* Ita ſcilicet, vt illud, *Emiſit ſpiritum*, nihil aliud ſit quàm exhalauit animam, vt roſa odorem: exhalare enim proprium eſt flori. Igitur Chriſtus in cruce odorē exhalauit, qui debiles corroboraret, recrearet ſanos, mortuis æternæ vitæ munus afflaret. Meritò igitur illic *Nazarenus*, id eſt, floridus, inſcribitur: & fortaſſe caſta Maronis muſa, vti multa de Natiuitate eius vaticinata eſt; ita fatidico carmine floridum Ieſum deſignauit, celeberrimū hoc Ænigma toti Orbi ſoluendum proponens.

Matth. 27. — S. AMBRO. — Matth. 27. — Virgilij ænigma Chriſto applicatū.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Naſcantur flores inſcripti nomina Regum.

Quidam putarunt à Poëta hîc deſignari Hyacinthum, genus violæ vernæ, colore obſcuræ purpuræ: in quem florem conuerſum ferunt Aiacem, dum impatientiâ prælati ſibi Vlyſsis ſeipſum interemit, duaſque primas nominis eius litteras in hoc flore manſiſſe impreſſas. Sed nulli meliùs quàm Chriſto applicari poteſt: qui in crucis trunco germinās; *Nazareni*, & *Regis*, nomina coniuncta ac capiti ſuo inſcripta habuit. *Flos de radice Ieſſe*; & *Rex Regum, ac Dominus dominantium.*

Apoc. 19.

Sed quid adeò exſpatiati ſumus in hoc flore deſcribēdo? Nempè, vt videremus quā non ſine myſterio Euangeliſta

Cur Chriſtus in horto ſepeliri voluerit?

geliſta in Chriſti ſepultura tam diligenter *horti* mentionem faciat: *Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus;& in horto monumētum nouum.* Vbi enim meliùs collocari poterat flos Chriſtus, mortis ligone erutus, quàm in horto; vt iterùm reuiuiſcat, & nouo odore terrā recreet? In horto, terræ mandatus eſt, vt denſiùs comantem foliorum cæſariē attolleret. Vnde ex eius perſona Dauid: *Refloruit caro mea.* Quod de Reſurrectione dictum agnoſcit Hieronymus: *Caro Chriſti in reſurrectionē floruit*, & Auguſtinus: *Egreſſus eſt mortalis immortalis, paſsibilis impaſſibilis. Flos perditioni ſubiectus, refloruit ab interitu liber, flore æternitatis veſtitus. Iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur.*

Ioan. 19.

Pſal. 27.

S. HIERON.

AVGVSTINVS.

CAP. III.

Chriſto præ cæteris monumentum honoris debetur, ob innumera toti Orbi beneficia præſtita.

MArcus Tullius in vna Tuſculanarū per ſtimulum continuū quo excitamur ad nomen noſtrū immortalitati conſecrandū, approbare nititur, in nobis latere aliquid immortale. Hinc orta ſunt ſumptuoſa illa & magnifica ſepulcra, dicta à veteribus *Monumenta*, quaſi mentem monentia. Vnde nomine ipſo admonemur, ad memoriam hominibus refricandam & inter eos conſeruandam, hæc ab hominibus inuēta eſſe. Nam vt Plinio placet, nomen prorogant noſtrum contra vitæ breuitatem. Omitto ſumptuoſiſſima Mauſolea: quorum auctores his mirandæ molis coloſſis æternitatem affectabant, & numquàm intermorituram apud poſteros memoriam. Ita Machab. 1. cap. 13. Simon ædificauit *ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito: & his circumpoſuit colūnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderētur ab omnibus nauigantibus mare*. Adde his Pyramides

Sepulchra magnifica adinuenta ad nominis immortalitatem aſſequendam.

PLINIVS.

1. Mach. 13.

eſſe alimentum conuerti debeant in ſanguinem. Aqua verò eſt potus, vehiculum alimenti, & non alimentum. Hîc paradoxum exiſtit Chriſtianum; quod ſanguis ſit potus, *Sanguis meus verè eſt potus*; & ſimul ſit alimentum, viuificans nos per ſuam incorporationem.

Ioan.8.

Sanguis & aqua. Copioſus ſanguis multa quandoque mala corpori procreat. Inter alia ingenium reddit hebes & obtuſum, impediendo vigorem, habilemque ſenſuum vſum. Quare militibus extrahebatur olim ſanguis, aut pœnæ aut medicinæ gratiâ, teſte Aulo Gellio: *Opinor factum primò in militibus ſtupentis animi, & à naturali habitu declinantis, vt non tam pœna quàm medicina videretur.* Econuerſò ſanguis Chriſti illuminat intellectum, largitur ſapientiam, vtpotè aquâ dilutus: *Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum.*

Sanguis Chriſti illuminat intellectũ.

Eccli. 15.

Sanguis & aqua. Albertus magnus, ſolers naturæ indagator, refert ex ala dextra columbæ ſanguinem elici, qui medeatur opthalmiæ, ſimiliue oculorum infirmitati. Ex varijs quoque arboribus, vitibuſque putatis ſuccus aquoſus effluit, eidem effectui ſeruiens. Ita pariter ex latere Chriſti (columbæ ſine vllo felle culpæ aut amaritudinis, mitis enim eſt & humilis corde) ſanguis exit ad depellendas cæcitatis noſtræ ſquamas, vt lucem videamus: & ex iſta vite ſucciſa (qui de ſe alibi, *Ego ſum vitis vera*) profluit viuifica aqua ad curandam lippitudinem & omne oculorum noſtrorum vitium. Audite Prophetam: *Aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt.* Quid ita? aut vnde hæc nobis medicina aduehitur? *Quia ſciſſa ſunt in deſerto aquæ.* Ita ſcilicet, ſed vt ijs irrigati campi floribus rideant, ſegetibus veſtiantur, fructibus grauentur. Non hoc ſolùm, ſed vt inſuper omne genus morborum fugent & toto Orbe eliminent: *Saliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit ligua mutorum.* Quod dicitur de naturalibus quibuſdam

Sanguis & aquá, præſtantiſſimũ pharmacũ contra omnes animæ morbos.

Ioan. 15.

Iſaia. 35.

Iſa. c. 15. v. 6.

buſdam balneis ſeu thermis, eas omni morborum generi mederi: Id iure præcipuo competit balneo Lateris Chriſti, ex ſanguine & aqua temperato. Aperit oculos cæcorum. Vide Cēturionem: in hoc viſum recuperauit. Tribuit aures. Illud vide in petris, quæ mortem ſentiunt Chriſti, & audiunt validam vocem cum qua exſpirauit. Tribuit pedes. Illud cerne in mortuis, qui exſiliunt de tumulis ſuis: *Monumenta aperta ſunt, & ſurrexerunt multa corpora Sanctorum, & introierunt in Sanctam ciuitatem.* Matth. 27.

Apoſtrophe ad Chriſtū Crucifixum.

O Sacroſancte ſanguis, ô aqua viuifica, quæ tam pretioſo lateris hiatu effluxiſtis: diuina ſcaturigo, pharmacum admirabile, medicina cæleſtis, fons ſuauiſſime ac ſaluberrime. O Ieſu dulciſſime, Iudæis petra contradictionis, lapis adiutorij noſtri: verè nunc, ſi vnquàm dicere potes de inimicis tuis: *Perſecuti ſunt hominem inopem, & compunctum corde.* Pſal. 108. Iam verè poteris dicere hominibus: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa.* Cant. 4. Vulnerauit te, transfixit tibi cor Synagoga Sponſa tua. Iam magis aptè & propriè dices: *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis*; Pſal. 101. tibi pectus dilaceratur, vt nos pulli veneno mortifero enecti, fluxu viuifici ſanguinis reuiuiſcamus. Iam Domine Ieſu inuitare nos potes vt negotiemur tecū, vt emamus abſque argento, cùm aperueris pharmacopolium inſtructiſſimū, ex quo conuenientia corruptæ naturæ pharmaca habere poterimus. Nullam hîc fraudem, nulla ſub auro aut melle venena timéo; quando datur inſpicere viſcera tua & amantiſſimum noſtri cor, quando habes aperta brachia vt me complectaris: Iam quando pandis ampliſſimum ſinum, vbi intret anima mea, vbi velut in ſecuriſſimo portu quieſcat. Quid iam moror aut dubitem opem tuam implorare, & malis meis medicinam expoſcere; quando habes caput inclinatum & aures diſpoſitas ad auſcul-

 tandum

tandum preces meas? Nam quia ego puſillus ſum, tu gigas; ſi non inclinaueris caput tuum, quando deuenirent ad aures tuas ſuſpiria mea, blanditiæ meæ, gemitus mei? Non ampliùs iam vſurpabo ſolitas voces: *Inclina aurem tuam, quoniam inops & pauper ſum ego*; cùm inclinatas habeas aures, *inclinato capite*, emittas Spiritum, vt eum in me ſi poſſis transfundas: vt mihi indigno, tamen à te nimiùm amato vltimum obiturus oſculum porrigas.

Pſal. 85.

Epilogus, Animam Chriſtianã ad Saluatoris latus inuitans. *Cant. 2.*

Exurge anima Chriſtiana, euigila, audi, & auſculta quid loquatur in te Dominus. Quid dicit Chriſtus Sponſus noſter? *Veni columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ*; vel vt Hebræus ait, *in circuitibus rupis*. Cùm circuitus audis, ſphæram cogita vel circulum Horizontis qui terram ambit. Huic ſimile eſt pectus Chriſti, figuræ perfectiſſimæ & ampliſſimæ, cùm totus in ipſo mundus capiatur. Tu itaque, quam velut columbam ſtygij accipitres pernicibus pennis inſequuntur, abſcondere velociter in illo lateris vulnere: in illa ſuprema ſphæra, in ſinu iſtius myſticæ petræ ſecura eris; vnde mortalia omnia & peritura ex alto deſpicere, & æternæ gloriæ myſteria propiùs contemplari poteris cum Iraelitici populi legiſlatore, ad quem Dominus. *Eſt apud me locus, & ſtabis ſuprà petram; cùmque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & manu mea protegam te.* Ibi videbis omne bonum, cùm non ſit aliud bonum, quàm deſiderare quod iſto pectore occultatum latet. Euola, euola; abde te in foraminibus huius petræ, *in cauerna maceriæ*, vel vt alij, *in latibulo graduum*, ſiue, *in latibulis ſcalarum*. In muris ſcalas videmus, per quas in altum conſcendimus. Si te perſequatur dæmon, murus tuus eſt Chriſtus, in ipſo habes vbi te abſcondas, & reperies ſcalas ad aſcendendum ad ſupremum vſque faſtigium. Imitare turturem, cæteraſque auiculas

Exod. 33.

auiculas nidum in proceris arboribus ſtruentes, ne aucupes pullos eorum ſurripiat. Hic anima Chriſti ſecura eris ab aucupibus inferni, ab iſtis rapacibus miluis. Herinaceum & ceruum imitare, qui in ſaxa & montes confugiunt: *Montes excelſi ceruis, petra refugium herinacijs.* Inter animalia aſtuta & prudentia refert Salomon lepuſculum, *quia collocat in petra cubile ſuum.* Miſer lepuſcule, non vides acerrimos venatores perpetim tibi inſidiantes, iam tibi imminent tartarei canes: arripe fugam, curre ad ſacrariũ lateris Chriſti: tutius perfugium aut melius non reperies, quàm illum amorem ſtillans pectus, vbi inuenies protectionem, pacem, quietem, gratiam, & gloriam, quã perfrui poſſimus omnes. AMEN.

Pſal. 103.

Prouer. 30.

TRAC-

TRACTATVS
De Sepulchro Domini.

Et in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ioan. 10.

Cap. I.

Chriſtus mortuus à Ioſepho & Nicodemo ſepelitur.

POSTQVAM conſummatis iam omnibus quæ oportebat Chriſtum pati, vt ſic intraret in gloriam ſuam; inclinato capite (vt damnaret atque expiaret inobedientiam primorum parentum qui erecta ceruice Dei mandata cōtempſerant) Saluator noſter ſpiritum emiſiſſet: priuſquàm de Cruce, amato ſibi ligno, deponeretur, pulcherrimo actu ſacrum hoc theatrum nobilitare voluit, & tam celebrem Tragœdiam condigno Epilogo concludere. Vt enim noſceremus ſanguinē eius pro nobis effuſum, Piſcinam eſſe probaticam, quæ cognominabatur *Bethſaida* (id eſt, domus frugum) *quinque porticus habens*; ad quatuor inſignia præ reliquis vulnera, quintum ſibi adiungi, hoc eſt, lanceâ latus ſibi aperiri, voluit. Vt inquam, toti Orbi conſtaret, quidquid hactenus paſſus fuerat, id ſe amore noſtri puro ac perfecto, atque (vt ſimpliciter loquamur de re minimè omnium ficta aut fucata) ex corde atque ex animo ſuſtinuiſſe; per patentem lateris ſanctiſſimi feneſtram cor ſuum omnibus non ſolùm aſpiciendum, verùm etiam curioſâ militis Anatomici nouaculâ diſſectum, clarè ac diſtinctè inſpicien-

Chriſtus ſcenam vitæ ſuæ quo Epilogo concludat.

Ioan. 5.

Chriſtus latus ſuum cur lanceâ aperiri voluerit?

Digitized by Google

Ioan. 19. ſpiciendum exhibuit: *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit.* Nunc ſpectatores ſi ritè peracta ſunt omnia ſi recto talo ſubſiſtunt, ſi nullibi à Redemptore noſtro aberratum eſt; (quod olim in ſcenicis ſpectaculis dici ſolebat) *ſignum hoc mittite, Dei ſummi causâ clarè plaudite,* aut potiùs, tenerùm plorate: adeſt immenſi operis pro ſalute noſtra ſuſcepti, adeſt totius Libri (id eſt, vtriuſque legis ſiue Teſtamenti) Epilogus: planè ex regulis artis factus, vtpotè breuis, & acris. Vide quàm apta rerum omnium actarum ac dictarum ἀνακεφαλαίωσις, ſiue Recapitulatio! *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit.* Vt nempè ſignificaret, & clarâ veluti voce omnibus enunciaret, reuelatâ iam eſſe omnia quæ ab Orbis initio tot ſignis ac typis, tot obſcuris Prophetarum locutionibus inuoluta erant: adimpleta eſſe omnia, neque iam quidquam ſanguinis reſtare effundendum Agno, *qui occiſus eſt ab origine mundi;* Apocal. 13. apertum denique oſtium paradiſi, quod primorum parentum peccato per tot retrò ſecula occlúſum, & firmiſſimâ ſerâ ac vecte adamantino obſtructum fuerat.

Igitur peracto totius ſcenæ Epilogo, nihil iam ſupererat quàm vt aulæa & ornamenta complicarentur: vt depoſitum è cruce Chriſti corpus terræ mandaretur. Chriſti Sepultura breuiter explicata. Itaque cùm iam dies ad occaſum vergeret, *venit homo quidam diues, ab Arimathaa* vrbe originem trahens, Matth. 27. cæterùm (vt habet Marcus cap. 1.) nobilis decurio, id eſt, Senator vrbis Hieroſolymitanæ: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu, verùm hactenus (vt habet Ioannes) occultus, propter metum Iudæorum. Hic autem acceſſit ad Pilatum rogaturus facultatem deponendi è cruce corpus Ieſu ac ſepeliendi: quod ſine Iudicis aſſenſu per leges nòn licebat. Notandum verò quod ait Marcus. *Et audacter introiuit ad Pilatum;* Marc. 15. hanc ei ſcilicet audaciam ſubijciente, non tam

Virtus Paſſionis Chriſti ſtatim ab eius morte ſe oſtendit.

dignitatis & diuitiarum fiduciâ, quàm amoris ergà crucifixum affectu; quem non tam à Deiparæ Matris (quam hîc quidam agnoſcunt) impulſu, quàm à firma fide ex mirabilibus in morte Chriſti peractis acceperat. Miram & præſentem Dominicæ Paſſionis virtutem. Qui priùs anxiè latuerat, nunc palàm ac liberè ſe prodit: qui priùs timuerat, nunc etiam audaciam induit: qui Chriſtum confiteri priùs erubeſcebat, nunc eius cauſam vltrò & intrepidè agit; corpuſque ſepulturæ non rogat ſolùm, ſed & impetrat.

In corporis verò depoſitione, quot amoroſi affectus in Ioſepho, in Magdalena, in diſcipulo illo quem diligebat Ieſus, in ipſa denique Chriſti Matre emicarint: quàm ſollicita, quàm diligẽs omnium opera: quot oſcula, quàm tenera, quanto affectu ab omnibus (ſanctiſſimâ potiſſimùm Chriſti Matre) ingeminata: quia nulla ex parte me dignè exprimere poſſe video, cuique conſiderandum relinquo; & quod nobilis olim pictor Rimantes fecit imitabor, qui cùm in Iphigeniæ immolatione mœſtos pinxiſſet omnes; *patris ipſius* (inquit Plinius) *vultum velauit, quem dignè non poterat oſtendere.* Ad ſepulturam igitur veniamus.

Incarnationis & Sepulturæ Chriſti comparatio.

Ioſeph autem eum inuoluit ſindone; & poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra. Marci 15. Hoc autem monumentum S. Ioannes ait fuiſſe nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat: quia ſcilicet id ſibi Ioſephus parauerat. Mira conſenſio finis ac principij vitæ Chriſti; in qua vnus ac perpetuus virtutum tenor apparet: ſicut cœpit, ſic & finiuit. Natus, in alieno reclinatur præſepio, donatus in alieno ponitur ſepulchro. Ibi vilibus pauperculæ matris pannis infans inuoluitur, hîc ſindone aliundè ſumptâ velatur exanimis. In mundum veniens vterum virginalem ſubit, nulli antè reſeratum, aut poſtmodùm reſe-

randum

randū: ex hac vita decedens infertur monumento nouo, *in quo nec anteà quis* (Hieronymi hæc obſeruatio eſt aduerſus Iouinianum) *nec poſteà poſitus eſt.* Naſcitur in ſpelunca, ſepelitur in petra; petra in petra, nouus in nouo, vniuerſorum Dominus in alieno.

S. HIERONYMVS.

Chriſtus cur ſepultus in monumento exciſo de petra.

Poſuit eum in monumento nouo, quod erat exciſum de petra. Marc. 15. Rectè de petra, in quo locandus erat ille: ſuper quem fundatum eſt noſtræ fidei ac ſalutis ſtabile ædificium, & murus cæleſtis Hieruſalē, *habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum Agni.* Hæc illa eſt petra, quā filijs Iſraël in deſerto ſitientibus *egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ*, Moyſe bis virgā ſilicem percutiēte, ad ſignādas duas naturas diuinā & humanam in illo vnitas: qui erat *lapis angularis qui facit vtraq; vnum.* Hæc illa eſt petra, in qua ſpem ſuam ac fiduciam ponebat Dauid. *Dominus petra mea, & robur meum*: ad quam, beati vocantur qui paruulos ſuos, id eſt, malam peccatorum ſobolem, allident.

Apoc. 21.

Num. 21.

2. Reg. 22.

Cur in monumento nouo?

Rectè ſepultus eſt Chriſtus, nouus Adam, in monumento nouo, vt nos illi conſepulti in hac petra inſtar colubri exuamus veterem pellem, id eſt, veterem hominem, & induamus hunc nouum qui ſecūdùm Deum creatus eſt: de quo Ioannes in Apocalypſi: *Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia.*

Apoc. 21.

Cur in alieno.

Rectè denique ſepultus eſt in alieno ſepulchro, qui dixerat Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo: qui vt nudus in eum intrauerat, ita nudus ex eo egreſſus eſt: vt nos ſcilicet doceret huius ſæculi diuitias contemnere, ac ſacculos facere qui non veteraſcūt, theſaurum non deficientem in cælis.

Luc. 12.

CAP. II.

Chriſtus flos morte ſucciſus, in horto poni debebat, vt reuiuiſceret.

Chriſtus flos de radice Ieſſe.

MAgnitudo Chriſti Domini noſtri non vno ſignificari nomine poteſt, nec vni incluſa verbo amplitudo eius coarctari. Multis ſcriptura, præſertim vetus, vſa fuit, & diuerſa Domino nomina impoſuit tamquàm elogia; vt quouis eorum daret aliquid intelligi ex illa immenſitate theſaurorum qui in illo abſconduntur. Inter alia vocauit eum florem: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Omiſſis Iudæorum deliramentis, qui velamen ſuper cor habentes, in cortice litteræ ſemper cæcutiunt, virga recta & inflexibilis, eſt Virgo Deipara. Pro virga Symmachus & Theodotion, Iudæi proſelyti vertunt germen quod dedit florem, alludentes ad gloriam ſaltûs & Carmeli. Flos autem hic ſine cõtrouerſia eſt Chriſtus; vnde Chaldæus vertit: *Egredietur Rex de filijs Ieſſe, & Chriſtus de filijs filiorum eius vngetur.* Origenes verò, Clemens & Cyrillus Alexandrini, Hilarius quoq; cum Hebræis non minus doctè explicant per virgam regnum, & iuriſdictionẽ Chriſti: in eo concordant, Chriſtum eſſe florem, ob pulchritudinem & decorem. Naſcitur ex radice, virga: & flos etiam de radice (ex *trunco* dicit hìc Hebræus) exijt, nec ſine myſterio. Arbor quippè illa, ſeu radix Ieſſe, tempore Chriſti auulſis folijs, & ramis altè ſucciſsis inhonora, & quaſi mortua erit: ablato ex familia Dauidis ſceptro, & in alienigenam tranſlato, natione Idumæum, religione proſelytum. Herodes namq; zeloſiſſimus pro regno familiæ ſuæ ſeruando (vt teſtatur Ioſephus) omnes de ſtirpe regia; id eſt Machabæorũ ſuſtulerat. Truncus ergo ſolus ſupererat: ex quo, vel ex cuius radice pullulat virga Virgo Maria: & ex huius radice Spiritu Sancto obũbrata

Iſaia 11.

Chriſtus, ſimul flos & fructus. ta oritur flos qui ſimul erat & fructus; in quo reſtaurandū erat regnū Dauidis, iuxtà promiſſionem factam Pſal. 131. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum; de fructu ventris tui ponam ſuper ſedē tuam.* Chriſtus ex ventre Virginis germinauit, in eius vtero radices egit; vnde ad illam Elizabeth: *Benedictus fructus ventris tui*, id eſt, Chriſtus verus filius tuus. *Benedictus* præ filijs hominum, vt qui ſimul flos ſit & fructus: quia Matris integritatem nō imminuit, ſed ſacrauit; nouo ac miro vinculo iungens matris gaudia, cum virginitatis honore, iuxta illud:

Pſal. 131.

Luc. 1.

Partus & integritas diſcordes tempore multo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

In cæteris arboribus flos per aduentū fructus, decidit: hîc illibatus permanſit. Spiritûs ſancti gratia fouebat virginem; ſub cuius vmbraculo, nullo ardore concupiſcentiæ carnalis æſtuans, refrigerabatur, canebatq; cum ſponſa: *Surge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meū, & fluent aromata illius*: naſcetur floridus Nazarenus, qui de ſeipſo: *Ego flos campi, & lilium conuallium*, Verè flos erat, qui odore ſuo gratiſſimo Orbem repleuit vniuerſum: qui vix è calice ſuo erūpens, tres illos ex Oriente Reges ad ſe attraxit; primitias fidelium animarum quæ poſtea amore eius languidæ clamaturæ erāt: *Trahe me; poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cuius fragrantia peruenit iā olim ad nares ſenis Iſaaci, cùm de filio ſuo (qui tantùm Chriſti typum gerebat) diceret: *Odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Quod conſiderans Mellifluus Bernardus: *Nondum* (ait) *ſpem ſuam ille flos agri induerat, & iam dabat odorem ſuum, quando eum præſenſit ſpiritu, corpore moriens ſanctus Patriarcha; caligans viſu, ſed odoratu ſagax.* Poſtquàm verò in iuſtam plenitudinem adoleuit, punctus paſſionū aculeis (vt roſa compreſſa) tantum effudit

Cant. 4.

Chriſti floris ſiue Nazareni fragrantia, quàm latè ſe effuderit.

Cant. 1.

Geneſ. 27.

S. BERNAR.

 fudit

Digitized by Google

geliſta in Christi ſepultura tam diligenter *horti* mentionem faciat: *Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus;& in horto monumētum nouum.* Vbi enim meliùs collocari poterat flos Chriſtus, mortis ligone erutus, quàm in horto; vt iterùm reuiuiſcat, & nouo odore terrã recreet? In horto, terræ mandatus eſt, vt denſiùs comantem foliorum cæſariē attolleret. Vnde ex eius perſona Dauid: *Refloruit caro mea.* Quod de Reſurrectione dictum agnoſcit Hieronymus: *Caro Chriſti in reſurrectionē floruit*, & Auguſtinus: *Egreſſus eſt mortalis immortalis, paſsibilis impaſſibilis. Flos perditioni ſubiectus, refloruit ab interitu liber, flore æternitatis veſtitus. Iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur.*

Ioan. 19.

Pſal. 27.

S. HIERON.

AVGVSTINVS.

CAP. III.

Chriſto præ cæteris monumentum honoris debetur, ob innumera toti Orbi beneficia præſtita.

MArcus Tullius in vna Tuſculanarũ per ſtimulum continuũ quo excitamur ad nomen noſtrũ immortalitati conſecrandũ, approbare nititur, in nobis latere aliquid immortale. Hinc orta ſunt ſumptuoſa illa & magnifica ſepulcra, dicta à veteribus *Monumenta*, quaſi mentem monentia. Vnde nomine ipſo admonemur, ad memoriam hominibus refricandam & inter eos conſeruandam, hæc ab hominibus inuēta eſſe. Nam vt Plinio placet, nomen prorogant noſtrum contra vitæ breuitatem. Omitto ſumptuoſiſſima Mauſolea: quorum auctores his mirandæ molis coloſsis æternitatem affectabant, & numquàm intermorituram apud poſteros memoriam. Ita Machab. 1. cap. 13. Simon ædificauit *ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito: & his circumpoſuit colũnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderētur ab omnibus nauigantibus mare.* Adde his Pyramides

Sepulchra magnifica adinuenta ad nominis immortalitatem aſſequendam.

PLINIVS.

1. Mach. 13.

Digitized by Google

mides Æygpti: quæ non fuerunt, ſicut dixit Plinius, Regum pecuniæ otioſa & ſtulta oſtentatio: nec, vt Nicetas, horrea ſeruando frumento per induſtriam Ioſephi in Ægypto adinuenta: ſed Regum ſepulchra, prorogandæ ad poſteros nominis ſui famæ exſtructa. In figura autem Pyramidis æternitas animæ ſignatur, quæ in ſubtiliorem ſemper excreſcit, velut ignis aſſurgens versùs cælum. In Scripturis anima vocatur ignis, & ignem eam dixerunt Philoſophi. Deindè, pyramis *Vmbras ipsâ ſuâ figurâ rationeq; conſumit*: Ita anima, corporis ſui relinquens ſpolium, volat ad regionem lucidam beatitudinis tamquàm centrum ſuum, libera ab vmbra corporis quod deſeruit. Sed cur ad has Pyramides Simon ille Machabæus addidit *arma* & *naues*. Naues quidem poſitas illic putant vt doceret vitam noſtram eſſe nauigationē, ac per mortem in portum deueniri. Et quēadmodùm ſedatâ tēpeſtate qui naufragium euaſit, tabellam conſecrat in Diui alicuius ſacello, perpetuum anathema periculi quo defunctus eſt; ita ille ſculptas naues: quaſi diceret, quiſquis illic ſitus erat, & tranſeuntes admoneret hoc verſiculo:

Inueni portum: Spes & Fortuna valete.

Vt vt eſt; rectè dicere poſſumus, Machabæum patris ac fratrum ſuorū ſepulchris arma & naues addidiſſe, in rei benè pro patria geſtæ, ac victoriarū terrâ mariq; obtentarum monumentum. Poëta Græcus epigrammate quod morti ſummi Ducis Themiſtoclis inſcripſit, optat vt illi pro tumulo Græcia ipſa ponatur, addantur deindè ſpolia è Perſis relata, fugatus Xerxes, ſeruata denique Salamis pro columna imponatur roſtrata. Quod pulcrè & preſſis veſtigijs imitatus eſt Alciatus, Emblemate de Salcatio primo Mediolanenſium Duce, qui Turcam in Italiam irrumpere volentem repreſſit.

Nicetas.

Pyramides Ægypti.

Naues, cur expreſſæ in ſepulchro quod Simon erexit parentibus & fratribus ſuis.

Varia Epitaphia veterum.

Pro

Pro tumulo pone Italiam,
pone arma, ducesque,
Et mare quod geminos pergat ad vſque ſinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere fruſtrà,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger & ſummo ſiſtens in culmine dicat,
Quis paruis magnum me ſuper impoſuit?

Pari tono occinebat Parmenio regi Alexandro, eius ſepulcro ſuperſcriptionem magnitudine ipſius dignam imponi non poſſe, niſi Europa Aſiaque diuictæ, illi pro monumento collocarentur. Poëta quidam tractans de tumulo Hectoris, nihil inuenit ipſo dignius, quàm vt ei pro ſepulchro ſtatueretur Græcia (quam per decē annos antè Troiæ muros ſuſtinuerat) pro inſcriptione verò, Homeri Ilias. Huic ſimili quod Horatius de ſepulcro Scipionis Africani, Carthaginis euerſoris, *cui ſuper Carthaginem Virtus ſepulcrum condidit.*

Videtis quanto apparatu ſua aut ſuorum ſepulcra veteres illi olim inſtruxerint: vt eſſent ſcilicet vera monumenta, id eſt, in mentem reuocarent Viatoribus magnitudinem, dignitatem, victorias, res denique geſtas eorum, qui ſub ea tumuli mole conditi eſſent. Idem in hodierno Euangelio videtur feciſſe S. Ioannes, dum deſcribendo Chriſti ſepulcro horti mentionem iniecit. *Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum.* Quis enim audiens hortum, non recordatur cōtinuò primi illius horti, vbi peccato primi parentis genus humanum graue illud damnū accepit, & in miſeriarum omnium abyſſum deuenit. In quem hortum ne aliquando velut in patriam ſedem, & auitum regnum reduceretur infelici exilio mulctatum, collocatus fuit ante paradiſum Cherubim manu tenens flammeū gladium atque verſatilem. Siue ille ſit ignis ambiens, vt vult Toſtatus, ſeu zona torrida, vt D. Thomas

Chriſti Epitaphiū quibus verbis ab Euangeliſta deſignatum.

2.2.q. 165. ſeu μορμολύκεια & ſpectra, quod cum Theodoreto, Procopio placet. Sed cui noſtrum ad eius horti mentionem non ſuccurrunt Chriſti Ieſu, ducis inuictiſſimi, pro nobis pugnata bella, ac de hoſte infernali detracta ſpolia, cùm in horto Gethſemani Paſſionis calicem epotandum ſuſcepit, vt clauſas paradiſi portas reſeret, flammeum Cherubino gladium extorqueat, inimicitiam inter Deum & homines diſſoluat, pacem introducat, ditet homines, ſubijciat terram, infernum domet, dæmonem vinciat, caput conterat primi ſerpentis qui omne malum nobis ſuâ calliditate induxit? Tot præclara facinora, reſeratæ paradiſi portæ, recepta ab hoſte infernali ſigna, mundus deuictus, orcus ſuperatus, patria exulibus reſtituta, bonorum gargara in genus humanum effuſa, ſunt Chriſti ſepulcrum. *In horto erat monumentum nouum.* Græci fugati, deſtructa Carthago, Aſia & Europa ſubjecta, defenſa Italia, de Perſis vindiciæ, erant ſepulcra Hectoris, Scipionis, Alexandri, Galeatij: at Chriſti ſepulcrum non vna vrbs, aut mundi regio impoſita nobilitat, ſed vniuerſus quàm latè patet terrarum orbis: non vna gens liberata, ſed totum genus humanum: non vnus hoſtis, ſed, qui omnibus imperant, Mors, Peccatum, Dæmon, Mundus, Infernus. Vt verè iam dicere poſſit Iſaias: *Et erit ſepulcrum eius glorioſum.* *Iſaia* 11.

Locum habemus in eodem Iſaia, huic rei illuſtrandæ accommodatum, ſi modò verum eius ſenſum aſſequamur. *Dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua.* *Iſaia.* 53. Difficilis locus, propter quem multi in diuerſa abeunt. Scio Euthymium & Chryſoſtomum dicere propter Chriſti mortem deuaſtandos Iudæos per Titum, quorum ſpolijs Romani diteſcerent; & congruit hic ſenſus ei quod præceſſit, *Propter ſcelus populi mei, plaga erit eis.* Pater meus

S. AVGVS. meus Auguſtinus homilia 36. tom. 10. intelligit per *impios*, milites quos Pilatus pro cuſtodia ſepulchri dedit, & per *diuites*, Iudæos à Caipha adhibitos, qui ſuis pecunijs corrumperent cuſtodes nè fateantur à morte ſurrexiſſe Dominum, ſed furto à diſcipulis ſublatum mentiantur. *Dabis impios pro ſepultura*, id eſt, *ad cuſtodiendum ſepulcrum*; quod etiam probatur TERTVLL. Tertulliano lib. 3. contra Marcionem. Quidam propiùs intento meo accedunt, dicentes eſſe vaticinium de ſepulchro aliquo non communi aut vulgari, ſed magnifico & Regali: mutantque neſcio quas litteras Hebræas, legentes hoc modo: *Et dedit cum improbis ſepulcrum eius, & cum diuite ſepulcrum ipſius*. Paſſus eſt autem Chriſtus inter peccatores, ſed ſepultus fuit FORRER. in ſepulcro diuitis, dicit Forrerius. Pauperem Chriſtum S. AVGVS. (ait Auguſtinus) diues ab Arimathia Ioſeph ſepeliuit, in quo diuitias requirebat.

Idem tamen Forrerius propiùs acceſsit, enodans myſterium ſine mutatione litteræ vulgatæ: poſtquam enim narrauit vitam, paſſionem, mortem Chriſti; tum loquitur de eius ſepulcro: *Dedit impios pro ſepultura*, id eſt, *impios ſepulcrum ipſius; quod eſt, fecit vt ſepulcrum eius eſſent improbi & malefactores*. Deus Pater tradidit illi impios; vt eos ſcilicet, per fidem occidens impietatem, ac ſuſcitans charitatem, in nouos homines transformet: quæ ſumma, nobiliſſima, diuina Chriſti vindicta, quam morte & ſepulturâ ſuâ meruit. Illius enim ſcopus & fructus præcipuus fuit, vt auferretur peccatum. Rurſum Deus Pater diuites illi dedit, quos ab opum cupiditate & ſæculi faſtu auocando, faceret humiles & obſequentes Deo, pro mortis eius merito. Ita cum Hieronym Sasboldo, & Forrerio, Cornelius. Quem ſenſum indicant Hebræa habentia: *Dabit impios ſepulcrum eius*: Quia ſecundùm Paulum cum Chri-

 ſto

ſto ſepulta fuit mundi malitia; *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini morti eius, ſimul & reſurrectionis erimus,* ad Rom. 6. Ad duos igitur fines Chriſti in mundum aduentus reduci poteſt: deſtruere videlicet malitiam, & ditare nos gratiæ omnis plenitudine. Vtrumque ponit Iſaias pro ſepulcro Chriſti. *Dabit impios pro ſepultura.* Vides primùm. Vt ſcilicet impius & impietas cum Chriſto ſepeliantur, & deſtruantur opera diaboli. *Et diuitem pro morte ſua,* vel *diuites*, vt volunt ſeptuaginta, quod eſt alterum: vt ſcilicet Deus per mortem eius, *repleret vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritûs Sancti.* Ipſe eſt enim (vt ait Apoſtolus præcò indefeſſus gratiæ & virtutis paſſionum Chriſti) *in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſsionem peccatorum, ſecundùm diuitias gratiæ eius quæ ſuperabũdauit in nobis.* Quàm igitur in debellando peccato fortem ſe oſtendit, tam in gratiæ ſuæ largitione ſe exhibuit liberalem; *diues in omnes qui inuocant illum.* Aſia & Europa, Carthago, aut Græcia, erant ſepulcra terrenorum Principum, Proſtrata iniquitas, infernus ſpoliatus, receptus orbis terrarum, gratiæ munera in omnes effuſa, cœli ſedilia inſtaurata, ſepulcrum ſunt Chriſti. Non erit inconueniens, ſi pro tumulo illi ſtatuatur integer terræ globus, adiunctis elementis & cælo: Sathanas deindè addatur compedibus ſtrictus, Mors catenata, infernus deuictus: Super omnia Chriſtus, verſuſque qui dicat:

Gratia pro tumulo, impietas ſuperata, ducéſque:
Quis paruis magnum me ſuper impoſuit?

Et meritò. Nam quis par huic Heroi, homini Deo monumentũ ſtatuat? Quidquid

Ad Rom. c. 6. v. 4. 5.

Duæ cauſæ præcipuæ aduentûs Chriſti in mundum.

Ad Rom. 15.

Ad Epheſ. 1.

Ad Rom. 10.

Quale Chriſto ſepulcrum erigendũ.

quid humana cogitabit aut tentabit induſtria, factorum eius ac meritorum magnitudine ſuperabitur, Mundi hæc quanta quanta eſt machina, exiguum illi ſepulchrum erit, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, & conſtituit ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. De Pompeij patre ac filijs ita canit Martialis. MARTIAL.

Pompeios iuuenes Aſia atque Europa, ſed ipſum
Terra tegit Lybia, ſi tamen illa tegit.
Quid mirum toto ſi ſpargitur Orbe; iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Filius vnus ſepultus eſt in Aſia, in Europa alter, Parens in Africa. Quid mirum quòd occupet totum mundum? Tanta ruina determinari vno loco non potuit. Aptiùs dicamus de Chriſto: *Iacere vno non poterat tanta ruina loco.* Qui orbis Rectores quaquauerſùm ſubegerat, vltrà orbem euehi debebat. Refert Plutarchus, PLVTARC. Menandro Bactrorum Rege in prædio cæſo, poſtquàm omnes regni ciuitates exequias ſoluiſſent, certamen ingens extitiſſe, in quâ vrbium remaneret eius cadauer: Ac communi tandem conſilio ſtatutum, vt corpus in totidem partes diuideretur quot eſſent ciuitates, atque ita vnaquæque Regis ſibi amati reliquias ſeruare, eiuſque memoriam pro ſuo modulo colere ac venerari poſſet. Neque in vna ciuitate Rex adeò dilectus ſatis plangi videbatur, neque vnius vrbis monumento poſt tot in eos collata beneficia honorari. *Iacere vno non poterat tanta ruina loco.* Quod igitur, aut quale tandem Seruatori noſtro gens humana ſepulcrum parabimus? Quam vrbem, aut regionem eius exſtruendo monumento deſignabimus? *Iacere vno non poterit tanta ruina loco.* Igitur quod vno

Chriſti ſepulcrũ non imo loco ſtatui debet.

ſto ſepulta fuit mundi malitia; *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus*, ad Rom. 6. Ad duos igitur fines Chriſti in mundum aduentus reduci poteſt: deſtruere videlicet malitiam, & ditare nos gratiæ omnis plenitudine. Vtrumque ponit Iſaias pro ſepulcro Chriſti. *Dabit impios pro ſepultura.* Vides primùm. Vt ſcilicet impius & impietas cum Chriſto ſepeliantur, & deſtruantur opera diaboli. *Et diuitem pro morte ſua*, vel *diuites*, vt volunt ſeptuaginta, quod eſt alterum: vt ſcilicet Deus per mortem eius, *repleret vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute ſpiritûs Sancti.* Ipſe eſt enim (vt ait Apoſtolus præco indefeſſus gratiæ & virtutis paſſionum Chriſti) *in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, ſecundùm diuitias gratiæ eius quæ ſuperabūdauit in nobis.* Quàm igitur in debellando peccato fortem ſe oſtendit, tam in gratiæ ſuæ largitione ſe exhibuit liberalem; *diues in omnes qui inuocant illum.* Aſia & Europa, Carthago, aut Græcia, erant ſepulcra terrenorum Principum, Proſtrata iniquitas, infernus ſpoliatus, receptus orbis terrarum, gratiæ munera in omnes effuſa, cœli ſedilia inſtaurata, ſepulcrum ſunt Chriſti. Non erit inconueniens, ſi pro tumulo illi ſtatuatur integer terræ globus, adiunctis elementis & cælo: Sathanas deindè addatur compedibus ſtrictus, Mors catenata, infernus deuictus: Super omnia Chriſtus, verſuſque qui dicat:

Gratia pro tumulo, impietas ſuperata, ducéſque:
Quis paruis magnum me ſuper impoſuit?

Et meritò. Nam quis par huic Heroi, homini Deo monumentū ſtatuat? Quidquid

Ad Rom. c.6. v.4.5.

Duæ cauſæ præcipuæ aduentûs Chriſti in mundum.

Ad Rom. 15.

Ad Epheſ. 1.

Ad Rom. 10.

Quale Chriſto ſepulcrum erigendū.

quid humana cogitabit aut tentabit induſtria, factorum eius ac meritorum magnitudine ſuperabitur, Mundi hæc quanta quanta eſt machina, exiguum illi ſepulchrum erit, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, & conſtituit ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. De Pompeij patre ac filijs ita canit Martialis. MARTIAL.

Pompeios iuuenes Aſia atque Europa, ſed ipſum
Terra tegit Lybia, ſi tamen illa tegit.
Quid mirum toto ſi ſpargitur Orbe; iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Filius vnus ſepultus eſt in Aſia, in Europa alter, Parens in Africa. Quid mirum quòd occupet totum mundum? Tanta ruina determinari vno loco non potuit. Aptiùs dicamus de Chriſto: *Iacere vno non poterat tanta ruina loco.* Qui orbis Rectores quaquauerſùm ſubegerat, vltrà orbem euehi debebat. Refert Plutarchus, PLVTARC. Menandro Bactrorum Rege in prædio cæſo, poſtquàm omnes regni ciuitates exequias ſoluiſſent, certamen ingens extitiſſe, in quâ vrbium remaneret eius cadauer: Ac communi tandem conſilio ſtatutum, vt corpus in totidem partes diuideretur quot eſſent ciuitates, atque ita vnaquæque Regis ſibi amati reliquias ſeruare, eiuſque memoriam pro ſuo modulo colere ac venerari poſſet. Neque in vna ciuitate Rex adeò dilectus ſatis plangi videbatur, neque vnius vrbis monumento poſt tot in eos collata beneficia honorari. *Iacere vno non poterat tanta ruina loco.* Quod igitur, aut quale tandem Seruatori noſtro gens humana ſepulcrum parabimus? Quam vrbem, aut regionem eius exſtruendo monumento deſignabimus? *Iacere vno non poterit tanta ruina loco.* Igitur quod vno

Chriſti ſepulcrũ non imo loco ſtatui debet.

loco fieri non poteſt, in plures partiamur: Singuli in cordibus noſtris regi tam bono, tam amabili ſepulcrum exſtruamus, Paſſionis inſtrumentis velut victoriæ inſignibus adornatũ. Quamuis prouidit eius immenſa in nos bonitas & diuiniſſima ſapientia, vt neceſſarium non ſit eum diuidere: in quouis monumento integrum habebimus, ſub ſpeciebus ſcilicet panis & vini in venerabili Sacramento Euchariſtiæ: *A ſumente nõ conciſus, non confractus, non diuiſus, integer accipitur.* Fiant per totum Orbem innumerabilia ſepulcra, vno tam magnus loco non capitur. Adornentur ei innumera monumenta; epulæ ad eius tumulum celebrentur, ſed ſacræ & modeſtæ; non quot annis, ſed quot diebus, quidquid enim egerimus, quidquid in hanc tumuli ſtruem congeſſerimus, ſemper ei conueniet illud ſuprà declaratum: *Quis paruis magnum me ſuper impoſuit.*

S. THOM.

CAP. IV.

Chriſtus viuus & mortuus benefactorum omnium maximus, præſtantiſsimus, glorioſiſsimus.

MAgna res velle benefacere, maior poſſe cùm voles. Hoc ſoli Deo competit. Patet igitur diſcrimen inter Deũ & Principes terræ: cùm hi non quæcunque volunt & poſſint; Deo verò (cuius liberalitas nullos terminos, nulla habet obſtacula) ſint omnia facilia. Velle & dare ſimul, hæc eſt natura eius, dicit Philo & Dauid: *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* Potentia inſeruit beneficæ voluntati, vt munis ſit in immunes, liberalis in obuios, profuſa in quoſuis: non tempore, non loco, non vllâ denique re conſtricta aut à benefaciendo impedita. Hoc autem proprium Dei eſt: cùm magnates huius mundi non quæ volunt, eadem & poſſint;

Deo ſoli competit poſſe benefacere cùm vult.

PHILO. Pſal. 110.

ſint; & quæ priùs potuerunt, eadem poſtmodùm præſtare ſepenumerò prohibeantur. Quod Patriarcha Iacob cernitur agnouiſſe his herbis: *Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; erit mihi Dominus in Deum.* Videtur debuiſſe dicere: Cùm Deus meus ſit quod non inficior, quia non deſinit benefacere; erit & Dominus: & non, *Dominus erit mihi in Deum.* Verùm Sanctus Patriarcha planè rem attigit. Quaſi diceret: Domini eſt poſſe benefacere, Dei eſt actu facere. Hinc ſi non aſſentiatur votis meis, abſit vt negem Dominum, cùm ſciam quod poſſit: Si tamen placuerit ei mihi annuere benefaciendo, Deum appellabò, quoniam operatur & dat liberaliter, ac quando & quantum vult. Nulla hora eſt, nullum temporis momentum, in quo non plurima ab eo beneficia in nos conferantur, qui dat omnibus affluenter, id eſt, inſtar riui, non ſolùm largo, ſed & perpetuo fluxu. At Principum huius mundi beneficentia, quàm ſæpè ceſſat & obturatur, aut ab adulatoribus crumenimulgis, & opibus illorum illudentibus exhauritur, aut magna ex parte imminuitur? Itaque adeò proprium eſt Deo benefacere, vt etiam homines Dei nomen hominibus attribuerint, à quibus magnis ac multis beneficijs affecti eſſent, tamquàm Dei naturam proximè imitantibus. Virgilius certè id agnouit, qui de Auguſto in ſe benefico,

Geneſ. 28.

Diſcrimẽ inter beneficentiam Dei & hominum.

Deo proprium eſt, benefacere.

— Deus nobis hæc otia fecit:
Namque erit ille mihi ſemper Deus illius aram
Sæpè tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus,

Neque id negandi ſunt cognouiſſe Aegyptij, qui dijs falſis deditiſſimi, quam leguminibus attribuerunt neſcio quam diuinitatem, idolis argenteis aut aureis (quæ alij Gentiles venerabantur) negauerunt. Rationem dederunt Euſebius & Plutarchus, dicentes, quia aurum & argentum ſterilia & infæcunda

Ægyptij cur aurum & argentum in Deos non retulerint.

da

da ex ſe erant metalla, nulli quàm auaris vtilia; Deitatis fæcundiſſimum nomen ſuſtinere poſſe minimè videbantur. Pudeat Chriſtianos Gentilibus cæciores ita incumbere diuitijs, & de Mammonâ iniquitatis ſibi fabricare idolum. Cæli heredes altiora decent: ad imaginem Dei creatos, ad imaginem Chriſti renouatos, non congerere opes, ſed contemnere; non centum clauibus conſtringere, ſed liberaliter profundere conuenit: nec ſibi ſoli, ſed omnium in commune commodis ſtudere. Hoc diuinum, hoc Chriſtianum eſt. Cyrus Perſarum Rex, à ſuis pro Deo habitus, juſſit ſepelire ſe in campo: nō more Regum (quorum ſepulcra cæſo lapide aut alabaſtro cælato ſplendeſcunt) ſed nuda in terra, velut Dominum è vulgo ſe tumulare voluit, vt ſimul cum terra (ait Xenophon) *fructificaret: nè id quod Deo naturale erat, nempè dare, in morte amitteret.* Inſignia ſuperbæ maieſtatis reiecit, vt

XENOPH.

benefici titulum retineret: corrumpi in terra elegit, vt agrorum fertilitatem adiuuaret. Nè attributæ ſibi à Perſis diuinitatis proprietatem perderet, prodeſſe in morte cupiebat, ſicut in vita omnibus benefacere ſtuduerat. Sed quæ fuit illa Cyri in populum ſuum beneficentia, vt cum Chriſti ſeruatoris noſtri in genus humanum profusa planè ac prodiga liberalitate comparari debeat? Qui, nè ſolùm in vita ſua hominibus prodeſſet, mori voluit, ac terræ mandari, vt fertiliſsimam nobis bonorum omnium meſſem, ac fructum milleſimum produceret: vt quod Deo naturale erat (nēpe dare) nè in morte quidem amitteret. Eam ob rem ſub grani parabola ſe olim expreſsit, dicens: *Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.* Ad quæ verba Pater meus Auguſtinus: *Chriſtus eſt granum illud, mortificandum in infidelitate*

IOAN. 12.

AVGST.

tate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum. Nam ſi Deus in ſua maieſtate manſiſſet, granum non fuiſſet: Si mortuus non fuiſſet ac ſepultus; nec reſurrexiſſet. Iam verò traditus eſt propter delicta noſtra, vt reſurgat propter iuſtificationem noſtram. Granum hoc electum terræ mandatur, vt mox in horrea cæleſtia vberem meſſem recondat, captiuam ducens captiuitatem, dans dona hominibus.

C A P. V.

Nouus homo in nouo tumulo locatur.

Ioan. c.19. v.41. Chriſtus, nouus homo.

Monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Tale Deus elegit, nè proterua Iudæorum malitia poſſet cauillari alium aliquem ibi conditum reſurrexiſſe. *Monumentum nouum*: Quia in eo condi debebat nouus homo, ſine pari, ſine exemplo; peccati expers, adeóque corruptionis de quo dictum fuerat: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Nouus homo: qui primus omnium ſuá virtute reſurgeret, ſpemque cæteris reſurrectionis præberet: Securitas fidei noſtræ, primitiæ dormientiũ Chriſtus Dominus. Nouus homo: qui mira & inſolita liberalitate pretium ſangúine ſuo acquiſitum cum alijs voluit eſſe commune, non in vita ſolùm ſed poſt mortem quoque beneficus: Nouus Adam; non de terra terrenus, ſed de cælo cæleſtis: non mortis auctor, ſed vitæ reparator. *Quoniam quidem per hominem* (antiquum) *mors; & per hominem* (nouum) *reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.*

Pſal.15.

1.Cor.15.

Monumẽtum Chriſti quot modis *nouum* dici poſſit.

Monumentum nouum, id eſt, rarum, præſtans, excellens: non tam ob dædaleum artis opus, aut materiæ pretium; ſed quia claudebat gazam valoris infiniti, Chriſtum Ieſum; pretioſam illam margaritam quam qui inuenit homo, omnibus ſibi bonis

Bbb ſuis

ſuis redimendam putat. Mos quidem fuit Hebræis ſepelire ſuos cum auro, argento, lapidibus, ac veſtibus pretioſiſſimis, vt taceam balſamum, myrrham, caſsiam, aliaque id genus aromata. Notum eſt illud ſepulchrum Dauidis, quod Hircanus numorum auidus aperuit, eduxitque indè tria talentorum millia, teſte Ioſepho lib. 16. cap. 1. Poſteà Herodem id reſeraſſe, pecunias tamen non inueniſſe, ſed ingentem vim pretioſarum veſtium, & argentea aureaque fragmenta, refert S. Hieronymus in epiſt. ad Marcellam. Spectat huc locus Ieremiæ 8. vbi minatur Propheta quòd eijcient oſſa Regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa Prophetarum, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſalem de ſepulcris ſuis; dicitque Gloſſa interlinealis: *Auaritiam effoſſuram eſſe cadauera.* Quid auaritiæ cum oſſibus mortuorum? Debéntne illa mirabili alchymiâ in aurum conflari? Nequaquàm. Hoſtes Iudæorum non cum oſſibus belligerantur, ſed diuitias indagant; aurum ſcrutantur ſepulchris Hebræorum inferri ſolitum. In hodierno Saluatoris noſtri monumento minimè neceſſarium eſt inferre aurum, argentum aut lapillos pretioſos: corpus ipſius, omnis corruptionis expers, diuinus cæleſtiſque theſaurus, abyſſus, eſt omnium diuitiarum, auri fodina inſcrutabilis, gemmifer oceanus: *Caput eius aurum optimum: manus eius tornatiles, plena hyacinthis.* Non continget nobis quod alteri in illo Semiramidis Ægyptiorum Reginæ, qui, theſauros expectans, huiuſmodi reſponſum inuenit: *Niſi auaritia eſſes inexplebilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuiſſes vrnas defunctorum.* Illic confuſum ſe deceptumque ſenſit Darius. Non ita ſcrutanti monumentũ Chriſti eueniet. Inuitat ipſe vt eum quæramus; inueniri deſiderat hic theſaurus: nullâ virgulâ diuinâ opus erit; ipſe ſe detegit, ipſe ſe omnibus ſine inuidiâ communicat.

IOSEPHVS.

S. HIERON.

Ierem. 8.

Theſauri olim in ſepulcris.

Cant. 5. v. 11. & 14.

Sed

Chriſti corpus, quinta eſſentia.

Sed qualis erat ſub hoc marmore theſaurus abſconditus? Si ſolùm ſpectemus corpus; delicatius, perfectius, ſpecioſius omni quod vnquàm natum ex muliere. Sicut pharmacopolæ ex liquoribus mixtis per varias fuſiones, puriſſimum aliquem eliciunt, & ab omni corruptione liberum; adeòque vitæ humanæ conſeruandæ maximè accommodatum: ita Deus Pater poſt longam Regum Iuda & Patriarcharum ſeriem, ex ſtirpis Ieſſeæ ſanguine, operâ Sancti Spiritûs, extraxit formauitque Chriſti corpus per omnia delicatiſsimum, atque omnis corruptionis expers. Atque hæc eſt eſſentia illa quinta, aurum illud potabile, quod qui guſtauerit non morietur in æternum. Caro illa, *caro eſt pro mundi vita*: Frumentum electorum; quo veſcentes vnum cum Chriſto efficimur, in illo conuiuificamur, illi concorporamur. Adde quod non parua dignitas accedat corpori Chriſti, ex dignitate animæ quæ illud per annos quatuor & triginta inhabitauit.

Ioan. c. 6. 51.

Dignitas corporis Chriſti.

Datur hoc Regibus ac Principibus huius mundi, vt quem locum non inhabitarunt ſolùm; ſed vel adierunt aliquando, immunitate aliquâ donetur: digitis certè prætereuntium commonſtretur, ac tacitâ quâdam religione & honoris exhibitione colatur. *Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius*, clamabat in Spiritu Dauid. Adoremus nos, & in genua proſtrati veneremur Sanctiſſimum hoc domicilium, quod inhabitando ſanctificauit anima illa omnibus numeris abſolutiſſima, anima omniſciens, anima ab incarnationis inſtanti donis cæleſtibus largiter benedicta; in qua habitabant theſauri ſapientiæ omniformis, à qua procedebat virtus operatrix tot mirabilium; ſuper quam requieſcebat Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, omnis denique gratiæ plenitudo. O Sanctum! ô diuinum domicilium! vbi nulla inter carnem ac Spiritum diſſenſio,

Pſal. 131. v. 7.

Digitized by Google

ſed à prima vtriuſque coniunctione pax firma ac ſtabilis, & nè minimo quidem temporis momento interrupta regnauit amicitia. Meritò igitur acceſſit Nicodemus, ferens mixturam myrrhæ & aloës quaſi libras centum: vt hoc Sanctiſſimum corpus, animæ tam præſtantis domicilium, quà poſſet, incorruptibile redderet: Diuinitatis ſacrarium velut incluſis odoribus honoraret.

Chriſti corpus, ſanctitatis odorem vnde traxerit.

Quamquàm nihil opus erat aromatibus imbuere, quod immortali Ambroſiâ & cæleſtibus odoribus vndique perfuſum erat, & contra corruptionem munitum. Odor, apud Gentiles nota erat deorum immortalium. Vnde Poëta de deæ diſceſſu: *Manſit odor: poſſes ſcire, fuiſſe deam.* De Chriſti humanitate dictum eſt à Propheta: *Vnxit te Deus oleo lætitiæ*, Et apud Iſaiã: *Et replebit eum Spiritus timoris Domini.* Vbi Vatablus vertit: *Odoriferum faciet Spiritus Domini.* Teſtantur rerum naturalium ſcriptores, odoratiſſima eſſe quæ ſicciſſima: quæ autem ſicca, minùs ſunt corruptioni obnoxia. Odor ergo humanitatis Chriſti toties in ſcripturis commendatus, inter alia indicabit, quod aiebat Dauid: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Non ſines puriſsimum illud ac delicatiſſimum de Virgine corpus redigi in fauillas: diuinitatis balſamo illud munies atque odoriferum reddes. Caro Chriſti velut pretioſa veſtis in armario diuinitatis recondita fuit (quod enim Deus ſemel aſſumpſit, numquàm deſeruit) atque indè odoriferam fragrantiam traxit, quam admirabatur Dauid Pſal. 44. *Myrrha, & gutta, & caſsia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.* Veſtimenta olim Alexandri Magni mirè gratum ex ſe odorem ſpiraſſe referũt, de quo Leuinus Lemn. lib. 2. Nat. mirac. Erat autem hic odor non aſcititius, ac viro bellatore indignus: ſed ex eius corpore exhalans, refertque Plutarchus in calidam eius igneamque naturam. Quid igitur mirum, ſi o-

Pſal. 44. Iſaia 11. Pſal. 15. Pſal. 44.

dorem

dorem duxerit corpus Chriſti à diuinitatis balſamo, ſibi intimè per vnionem hypoſtaticam coniuncto? Quamquàm & aliquam huius odoris cauſam referre fortaſsis poſsimus: in loculos eburneos vteri puriſſimi caſtiſſimique Virginis Matris, quibus per nouem menſes incluſa fuêre veſtimenta, quibus tandem indutus venit in hunc mundum. *Sicut Sponſus procedens de thalamo ſuo: à domibus eburneis.*

Pſal.18.v.6.

Chriſti ſepulcrum ab hominum ſepulcris diſſidet.

Monumentum nouum. Verè *nouum*, vt quod longè diſſidet ab aliorum ſepulcrorum conditione; quæ certiſsimum mortis ſunt pignus, carcer perpetuus; de quibus Dauid: *Sepulcra illorum, domus illorum in æternum.* At Chriſti monumentum, inquit Athanaſius, *Immortalitatis locus, officina reſurrectionis, diſſolutio ſepulcrorum: in quo mors deſinit eſſe mors, in quo vita fuit finem non habens.* Coralium ſi à mulieribus geſtetur coloris rubedinem amittit, moriturque per frigiditatem ſibi contrariam, vt aſſerunt rerum naturalium ſcriptores. Iſtud coralium diuinum Chriſtus Saluator noſter, introiens in hunc mundum non perdidit ingenitum colorem: neque enim à matris vtero peccatum trahit, vt nec à ſepulcro corruptionem. *Vbique beato corpori defertur Sanctitas, vbique virginitas,* dicit S. Ambroſius: *Nouus illud venter concepit, nouus tumulus includit.* Chriſti ignis eſt: *Ignem veni mittere in terram.* Ignis planè Veſtalis: quia æternus, deindè quia à virginibus, id eſt, caſtis mentibus coli deſiderat. Noua amat, id eſt, pura, intacta: nouum matris vterum, nouum mortis tumulum.

Pſal.48.

S.ATHAN.

Chriſtus coralio comparatus.

S.AMBRO.

Chriſtus, ignis Veſtalis.

Luc.c.12.v.49.

Chriſti ſepulcrum hortus eſt.

Monumentũ nouum. Rectè *nouum*, quia in horto poſitum. Sed quid mirum? Flos ibi Chriſtus ſub terra defoſſus erat, vt ſolis verni radijs euocatus in nouam vitam proſiliens, omnes ſecum mortuos ad vitam reuocaret: ad quorum aſpectum admirabunda exclamet eius Sponſa: *Flores apparuerunt in terra noſtra.* D. Bernardum audite: *Is er-*

Can.2.

S.BERN.

go flos primus, ſed non ſolus; nam & multa corpora Sanctorum qui dormierunt, pariter reſurrexerunt: qui veluti quidam lucidiſsimi flores apparuerũt in terra noſtra. Morere ergo, quiſquis es, peccatis: ſepelire cum Chriſto in monumento nouo: Fac animam tuam hortum. Recedat aquilo frigidus ab ea (frigiditas enim innumera mala operatur: ad Aquilonis flatum non germinant animæ, nec vineæ gemmas emittunt) *Veniat Auſter, & perflet hortum tuum.* Auſter flatus eſt Spiritûs Sancti: qui ſi perflet animam, omne quod noſcitur diuinâ lege concluſum aperit, aromata fluunt, omnia Chriſto placentia fiunt:

Anima hominis, quomodo Chriſti monumẽtum fieri poſſit.

Cant.4.

Virtutum odor ad vicinos vſque peruenit (vnde Paulus: *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco*) imò ad Angelos vſque & ipſum peruadit Altiſsimum: *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Aeſtus diuinæ gratiæ fluxibilem mentem frenat, eamque virtutibus lucere facit. In hunc (ſi filius Dei eſſe optas) hortum, inuita dilectum: *Veniat dilectus in hortum ſuũ, & comedat fructum pomorum ſuorum.* Fructus virtutum, fructus Paſsionis ſuæ, quos ille non edaci morſu abſumi ſinet, ſed ad perpetuum gratiſsimumque ſpectaculum in æterna portabit tarbernacula.

2. Cor. c.2. v.15.

Geneſ.8.

Cant.4.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS

De Dominica Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Surrexit, non eſt hic. Marc. 16.

Cap. I.

Accelerata Chriſti reſurrectio, Fidei noſtræ baſis, quam in vanum niſi ſunt obſcurare Iudæi.

DIGNVM profectò tractatu & inueſtigatione videtur, quam ob cauſam tertiâ poſt mortem ſuam die Dominus ab inferis reſurrexerit; nec vſque ad finem ſæculi, & vniuerſalem omnium reſurrectionē ſuam quoque diſtulerit. Sed; *quis cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Nos certè cum Apoſtolo dicere non audemus: *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Reuelatum id quidem non dubitamus; ſed Sanctis intemeratæ fidei, teſtibus omni exceptione maioribus: ex quorum proindè ſcriptis, eius rei cauſas (quando Dei fœcunditas in vno facto plures ſæpè ſibi præfigit) aliquot eruere conabimur. Ac primò factum id eſſe conſentiunt omnes, ad Chriſti ſempiternam gloriam, & inimicorum eius confuſionem. Niſi enim verè Chriſtus à mortuis ac ſtatim ſurrexiſſet; quis Iudæorum factū, ſacerdotum proteruiam, Phariſaicæ gentis ſuperciliosam frontem ſuſtinere potuiſſet? Quibus non verbis & ſarcaſmis, quâ non ferociâ inſultaſſent Matri eius & diſcipulis; non inuenturis quid ad hæc reponerent? Neque hîc ſtarent opprobria: vniuerſus populus applauderet Principum prouidæ menti, qui luem Reipublicæ,

Ad Rom. 11.

1. Cor. 2.

Variæ cauſæ, ob quas Chriſtus Reſurrectionē ſuam in annos aut ſæcula non diſtulerit.

blicæ, hominem ſeductorem, dignâ mulctaſſent morte. Nec perfida Synagoga gloriari ceſſaret, exultans inclamando: *Euge, euge, viderunt oculi noſtri*; Viderunt gentis noſtræ peſtem deletam, deſtructas eius fraudes; viderunt à Deo derelictum, cuius ſe filium jactitabat. Verumtamen aliter hoc illis cecidit. Non diuturna hæc eorum fuit exultatio. *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cùm ſedero in tenebris; Dominus lux mea eſt*, inquit Chriſtus: atque apud alium Prophetam ita Patrem alloquitur: *In hoc cognoui quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me*. Pro diſcipulis verò ſic alibi orat: *Non erubeſcant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum: non confundantur ſuper me, qui quærunt te Deus Iſraël*. Rationem petitionis adiungit: *Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam*. Ac ſi dicat: Non mihi aut meis vertatur in ignominiam zelus meus; in confuſionem, obedientia mea.

Pſal. 34. v. 31.

Michææ 7.

Pſal. 40.

Pſal. 68. v. 7.

Ibid. v. 8.

Secundò, vel maximè oportuit non differri Reſurrectionem Chriſti, ad fidem in Crucifixum hominum cordibus inſerendam. Aliàs enim parùm eius aduentus, parùm miracula, parùm Paſſio profuiſſet. Vnde ipſe Pſalmo 29. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem*? Velut dicat, nulla. Si enim non reſurrexero, nemo in me credet, ſed pro impudenti nebulone execrabitur, qui turpiter multis impoſuerim. Et ſanè tanta fuerat paſſionis ignominia vt ipſi etiam dilecti fugerent, cerui in bello, in pace leones, vt Tertullianus: Petrus etiam eum coram oſtiaria ancilla pernegaret. Vnde &, qui tot bona eius opera viderant, doctrinam approbarant, vitæ innocentiam norant; vehementiſſimè tamen conſternati, non credebant ſe illum, quem reſuſcitatum videbant verè videre; ſed ſpiritum aut

Pſal. 29.

Digitized by Google

aut phantaſma eſſe. Quid iam de illis fiet, qui nihil horum viderant: quando Apoſtoli fidei eius comites, etiam ad fidem excitati, viſo illo vix tamē credunt? quomodo infideles prædicantium verbo aſſenſum præberent? Itáque ſi penitius inſpicias, plus ad fidem noſtram ſola Chriſti reſurrectio contulit, quàm tot prodigiorum præcedentiū multitudo: hæc ſola Chriſtianæ religionis columna immobilis, anchora firma, rupes marpeſia, ſtabile fundamentum, cui omnis ædificij ſtructura firmiter innititur. Vnde Apoſtolus ad Cor. I. c. 15. *Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt fides noſtra.* Quis obſecro, quāuis eloquio clarus, verbis & opere potens, mundo (dæmoniorum cultui tot retrò ſæculis obſtinatiſſimè addicto) ſuadere potuiſſet, vt hominem crucifixum, pro latronum coryphæo habitum, eiurato maiorum ritu, verum Deum Dominumq; agnoſcens adoraret; niſi cuius tanta præceſſerat paſſionis ignominia, maior ſequeretur vitæ immortalis honor ac gloria? Hæc arma noſtra ſunt, quibus omnes Fidei hoſtes debellamus: hæc argumentorū ſedes, quæ inſultantes Paganos conuincit, populos conciliat diuiſos, Iudæos irriſores cōfundit, hæreticos ſternit ſubſannantes, omnem conuellit idololatriā, intellectum aduerſus Dei veritatem ſuperbientem in fidei obſequium captiuat, omnem altitudinem contra Dei virtutem extollentem ſe in Chriſti ſeruitutem redigit: Fideles munit ac firmat, cōuertit infideles, dubios ac vacillantes roborat, pertinaces confundit; totum genus humanum Chriſto Reparatori ſuo contranitens, placatum in obediētiam adducit; vincula inferni diſrumpit, quibus Sathanas per tot ſæculorum lapſus infelicem mundum trahebat in ruinā. Hæc eſt palma, hæc victoria noſtra, quæ cæleſtis naturæ incorporeos ſpiritus mirum

Chriſti Reſurrectio, fidei noſtræ baſis.

I. Cor. 15.

quantum lætificat; totam naturam ſupernam, mediam, & inferam Saluatori reſurgenti applaudere facit. Tolle Chriſti reſurrectionem, omnis tepet fides, omnis gloria noſtra labaſcit. Nouerat hoc Apoſtolicus Cœtus, qui Spiritu Sancto edoctus, in concionibus ad populum, Chriſti reſurrectionem aſſiduè perſonabat: quia videlicet in illâ totius noſtræ fidei vigor conſiſtit.

Reſurrectio, ſpei noſtræ fundamẽtum.

Quæ cùm ita ſint, quid iam mirum tot miraculis à Deo ſtabiliri princeps omnium ac palmare myſteriũ? debuit per non vnam apparitionem, per varia prodigia inculcari, in quo primæ veritatis veritas, Fideiq; noſtræ non ſolùm ſubſiſtit firmitas, ſed & ſpei anchora defigitur; quæ ad Chriſti reſurgentis aſpectum erigitur, ſeque duris in rebus ſolatur, vt quod in Chriſto factum credimus, in nobis aliquando futurum non dubitemus. Si radix viuit, viuificabuntur & rami; *Nunc mortui* (Ad Coloſ. 3.) *eſtis; & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm autem Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Et iterùm: *Si ſpiritus Dei habitat in nobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.* (Ad Rom. 8.) Tranſibit vtique hyems temporis huius, & approximante ſole flores apparebunt in terra noſtra. Quamuis enim in ſacris codicibus mortuorum reſurrectio ſæpiùs promiſſa legatur, vehementiùs tamen ſpem noſtram erigit, quando videmus hanc in Chriſto eſſe completam. Propter quod idem Apoſtolus quorumdam duritiam admiratus, ait: *Si Chriſtus prædicatur quòd ſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?* (1. Cor. 15.) Reſurrectio Chriſti, reſurrectionis noſtræ exemplar & cauſa: in quo nè aliquatenus quiſpiam hæſitet, etiam prodigia promittuntur, & eo

mo-

Matt.27. moriente: *Monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt*, in ſignum ſcilicet, mirum non eſſe ſi Chriſtus ſurrexit, qui Deus & ſine peccato erat, impollutus, ſegregatus à peccatoribus; quando reſurgunt homines carnales, venumdati ſub peccato: vtq; fides adhiberetur futuræ generali omnium ſurrectioni, quam non vno in loco Scriptura prædixerat, & in mundi penè infantia perſonuit

Iob 19. Iob: *Quis mihi tribuat, vt ſcribãtur ſermones mei? Quis det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo & plumbi laminâ?* Audite quid tantoperè ſcribi deſiderat: *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum; & hæc ſpes mea repoſita eſt in ſinu meo.* Hanc ſpem dicit repoſitam in ſinu ſuo; vnde repoſita? *quia Redemptor meus viuit*, Indè ſpes vitæ ſpes renaſcituræ carnis, ſpes redituri vigoris in exſuccum corpus: in Chriſto viuimus iam quodammodò reſuſcitati: *Qui conreſuſcitauit nos, & conſedere fecit in cæleſtibus in Christo.* *Ad Epheſ. 2.*

Hanc almam & ſpei datricem veritatem quot nobis infenſi hoſtes conati ſunt elidere? In ipſo exortu perfidi potiſſimùm (quamuis fruſtrà) id tentant Iudæi, primi veriſſimæ reſurrectionis teſtes (quibus propria nocuit iniquitas, & malignitatis commentum in caput eorum retortum) aſtuti in ſapientia ſua comprehenſi; vnde elabi putabant, indè capti; vnde lætari, indè triſtati. Quis Pontificum Iudæorum tum dolorem, tum confuſionem narret, dum quos contra furtum ſtatuerant cuſtodes, audiunt narrare eum viuere, quem iniquiſſimæ morti tradiderant? Quo audito, cùm pœnitentiam agere debuiſſent; totâ intentione ad fraudes & mendacia conuertuntur, exitiali improbis proprioque modo (congregati in iniquitate, falſitate pugnantes) teſtes pe-

Fruſtrà Reſurrectionis veritatem opprimere nituntur Iudæi: mendacio contra ſe pugnante.

 cuniâ

pecuniá corrumpunt, qui ſeſe ſopore depreſſis corpus eius à diſcipulis ſublatum dicant. Vah putidum & ſplendidum nimis mendacium, nullo colore adornatum! Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodo teſtes ſunt? Quæ leges dormientes admittunt in teſtes? Ita infelix aſtutia maleſanæ Synodi ſeipſam iugulauit: ita in ſe pugnat furor, dum malè agendi argumenta inquietè rimatur: ita in dantium damnum vertitur pecunia, quæ ponderoſior in anima quàm in trutina, teſtium animos in falſa deflectit. Quis enim tã Corœbus, tam mente omni captus, qui credere poſſit tot milites tãto ſopore fuiſſe oppreſſos, vt nec accedẽtium ſtrepitu, nec lapidis ingentis ferroque religati amotione, neque corporis ablatione quiſquã eorum fuerit excitatus? Nempè per omnia ſeſe detegunt mendacia, vt in Iudæos præſenti in vita ad confuſionem, in alia ad condemnationem redundent. Quid nequius ſimul & ſtultius confingi potuit? Sed ſemel attrita frons hoc habet, vt non cõfundatur. Si dormierunt milites cuſtodes ſepulchri, quomodo teſtes eſſe poſſunt eorum quæ dormiẽtibus acciderunt? Si verò excitati fuerunt, cur fures non illicò perſecuti ſunt? cur inermibus non reſtiterunt armati? Reſipiſcite tandem ô perfidi Iudæi, & omnibus patentem veritatem agnoſcite. Inſpicite ſepulchrum, vel ſola illic linteamina cõtra vos teſtimonium dicunt, & quod ſepoſitum ab eo iacet ſudarium *inuolutum*, id eſt, complicatum cum cura. Explicita linteamina liberã reſurrectionem, & explicationem à vinculis mortis inſinuant: inuolutum verò ſudarium, huius reſurrectionis ineffabile atque ab humano ſenſu incomprehenſibile ſignificat ſacramentũ, obſtinatis abſconditum, credentibus notificatum. Ruit itaque inclareſcente veritate mendacium maximè il-

Apoſtrophe ad Iudæos incredulos.

lud

lud de furto inermium & plus Danis pauidorum diſcipulorum. Si enim Chriſti corpus rapere voluiſſent, inuolutum ocyſſimè rapuiſſent, non ſolutis & tam ordinatè diſpoſitis linteaminibus, quibus (tamquam faſcijs infantes recens nati) cadauera apud Hebræos inuoluere mos erat. Quis neſcit fures omnes pauidos eſſe & feſtinos? Quomodo ergo tãtum animi diſcipuli, pauci & timidi habuiſſent, præcipuè inter milites vndique circa ſepulcrum excubantes?

SEDVLIVS

——— anne beati
Corporis ablator, velocius
eſſe putauit
Soluere contectum, quàm
ſecum ferre ligatum;
Cùm mora ſit furtis contraria?

Vt pulcrè arguit Sedulius. Nos igitur meliori doctrinâ inſtructi, Chriſtum reſurrexiſſe credentes, in abolitionem mortis, & vitæ noſtræ reductionem; gratias illi agamus, quòd nos in illã fidem dignanter vocauerit, quæ iuſtificationis omnis eſt radix, vt ad iuſtitiam in hac vita, in altera reſurgamus ad gloriam.

CAP. II.

Solemnitas Reſurrectionis feſtis omnibus maior, cuius typus in ipſis Mundi incunabulis exſtitit. Tres eius ſpecies: & quânam reſurgere debeat Chriſtianus.

SOlemnitas hodiernæ feſtiuitatis, cæteras totius anni longè ſupereminet, in conſummationem vſque ſæculi glorioſiſſima Chriſtianis omnibus futura. Quod vt melius intelligatur, notanda eſt ſimilitudo quæ inter mundum primò creatum & poſteà redemptum intercedit. Quando enim Deus creabat iſtam mundi fabricã viſibilem & corporalem, voluit vlterius erigere animos humanos, vt ex corporea mole ſpiritualem Eccleſiæ, & inuiſibilem mundum, ſiue microcoſmum, qui eſt ipſe homo, purgatis mentis oculis conſiderarent. Vnius alterius eſt figura. Nihil enim

Homo microcoſmus.

vetat, quin per cælum & terram poſſint intelligi materia & forma, quæ eſt anima & corpus? Per ſolem & lunam, pars ſuperior cum inferiori? per plantas, virtutes; Per arborem vitæ, Chriſtus? Et cõformiter cætera, quæ plurimi Sancti planè myſterioſa ex præhabita littera eruunt: nõ omnia allegorizationibus inuertẽtes cum Origene, ſed interiori & ſuauiori Scripturæ ſacræ medullâ animum paſcẽtes. Ego his ſingulatim enucleandis immorari nolo, ſed intrà primam creationis diem me cõtinebo, vt quàm illa cum hodierna feſtiuitate conueniat demonſtrem.

Geneſ. 1. *In principio creauit Deus calũ & terrã, &c. factumq́ eſt veſpere & mane dies vnus.* Quæ verba Chriſti incarnati, mortui, ſepulti, ac reſurgẽtis myſteria complectuntur.

Primus dies creationis mũdi, typus Reſurrectionis Chriſti.

Illud, *In principio*, præter Auguſtinum Tertullianus, Baſilius, Leo, & alij, dicunt idem eſſe quod in *Filio*, per quem, velut ideã Patris, omnia docet creata Apoſtolus ad Coloſſ. 1. Cabaliſtæ id cõ

Ad Col. 1.

firmãt, qui duas priores Geneſeos litteras B & B. *beroſcit* reor, duplicantes, *legunt bibbar*, id eſt, in *Filio*, cùm Verbum diuinum in ipſa ſua hypoſtaſi ſeu perſona creauerit per incarnationẽ animã vnam, vnumq́ue formauerit corpus iungens ambo in vna ſua perſonalitate. Hoc eſt, *In principio creauit Deus calũ & terram.* Nam Chriſti anima ſtatim vt fuit creata cælum fuit beatitudinis, quâ continuò fruebatur, hoc vult dicere cælum. *Nemo aſcẽdit in calũ, &c.* Corpus verò Chriſti per terram deſignatur, vtpotè terrenum, quale eſt noſtrum. *Terra autẽ erat inanis & vacua*, id eſt, cùm eſſet anima Chriſti gloriæ plena, corpus erat vacuum & gloriã priuatum, quæ neceſſario quidẽ fluxu debebat ſcaturire in corpus, ſed eam Dominus noſtri causâ repreſſit, vt pati poſſet, & quos de nihilo condiderat, pretio ſui ſanguinis redimere. Patuit idipſum ſingulariter hiſce mortis ſuæq́; ſepulturæ diebus. Quemadmodũ enim in prin-

Ioan. c. 3. v. 13.

Gen. c. 1. v. 2.

principio terra aquis fuit cooperta, ita ſuper Christi corpus, dolorum abyſſus & tormentorum mare inundauit. Et ſicut tenebræ primitùs erant ſuper faciem abyſſi, ita Christi corpus in Paſſionis diluuio tectũ fuit & obſcuratum, vacuũ non ſolùm luce conſolationis & gloriæ, ſed & lumine ſiue aurâ æthereâ, id eſt vitâ, atq; ita in obſcuram ſepulchri ſpeluncã illatum eſt. In principio *ſpiritus ferebatur ſuper aquas*, id eſt, ventus à Deo excitatus, inquiũt aliqui, ſiccans aquam: ſed meliùs alij hîc agnoſcunt ſpiritum Dei, qui globo aquæ & terræ incubans (more volucrum, quæ ſuper oua & pullos pendulæ leniter agitatione alarum ſe librant) aurâ calidâ, quàm à ſe ſpargebat, vim prolificam indebat. In ſepulcro Christi an non ſimile cõparuit? Quando ſcilicet ſuper mortui corporis abyſſales tenebras ipſa diuinitas non ſe diſiungens ab eo, ſuperuectabatur, fouens, ſeruanſque illud à corruptione in vitã nouam, vt in puncto diei huius Dominicæ albeſcente Aurorâ ſolis prænuntiâ, diceret: *Fiat lux, & facta eſt lux*. Reſurgat Filius meus, ceſſet nox mortis, vnaq; cum reſurgẽte Christo oriatur lux diei, & gloriæ ac fulgoris æterni. Voluit Deus videre Filiũ ſuũ admirando lucis ſplendore de tenebris monumẽti orientem; *diuiſitq́ lucem à tenebris*: nè ſcilicet paſſio, nè mors, & ſpiſſa dolorum caligo in eum reuoluerentur, ſegregauit corruptionis ſtatũ ab immortalitate, & vmbram veteris legis ab Euangelica luce diſpeſcuit: *Factũq́ eſt veſpere & mane dies vnus. Vnus*, ait Hebræus, *primum* intelligens, cardinalem numerum pro ordinali ſumens. Sic *vnam ſabbathi* Ioannes, quam *primam ſabbathi* vocat Matthæus. Adde & diem *vnũ* dici, non primũ; quia hic relationẽ infert ad ſecundũ. Plus nobis inſinuat dies vnus: Quouſque creauit Deus lucẽ, mundũ, cælos, & elemẽta, in vno hemiſpherio fuit nox, ſic mundus incœpit à nocte:

Gen. c. 1. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Rom. 20.

Matt. 28.

Quo ſenſu dies Reſurrectionis dicatur dies vnus.

dies: ab imperfectis ad perfecta fit progreſſus; atque hinc appoſitè ad primæuam dierum inſtitutionem Feſtos dies à veſpera in veſperam celebramus. Creata luce, circumquaq; vniuerſa tellus reſplenduit: hoc eſt *dies vnus*; nocte (in cuius initio creatus mūdus) duodecim horis; totidē conſtante die, ex vtroq; conflatus primus dies naturalis. Ab eo tēpore dies omnes ſunt medij: ſi hîc nox, apud Antipodas dies; & cōtra. Prior lux vniformis in vniuerſo mundo totum illuminauit: idem hodie perfecit dies Chriſti, qui cùm anteà foret medius, *mane* gloriæ (quod erat anima immortalis) cum *veſpere* (quod erat corpus mortale) coniuncto, iā factâ per Reſurrectionem luce & mortali in immortale

Gen. c. 1. v. 5.

transmutato. *Factum eſt veſpere & mane dies vnus*; corpus atque anima manſerunt vniformes, eâdem vitâ & gloriâ ſine mutationis viciſſitudine reſplendentes.

Ampliùs adhuc indicat *dies vnus*; quoniā vnum dicit inuariabile quid, & mutationi nulli obnoxium, perpetuum, vnum eſſe in puncto incipientis & recurrentis circini. Hoc habuit primus ille dies, in quem à cæteris diſtinctum, dies octauus vt terminū recurrit; octauus numerus cum primo circulatur, cui ſoli regreſſionem aſcribunt Arithmetici; hinc venit, quòd ſeptē menſiū infantulus, licèt maturiùs eiectus, viuat, non qui octauo menſe egreditur, qui vel mortuus prodit, vel certam mortem expectat: octauo ſiquidem menſe creatura redit in illam diſpoſitionem, quâ erat primò dum coagularentur confuſa ſemina. Mundus poſt ſeptem ætates accedens ad octauam, poſt iudicium, reuertetur ad idem quod habuit in principio, vt cælis aurea ſit facies, & globo terræ primigenius decor. Hanc Philoſophiam ſuadet mihi ars Muſices, in qua pūcta aſcendentia vocū cauſant differentiam; ex qua harmonia octaua, ſeu ſuperior, ſeu inferior ſit, vniſona eſt non

Dies Dominica & dies octaua: quomodo diē Reſurrectionis deſignant.

faciens

Digitized by Google

faciens diuerſum ſonum. Illic vox circulum facit, cuius figura ſymbolum eſt æternitatis. Ob hæc credo quod dixerit Deus, *dies vnus*; dies æternus numquam finiendus, qualis reuerà eſt dies ille, quo Chriſtus ab inferis confracto tartaro reſurrexit. Dies illo, dies dicitur *Dominicus*, qui de octo in octo dies relapſus celebratur. Alia feſta certis limitibus finiuntur. Reſurrectio circularem ſola vendicat ſibi regreſſum: qui circularis motus cùm perpetuus ſit; feſtum Reſurrectionis ſtabile & æternum honoramus, dicentes enim Dominica die, quid volumus niſi reſurgentis gloriam ſignificare? Dominica dies, prima fuit mundi, cuius omnia facta reſpiciunt in hodiernum. Die veneris mane Deus creans hominem, locauit in paradiſo; veſperè immiſit ſoporem in Adam, & de coſta formauit Euam. Die ſabbathi ceſſauit. Dominicâ ſequenti nouis nuptis benedixit. Ita die veneris ſancto incidens ſomnus mortis in verum Adamum Chriſtum, ex dormientis aperto latere proſiliit ſpōſa Chriſti Eccleſia; eodemque die mentio paradiſi inſonuit, bonus enim latro, Chriſti Propheta, annuntians eius reſurrectionem, dixit: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum*; non loquitur latro de Chriſto quà Deo vbique præſente, aut de gloria animæ ab inſtanti conceptionis habita, ſed de gloria corporis Chriſti, quam in fide per reuelationem latro conſpexit. Hinc primum mundi diem fuiſſe Dominicum, vt & omnes ſubſequentes tot annorum, quid aliud ſunt niſi feſta Reſurrectionis? Pro cuius perenni fluxu & refluxu Dominica à Deo fuit dedicata, ne dicat Lutheranus inuentionem humanam; quâ homines otiari poſſint, & ferias agere à laboribus liberi ad

Dies creationis mūdi, cum diebus Chriſti comparantur.

Luca c. 23.

Dei Dominicæ dignitas.

Digitized by Google

Deo ſeruiendum, cùm à mundi exordio profluxerit. Vt omittam Euangelij Aquilã in ſua Apocalypſi mentionem ingerere, Dominicâ ſibi die tam ſtupendas factas reuelationes: *Fui in ſpiritu in Dominica die.* Ab Apoſtolorum tempore vides hoc nomen obtinuiſſe. Teſtes ſint Iuſtinus martyr, Auguſtinus inſuper cum Tertulliano de corona mil. Quin & Dauid Pſal. 127. tractans de Reſurrectione, poſt multa iubilat: *Hac dies quam fecit Dominus. Conſtituite diem ſolemnem in condenſis vſque ad cornu altaris.* En vt loquatur de conſecratione diei Dominicæ, eiuſque perpetuitate, quia dicitur *dies quam fecit Dominus:* non habens ab vllo niſi à Deo principium, à quo immediatè fuit, ſecùs quàm cætera feſta. Natiuitas habuit virginem parientem, mors & paſſio Iudæos, teſtes habuêre Aſcenſio & Transfiguratio: verùm Reſurrectio nulla habuit inſtrumenta, nullos teſtes, nullius operam, quam ſolus Deus ſuâ virtute perfecit: ſola nox, ſolę tenebræ aliquali modo in veritatis teſtimonium poſſunt venire, quæ in deliciis illuminatori fuerunt. *O vere beata nox, quæ ſola meruit ſcire tempus & horam, quâ Chriſtus ab inferis reſurrexit!* Inde diſcrimen agnoſcimus inter ea quæ ſolus immediatè Deus efficit, & illa quæ per manum alienam: cùm illa ſint perennia, hæc finem ſortiantur. Cęlos, elementa, Angelos, ſolus Deus fecit, ideoque perpetua: animalia, & plantæ etiam mediante ſublunariũ virtute proueniunt, in aſſiduam verguntur corruptionem. Corpus hominis de limo format Deus, & moritur: animã ipſe creat, & eſt immortalis: Cæteri dies ſua tempora habent: primus, qui fuit Dominicus, æternus eſt: *Dies quem fecit Dominus.*

Apocal. 1. *Pſalm. 127.* Diſcrimen inter actiones Dei & creaturarũ.

Hanc diem & noſtram facere

Digitized by Google

facere poſſumus (licet non ſine Domini gratia) ſi vnà cum Chriſto à vitiis reſurgamus in meliorem vitam: veterem pellem exuamus, appareamuſque coram eo *quaſi modò geniti infantes*, ſine dolo, ſine malitia. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem cum Deo.* Chriſtus mortuus eſt peccato ſemel: & nos ſemel ac ſimul mortuos eſſe, & permanere decet intentos in ſceleris abolitionem. Quid ſit autem mortuum eſſe peccato, explicat Auguſtini non degener diſcipulus S. Proſper lib. de vita contempl. cap. 21. *Quid mori peccato, niſi damnandis operibus omninò non viuere, nihil concupiſcere carnaliter, nihil ambire? Sicut qui mortuus eſt carne, nulli iam detrahit, nullum auerſatur, nullius pudicitiam callida circumuẽtione corrumpit* &c. *Ita & his & talibus vitiis non viuunt, qui viuentes Deo, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigunt.* Moriamur peccato, viuamus Deo: acceleremus reſurrectionem noſtram à vitiorum ſepulcro: valdè mane ſurgamus, præueniamus Solem iuſtitiæ, orantes vt ſpatium largiatur pœnitentiæ; vt citò anticipet nos miſericordia eius, ſine quâ neque à peccatis reſurgere, neque cùm ſurrexerimus in ſtatu gratię firmi ac ſtabiles permanere valemus. S. Epiphanius de cælatore narrat volente in ciuitate Piſana ſtatuam excidere Ioui, quæ duraret æternùm, multis antè menſibus lignum immerſiſſe oleo. Immergat nos pariter oleo miſericordiæ & gratiæ ſuæ Deus, vt æternùm duremus. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes, reuertatur ad Dominum, obtinebit miſericordiam eius, quoniam *Deus noſter multus eſt ad ignoſcendum*: Vitam non dedit vt mo-

1. Petr. 2.

Ad Rom. 6.

Cum Chriſto quomodo reſurgere poſſimus.

S. Proſp.

S. Epiphanius.

riamur, abſit: dedit eam, vt per hanc ad æternã ac meliorẽ vitam perueniamus.

Tres in Scriptura à morte reſurgendi ſpecies reperio. Primam Samuelis, per incantationem: quam cum multis ob varias rationes veram non fuiſſe exiſtimo. Alteram Lazari conſpicio, qui rurſùs tamen in mortem deſiit: hanc imitantur multi, qui hoc ſacro carnispriuij tempore reſurrexerunt a vitiis & peccatorum caligine; ſed finitis Paſchalibus feriis, velut permiſsâ peccandi licentiâ iterùm animæ ſuæ mortem conſciſcunt. Tertiam, eamque modis omnibus perfectam Reſurrectionẽ amat Deus: quam inculcat præco Gentium Apoſtolus, vt reſurgamus ad nõn ampliùs peccandum, viuentes Deo in Chriſto IESV, vitâ ſpiritali, vitâ gratiæ, quam in baptiſmo acceptam conſeruare polliciti ſumus: ad exemplũ Chriſti, qui *reſurgens ex mortuis,* *iam non moritur*; hoc cuiuis Chriſtiano perpendendum, reſoluendum, concludendum, Deo deinceps ſemper viuere. Stultitiæ ac leuitatis indicium eſt, reſurrexiſſe heri, mori hodie: quod eiurаſti heri, in illud hodie relabi, ſuis inſtar ad volutabrum redeuntis. Duo diſcipuli ipſâ die Dominicâ egreſſi, de Ieruſalem, de Chriſti reſurrectione diffidentes, cùm deberent tendere in Galilæam, petierunt Emmaus, non opperientes diem alterum: quapropter & in peregrino habitu Chriſtus ſe illis exhibet. Heu quot Chriſtiani (in gentis noſtrę opprobrium dico) eâdem die, quâ Chriſto adhęrere promiſerunt, relinquunt ſpiritualem Ieruſalem, ad cupiditates ſuas abeunt, longè à Chriſto ſe ſeparant! Quomodo vultis vt iis ſe Chriſtus amicum præbeat, qui illum pro peregrino habẽt, eius Reſurrectionem parui aut nihili etiam pendunt, eius

Rom. 6. v. 9.

Qualiter à peccatis reſurgendum.

eius promiſſa & propoſita in cælo præmia, velut ad ſe non pertinentia, contemnunt? Benè Dauid in perſona Chriſti: *Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus*. Caue Chriſtiane: & noli in veterem vilitatem degeneri prauitate relabi. Diſce ex vxore Loth quid nocuit reſpicere retrò, & iuſſis Dei non parêre? Lacrymatus eſt Chriſtus in morte Lazari, non ob peccatum præcisè, vnde mors nata; neque ob mortem, aut diabolum mortis authorem, aut Iudæorum incredulitatem, aut amicum Lazarum; ſed ob ipſam magis Lazari reſurrectionem fleuiſſe reor; vt qui in mortem erat rediturus: hodieque defleret, ſi fieri poſſet, Chriſtus; & nos flere deberemus omnes, hoc Paſchatis tempore tot Lazaros reſuſcitari diuinâ gratiâ, & paullò pòſt turpiter iterùm & ignauè in flagitia prouolui. O quàm degeneramus à

Pſalm. 68.

Dominica Reſurrectione, quæ æterna ac permanens conſiſtit, ideoque & perpetui feſti iucunditate lætatur! *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi vltrà nō dominabitur.* Nō reſurrexiſſe præſtaret, ſi iterum cadendum fuit, non reſurrexiſſe, ſi denuò moriendum: non ſanitatem adeptum, ſi iterùm ægrotandum. Norunt Medici quàm difficilis ſint curationis morbi, quos Recidiuos appellant. Quanti moliminis ſit ad Deum reducere, qui longè ab illo deflexerint, vel Apoſtolorum exemplo diſcere poteris. Hi enim cùm aſſiduâ Domini præſentiâ & dulcedine verborum ac conuerſationis eius delectati, vix ab eo vel tantillum ſeparari poſſent; Chriſtus vt imperfectum & puerilem hunc illis amorem excuteret, nutrices imitatus eſt. Nam ſicut ille vt infans iam nimis diu vberibus inhærens iis deſueſcat atque ablectetur,

Quàm difficulter ad Deum reducatur, qui ſe longè ab illo ſeparat.

acrem & amarum humorem papillis circũliniunt: ita Chriſtus volens ablactare diſcipulos ab vberibus & ore ſuo pueriliter pendentes, atque in viros tranſſcribere; Paſſionis ſuæ ſæpè mentionem iniecit, ac poſtmodùm etiam eandem ſuſtinuit. Et ecce, ſimulatque eum vinctum, flagellatum, conſputum, ac tandem ad crucem expoſci vident; relicto eo omnes fugerunt: non ſecùs quàm ſi in columbarum globum iaculeris, vnâ tactâ, perterrefactæ aliæ in diuerſa auolant. Potatores, vbi bonum falernum proſtat, accurrunt; aceſcente vaſe ac fæce ſe prodente, tabernam refugiũt. Et muſcæ circumuolitant mel in orbe repoſitum, ſi fel effuderis, diſparent: Sic diſcipuli Chriſti, poſt delicatũ doctrinæ guſtũ curſabant, aduolabant ad mel quod ore Chriſti defluxum edebant, non poterant abigi: quando Domino fel & acetum propinatum eſt, ſcandalum patiuntur, auerſus quiſque in varia diſcedit, iuxtà Zachariam: *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis; poſtquam autem reſurrexero*, &c. Scandalum paſſis omnibus, in ſuorum animationem reuiuiſcit Phœnix emortuus, poſt reſurrectionem recolligit diſperſas oues. Sed vide quo molimine, quanto tempore opus ſit, vt eos ad ſe reducat, atque in Fide & via iuſtitiæ firmos ac cõſtantes reddere poſſit. *Præbuit ſeipſum viuum poſt Paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Quadraginta horis, quibus mortuus fuit, adhibentur quadraginta dies, vt reparet quod malè fuerat diuulſum. Leui metu vulnus infligitur, non æquali celeritate adhibetur remedium. Tandem aliquando reducti ſunt fugitiui omnes diſcipuli in Emmaus, Thomas, aliique ac tamquam

Zachar. 13.

Actor. 1.

quam

quàm oues diſperſæ vna poſt aliam reducuntur in caulam boni Paſtoris: qui de ſeipſo apud Prophetam: *Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas, ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium diſſipatarum.* Ezech. 33. Notandum verò non meminiſſe Euangeliſtas apparitionis poſt Reſurrectionem D. Virgini factæ, quamuis prima & dignior eſſet ex omnibus cui Filius appareret: ideò exiſtimem, quòd conſtans in Filij morte virgo, pluſquàm materno animo, ſuprà mulierem fortis reſtitit, immota paſſionis ſpectatrix ac fida comes, Reſurrectionis indubitatæ expectatrix. Cauete igitur Chriſtiani, iterùm dico, cauete, ne vos à Domino ſeparetis, diuertentes in viam Aſſyriorum, ad deteſtanda conſortia & illicitas voluptates, non facilè poſteà reducendi, niſi potenti Dei manu. Facile eſt in peccatum delabi: natura deprauata prono curſu in illud ruit, niſi gratiæ diuinæ ac ſingulariter aſſiſtentis agger rapientem ſiſtat fluxum. Non æquali curſu aſcenditur, quo fit in inferiora deſcenſus:

Ezech. 33.

——— Facilis deſcenſus Auerni;
Sed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere in auras,
Hoc opus, hic labor eſt. Pauci, quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

CAP. III.

Colloquia de Chriſti Paſſione, magnes efficaciſſimus ad attrahendum de cælo Deum.

TRES mulieres, duces cæterarum, ac præ reliquis feruentiores, vt emptis aromatibus honorem Dominico corpori impenderent, Sole ad exortum properante, nihil de militum cuſtodia, aut ſepulcri ſigillatione, ſed amotione dumtaxat lapidis ſollicitę, aduo-

Ioan 10. aduolant. *Cùm adhuc tenebræ eſſent*, inquit Euangeliſta. Tunc ſcilicet domo exeunt: orto autem Sole ad monumentum pertingunt. Vt doceamur à tenebris ad lucem eſſe reſpirandum: incipere, parum eſt; pergere porrò oportet, vt tandem ad Chriſti gloriam perueniamus. Cùm videre quęrunt ſepulcrum eius, quem viuentem dilexerant, etiam mortuo ſtudio humanitatis obſequuntur. Quis referat diuinos quos habuêre de Domino ſermones piæ mulieres? His autem certiſſimum eſt inſerere ſe Diuinam Maieſtatem: his delectantur Angeli pacis, quibus pax commemoratur quam cæleſtis ille Fecialis inter Deum & homines compoſuit, cæsâ in cruce victimâ; & replentur ſedes vacuæ per rebellium Angelorum fœdam defectionem Duce Michaële ſuperatam, & in inferorum barathrum adactam. Hinc factum vt his

Colloquiis de Chriſti paſſione delectantur Angeli.

feminis præcipuè ſe Angeli ſpectandos exhibuerint: & cùm ad eorum conſpectum obſtupeſcerent, blandâ voce ciues superni omnem animis earum metum ac mœrorem abſterſerint, ſecuritatis voce emiſsâ: *Nolite timere.* Matt. c. 28. v. 10. Proprium eſt Angelorum, confortare nutantes, cùm eos vult Diuina Prouidentia aduenire Legatos: malorum dæmonum eſt aduerſa conditio, propter pauorem & anxietatem quã incutiunt & dubia atq; ambages quibus animos hominum magis ac magis implicãt & impediũt. Remouent ecce ignorantiæ nubem, metum omnem ab animis dipellunt Angeli, ad eas conſolandum miſſi, quæ de Chriſti Paſſione multa inter ſe locutæ, ad eius vngendum corpus accurrunt. Conciues ſe illarum vocant, teſte Gregorio Papâ, ideò credo quia Angelorum officio Deum aſſiduè laudantium, fungebantur. *Nolite expaueſcere.* S. Greg.

re. Quaſi dicat: *Paueant illi qui non amant aduentum ſupernorum ciuium, pertimeſcant qui carnalibus deſideriis preſſi ad eorum ſe ſocietatem pertingere poſſe deſperant. Vos autem cur pertimeſcitis, qui veſtros cōciues videtis?* Contrà, fugit ab iis Deus, fugiunt Angeli, qui inhoneſtos, falſos, mendaces, laſciuos ſermones miſcent, & ore ſuo, in quo Dei laus & Chriſti nomen verſari debebat, ad ſpurcos ſermones & amaras calumnias ac detractiones abutuntur. Loquere de Deo, & clarè cognoſces, ſentieſque totâ mente, eum non procul abeſſe. *Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, in medio illorum ſum*, inquit Dominus. Per exiguam diuini ſermonis auram illabitur in cor noſtrum, per ſermonem nomine eius ſanctiſſimo afflatum animis noſtris ſe inſinuat, atque eos ad omnem fructum ſanctitatis & iuſtitiæ fœcundat.

Matth. 18.

Et quamuis omnes de Domino loquelæ illi mirum in modum placeant; nihil tamen ad eum ad nos alliciendum fortius eſt, quàm ſermo de Filij ſui Paſſione, & mirifico in genus humanum ac profuſo amore. Audi quid ſentiat Sponſus de Sponſa, Paſſionis amore ebria: *Vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Mira eſt verborum tuorum dulcedo, ſed tum præcipuè omni mihi melle ſuauiora euadunt, cùm Paſſionis & Sanguinis mei rore aſperſa ſunt. Tum me planè in amorem tui abripiunt. Exploratores populi Dei à Raab meretrice hoſpitio excepti conueniunt de ſeruanda ea cum vniuerſa domo, deſtructa Iericho, modò ſignum pependerit funiculus coccineus ligatus in feneſtra. Fecit Raab, & ſeruata eſt: ciuitate cum incolis funditus deletâ. Funiculus hic coccineus eſt ſignum Paſſionis Chriſti, & eius amoris

Commemoratione Paſſionis Chriſti, ad nos Deus attrahitur.

Cant. 4.

Ioſue 2.

Digitized by Google

moris quo generi humano illigatus fuit: huius aſſidua commemoratio, velut ſignum illud Raab feneſtrâ oris expoſitũ, ab hoſtium noſtrorum incurſu nos ſeruat. Non falco ad manum venatoris tam ardenter reuolat visâ auis occiſæ rubrâ carne, quemadmodum Deus proſilit in illorum deſideria, qui de ſanguine Chriſti tractant. In transfiguratione cùm de paſſione loquerentur Moyſes & Elias, confeſtim Pater, & Spiritus Sanctus adfuêre. coccineus color dominatur, & trahit oculos poſt ſe, multò plus ac albus. Sic innocentia candida eſt, eaque Deus delectatur; magis tamen, ſi eadem Chriſti ſit tincta ſanguine. Pulchrior roſa coccinea, quàm alba. Sicut autem illa olim (vt poëtæ fingunt) Veneris ſanguine purpurea euaſit: ita natura humana innocentiâ candida, ſanguine Chriſti & ſpinis ipſius pulchrior eſt facta: *Comæ capitis tui ſicut purpura Regis, vincta canalibus.* Cant. 7. Hebræus, *Rex ligatus in canalibus*; id eſt, vittis coccineis & capillis ſiue cogitationibus animæ, Chriſti paſſionem mente reuoluentis. Chordas colubri aſſerunt quidam ſonitu ſuo velut rapere audientium mentes. Dum Chriſtum colubrum illum in cruce exaltatum & extenſum animi plectro tangimus, ſolio gloriæ attrahitur ipſe Deus harmoniæ huius dulcis ſono illectus. Hæc ſæpè rumina, hæc pondera Chriſtiane, nihil Deo gratius, nihil ad ſalutem efficacius, perpeti Dominicæ paſſionis memoria: hac te præcipuè ad ſacram ſynaxim præpara; quam ille ſine Paſſionis ac mortis ſuæ commemoratione celebrari noluit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Chriſti Reſurrectio multis ſtabilita apparitionibus, gaudium parit inæſtimabile, maximè ijs qui puro corde Chriſto reſurgenti applaudunt.

S. BERN. Septem dona Spiritûs ſancti in ſex Chriſti apparitionibus.

DOCTOR mellifluus ſerm. 1. de Reſurrect. ait quod inter omnes Chriſti Saluatoris reſuſcitati apparitiones, in ſex earum ſeptem inueniantur dona Spiritus ſancti. *Timor* Dei, quando Angelus ſepulcri cuſtos à piis feminis timorem repulit ſeruilem, non illum qui filios reuerentes decet. *Nolite timere*, IESVM *quæritis, non eſt hîc, ſurrexit.* In dulci ſpiritu *Pietatis* apparuit Principi Eccleſiæ Petro, priuſquam aliis; cuius conſcientia ex pueritia tam infami negatione adhuc turbata ſolatio egebat, vt in baſe virtutis reſolidaretur. In Spiritu *Fortitudinis* venit in cænaculum ianuis clauſis, non per incorpoream naturam, aut rarefaciendo corpus oppoſitum, quod hæreticum eſt cogitare, ſed per reſurrectionis qualitatem imperuia vſu clauſtra penetrans, vt gaudere faceret ſuos, & pauidos confortaret, reſurrectionis oſtendens euincentia indicia, quando iubet palpari & videri vulnera ſua: quos iterum voluit certiores facere, quando in mari tota nocte labore caſſo operantibus dixit: *Mittite in dextram nauigij rete;* & illi iuſſis parentes extraxere immenſam piſcium multitudinem. In ſpiritu *Conſilij & Sapientiæ* apparuit in monte Oliueti, cæli culmina conſcendens mandanſque per vniuerſum orbem longè lateque diſſeminari pacis Euangelium. In ſpiritu denique *ſcientiæ & intellectus* duobus apparuit euntibus in Emmaus, quibus incipiens à Moyſe interpretabatur Scripturas, intellectum eorũ illuminãs tam eximiè, vt ardenti

Marc. 16.

Ioan. 21.

Digitized by Google

corde feruerent, cognitúmque in fractione panis verum agnoſcerent Saluatorem, gratiæque omnis datorem.

Videamus nunc quot qualeſque habuerit Saluator reſurrectionis ſuæ teſtes: quos plures eſſe voluit ac diuerſos. primùm vt maiori robore eius veritas confirmaretur, deinde, vt maiori gaudio ſuorũ animos impleret, quos alia alijs ſuccedentia nuntia nouâ ſemper lętitiâ cumulabant. Superni ciues, primi felices nũtij Legati: *Surrexit*, inquit, *non eſt hîc*: Deindè per totam denuntiatur Galilæam, iam adimpletũ eſſe Chriſti verbum, quo dixerat, quia oportet Filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & tertiâ die reſurgere. Mortui deindè apparuerunt viuis: *Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt, exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis*: fidelibus ſcilicet & à IESV non alienis: vt eſſent præcones poteſtatis eius, & pignus futurę reſurrectionis omnium. Poſt Angelorum, & mortuorum teſtimonium, viuos audiamus. *Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem*: *Ecce*, inquit Euangeliſta; *inſinuans illuſtre præ reliquis hoc eſſe Reſurrectionis teſtimonium, & irrefragabile quod ab ipſis inimicis reddebatur*. Maria deinde Magdalena acceſſit, quę recedentibus omnibus, de ſepulcro non recedebat, mœrens & eiulans quòd non reperiret quem tam anxiè requirebat: quam IESVS conſolaturus & reducturus ad fidem nomine compellat, *Maria*. Quâ voce per aures in interiorem animam illapsâ, vt dilecti verba percepit, recepit & fidem, & conuerſa dixit: *Rabboni*. motu, ſcilicet corporis conuerſa, magiſque motu mentis ad fidem veritatis. Tres quoque Mariæ affirmant

Marc. c. 16. v. 6. Variis apparitionibus Chriſtus reſurrectionis ſuæ fidem aſtruit.

Matth. 27

Matth. 28.

firmant eum viuere, iubenturque diſcipulis hoc annuntiare, & maximè Petro: qui vertex Apoſtolici Chori debebat præ cæteris roborari, cuius poſt Chriſtum iuſſu, reſurrectionem per vniuerſum orbem clamoſo concentu reboaturi erant inferiores. Quin & ipſe primarius futurus teſtis ſepulcrum vidit, in eoque ſindonem & ſudarium. Citiùs illo currens dilectus ac diligens Diſcipulus, vidit & ipſe ſepulcrum ac credidit. S. Thomas primùm incredulus dicentibus, *Vidimus Dominum*; manum meruit ponere in fixuris clauorum. Vndecim in Thabor videntes eum adorarunt. Vt notior adhuc inclareſceret Diuina Reſurrectio, viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul.

Ioan. c. 20. v. 25.

Gaudium diſcipulorum atque Orbis redempti ex Chriſti Reſurrectione.

Non poterat rediuiui Domini alius eſſe effectus, quàm paruulam Eccleſiæ ſuæ turbam tot tamque inſperatis nuntiis lætificare; ac pleno ſemel gaudio perfundere. Excellentiùs meherculè gaudium ac illud Noë, quando emiſſa columba imminutis paulatim aquis rediit ad veſperum portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo, in ſignum pacis & liberationis à tam funeſta aquarum tempeſtate. Exiguum iſtud, & quotquot fuère vmquam, vel eſſe poſſunt, in comparatione hodierni nuntij, vbi non vnius boni ſumus facti participes, ſed omnium quæ de Reſurrectionis triumpho largifluè promanant. Vnde Paulus, Oſeas, Zacharias, & Dauid dixerunt mirabundi: *Mors, vbi eſt victoria tua?* Vbi maledicte Sathana tuus principatus, quo dominabaris in Adami poſteritatem? Dic peccatum, iam pedibus Chriſti ſuppreſſum, vbi mortifera tua aconita, quę gaudebas in perniciē noſtram miſcere à Prodi Inferne, qui inſatiabili vora-

1. Cor. 15. v. 54.

citatis ingluuie dominij tui potentiam oſtentabas, vbi captiui tui, quos tenebrarum compedibus vinctos ab immemoriali tempore in debitum tibi ius abiiſſe gloriabaris? Et tu populeIudaice, tabeſcens inuidiæ veneno, dic quò ceſſerunt maledicta conſilia & iniquitatis technæ? Crux ſanctiſſima, terror inferni, Chriſtianorum clypee, quo ad omnem egreſſum & ingreſſum munimur, quò tuum abiit decus? vbi tua iam ignominia? O arbor decora & nobilis, quæ decorem de membris Domini ſuſcepiſti! O Ara ſacroſancta, in quâ ſæculorum omnium ſcelus expiauit, nobilis, electa, opima victima Chriſtus; hoſtia ſuccidanea, tot defunctorum manibus litata, quos atra mors telo ſuo ſubiecerat! O crux, aue ſpes vnica, cui ſceptrigeri Reges ſuos faſces ſubmittunt pronos in obſequium: quam gentium omnium populi adorant! Crucem ſanctam ſubiit, qui infernũ cõfregit: in eâdem velut aureo curru triũphauit; *accinctus eſt potentiâ, ſurrexit die tertiâ.* 1. Cor. 15. Neque hîc ſtetit curſus Chriſti triumphus: ſuper omnes emicat, quod per victorioſam Chriſti reſurrectionem in vitam æternam teſte Paulo immortales reſurgamus. Quapropter immenſum iure decet eſſe noſtrum hodie gaudium ex memoria tam glorioſæ ac proficuæ Reſurrectionis, per quã omnis à nobis demitur iniquitas atque miſeria, tantamq; bonorum largitatem recipimus, quâ maiorem ſperare non audemus aut poſſumus. Reſonent plauſus, concinant lætantes chori, Dauide præſule ac chorago: *Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum. Exurge Domine in præcepto quod mandaſti, & Synagoga populorũ circumdabit te.* Pſal. 7. v. 7. Quæ verba S. Bruno Herpibolenſis ad litteram de Reſurrectione intelligit. S. Bruno.

git. Quænam verò *ira* Chriſti Domini rediuiui, niſi illa quâ moriens in peccatum exarſit, aduerſus culpam diaboli fraude inductam? *Ira*, in qua ſimul miſericordia elucet. Dum peccato iraſcitur, noſtram ſortem miſeratur: dum illud deſtruit, nobis prodeſſe voluit: *Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Verè fecit, in peccato excandeſcens, peccatoribus propitius: mortem ſuâ morte deſtruens, vt in vitam gratiæ tranſiremus. Applicuit nobis Reſurrectio Domini, quidquid crudeli paſſione ac tot laboribus meruerat præmij & conſolationis: illa diſpenſare debebat, quod hæc congregauerat, quâ facta, Apoſtoli ceruis velociores, quod antè mandatum non erat, auolarunt omni creaturæ prædicare Euangelium regni cæleſtis: Ideoque tam celeriter etiam reſurrexit Dominus, ne peccati regnum tot ſæculis radicatum diutiùs conſiſteret, ſed rueret adueniente gratuitâ iuſtificatione. *Exurge Domine in ira tua*; ira ſancta, ſine vitio præcipiti: *& exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Hebraicè, *in tranſitibus.* Quâ voce alluditur ad Ægyptum, vbi Angelus tranſiuit, domos Iſraëlitarum amicorum Dei, & vaſtauit primogenita hoſtium, nempe Ægyptiorum. Non ita hîc, tranſitum oportet te facere, ô Domine: ſed in eadem domo percutere peccatum, & tranſire peccatorem, ira non ferueat, niſi aduerſus inimicos tuos, qui ſunt peccata: mors tua non noceat imagini & ſimilitudini tuæ, verùm illi qui proteruè illam deformauit: peccatum deſtrue, peccatorem conſerua. *Numquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo tu vides.* Non diſtinguunt homines inter peccatum & peccatorem: quin

In redemptione mũdi Deus iram miſericordiæ iunxit.

Ad Rom. 4.

Pſalm. 7.

Exod. 12.

Iob 10.

Digitized by Google

quin & hominem oderunt, cùm à peccato non abhorreant. Tu ſolus miſericors de generatione in generationem, vitã non adimes peccatoribus Chriſtianis, quam antiquitus filiis Iſraël relinquere dignatus es. *Exurge Domine* Pſalm.7. v.7. *Deus in præcepto quod mãdaſti*; nempe diſcipulis tuis, vt expectarent ſcilicet Reſurrectionis tuæ gloriam, ſicut olim expectare iuſſeras Iſraëlitas libertatem ſuam à ſeruitute Æ- Ibid. v.8. gyptiaca. *Et ſynagoga populorum circumdabit te*, id eſt, multitudo in te credentium, ac victoriæ tuæ applaudentium.

Dauid victorioſus, typus Chriſti de diabolo triumphantis.

Dauid quando reuerſus eſt de conflictu Philiſthæi (in quo dimicabatur de ſumma rerum ac libertate Regni Iudaici) proſtratâ mole illâ carneâ, cui imparem verebantur fore rufi adoleſcentis manum; tantâ fuit lætitiâ exceptus, vt vniuerſæ mulieres Iſraëlis choros ducentes in occurſum Regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris præcinerent. *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* 1.Reg.18. In qua tam illuſtri Iſraëlis lætitia vidit ſe Dauid Chriſti Saluatoris referre typum mortui & reſurgentis. Vt enim ipſe adoleſcens imbecillis, funda ſolùm ac lapide armatus in certamen deſcendit: ita vt verbis S. Leonis vtar) Chriſtus *cum ſæuiſſimo hoste non in ſua maieſtate, ſed in noſtra congreſſus eſt humilitate.* Atque vt illo ab hoſte proſtrato rediens, mulierum cantu & feſto Pæane exceptus eſt: ita Chriſtus reſurgens cæli ac terræ applauſu, hominum atque Angelorum feſtis vocibus in hodiernũ vſq; diem per omnes mundi cardines celebratur. Æſtimatio boni vel mali, gaudium vel mœrorem intendit: & hoc maior eſt lætitia, quo grauiori damno ac triſtitiæ ſuccedit. Et quomodo non ingens cuique poſſet ſuboriri gau-

Quomodo Chriſto reſurgenti congaudendum.

Digitized by Google

gaudium, ſi peccati malitiam ac reatum ſeriò expendat, quę in grauiſſimas afflictiones, in ipſam quoque mortẽ induxit Chriſtum: videatque modò, abſorptâ morte, ſublatoque peccato rediuiuum in gloria? Damna denique conſideret homini per peccatum illata, per Chriſti reſurrectionem ſublata. Pudeat illos qui Reſurrectionis triumphum de ſuo commodo metiuntur, vel quia ieiunij rigor ceſſauit & pœnitentiæ ſquallor; & reiectis piſculentis in carnes reuolare liceat; tum maiori libertate & minori dedecoris notâ ad illicitas recurrere voluptates. Vana hæc eſt, inutilis, noxia lætitia. Altiùs aſſurgendum eſt: aliis ponderibus examinandum Reſurrectionis beneficiũ. Alio gaudio exultandum ac Chriſto congratulandum: quale nempè eſt eorum, qui abnegatâ impietate & ſæcularibus deſideriis, vitiis mortui, Deo conreſurgentes, temperanter & iuſtè & piè viuunt in hoc ſæculo, expectantes illam beatam ſpem & manifeſtationem gloriæ beati Dei & Saluatoris noſtri Iesv Chriſti.

CAP. V.

Dies Reſurrectionis, dies exultationis: cum die Natiuitatis confertur, atque etiam præfertur.

MAgna dies, dies admirabilis, dies quam fecit Dominus, dies lætitiæ & iubili, vt meritò ingeminet Eccleſia; *Exultemus, & lætemur in ea.* Pſalm. 117. Multum lætificat magnum obtentum bonum, multò magis ſi ſemel perditum recuperetur: quoniam (teſte Senecâ) bona noſtra carendo maximè noſcimus; & dolor ex boni amiſſione perceptus ſequẽs gaudium intendit & duplicat. Per pugnam inclareſcit victoria, ſalus per infirmi- Gaudiũ ex præmiſſis doloribus intenditur, & augetur.

Digitized by Google

tatem noſcitur: vita dulcior, quò certiori fuit obiecta diſcrimini. inuentâ drachmâ iubilat conuocatis vicinis mulier. Paſtor Euangelicus centeſimam ouem reductam gaudens humeris imponit. Redeũte filio prodigo, clamat pater ad ſeruos ſuos: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illam, & date anulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.* Iacobo cùm nunciaretur dominari in terra Ægypti Ioſephum, quem mortuum credebat, conſternatus credere non potuit tam fauſto nuntio, niſi viſis plauſtris & vniuerſis quæ miſerat. Magi redeunte ſtella (quam toto itinere præceſſiſſe volunt Chryſoſtomus cum Baſilio. Hieroſolymis verò diſparuiſſe vt Iudæos conſulere cogerentur) *gauiſi ſunt gaudio magno*, quòd re-

Luc. c. 15. v. 22.

Matth. c. 2. v. 10.

pænè deſperatâ itineris ſui ducem recepiſſent. Geneſeos 26. *Venerunt in ipſo die ſerui Iſaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes ſe inueniſſe aquam.* Primo Machabæor. cap. 4. maior fuit lætitia quam populus Dei habuit in reſtauratione templi, quàm in eiuſdem ædificatione: *Et facta eſt lætitia in populo magna valdè, & auerſum eſt opprobrium Gentium.* Si tantopere ob filium prodigum receptum exhilarabatur Pater; Iacob propter Ioſephum, Magi ob ſtellam, ſerui Iſaac ob aquam; Iudæi ob templum reſtauratum: quanto gaudio exultabunt omnes Chriſtiani, videntes ſolutum ac dirutum perfidiâ Iudæorum Chriſti corpus, poſt triduum reædificatum? Videntes triumphali trabeâ circumdatum, quem vili veſte Herodes illuſerat: gloriâ & honore coronatum, quem ſpinea corona cruentauerat: corporis impaſ-

Gen. c. 26. v. 32.

1. Mach. c. 4. v. 58.

impaſſibilis dotibus exultantem, qui paulò antè vulneribus & doloribus oppletus in cruce pependerat. Iſaac benedicente Domino locupletatus eſt, vt diceret Abimelech: *Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valdè.* Abiit de loco in locum, volens refodere puteos patris ſui à Philiſthiim obſtructos; ſed vbique iurgio inter paſtores exorto, deuenit tandem vbi contentione ſopitâ, initoque fœdere pacis conditiones iuramento firmarunt. *Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac, annuntiantes* &c. Aduertite gaudium, quòd moræ impatiens differri pernegat, & nos in demonſtrando Reſurrectionis gaudio tardabimus? Quin exſiliamus, volemus ſi poſſumus, narraturi toti terrarum Orbi lætitiam indicibilem; ſeminatum corpus animale, ſurrexiſſe ſpiritale, & naturam corpoream per impenetrabile penetraſſe inuiſibili aditu, viſibili conſpectu; iſtum deciſum Iudæorum crudelitate lapidem exaltari, atque conſtitui in caput anguli; ſignum ad benè ſperandum hominibus attolli, eò peruentura membra quò caput præceſſit. Gaudium hoc vniuerſale eſt: neque enim ad homines ſolùm pertinet, viuos mortuoſque, verùm etiam ad Angelos, ipſamque ſanctiſſimam Trinitatem.

Gen. c. 26. v. 16.

Ibid. v. 32.

Audeo dicere quòd dies Reſurrectionis amplioris ſit lætitiæ quàm Dominicæ Natiuitatis; adeoque & illi aptari poſſe verba S. Leonis. *Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ; quæ conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſâ æternitate lætitiam.* Reſurrectionem Apoſtolus alibi generationem appellare videtur, quandoquidem de illo agens, his verbis Dauidis vtitur: *Ex vtero ante luciferum genui te.* & : *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Dies Reſurrectionis Chriſti die Natiuitatis potior: & altera eius generatio.

S. Leo.

Pſalm. 109.

Pſalm. 2.

quibus agit Propheta de duplici generatione Chriſti, vna æterna antè omnem creaturam, altera in tempore ad ſimilitudinem creaturæ, quando formam ſerui accepit, habitu inuentus vt homo. Atque vt de hac agamus, cùm æternus Dei Filius in fine ſæculorum de puriſſimis B. Virginis viſceribus carne aſſumpta mortali, prodiit in mundum, & Verbum caro factum eſt; non videbatur Patri æterno Filium à ſe genitum ſibi iam eſſe conſubſtantialem: quia pater glorioſus, ille patiens: pater Deus, ille homo: pater impaſſibilis, ille mortalis: pater cælo ac terris metuendus, ille opprobrium hominum & abiectio plebis. At in die Reſurrectionis, mortalitatis pannis exutus, in veterem quaſi ſtatum & regnum repoſitus, iterùm Patri totus aſſimilatur, vitâ æternâ donatus, immortalitatis vigore conſpicuus, immenſitate, potentiâ, magnitudine, maieſtatis æqualis, vt illi aptiùs videatur Pater dicere in Reſurrectione, quàm in Natiuitate: *Ego hodie genui te*: & ille viciſſim, communicatam à Patre potentiæ & imperij æqualitatem deſignans, *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, id eſt, Eccleſiam omneſque gẽtes & regna. Cur non igitur Reſurrectionem, alteram Chriſti generationẽ appellemus? Si in prima illa nouus homo exiuit de intacto matris vtero; in hac de nouo & integro prodiit ſepulcro. Si in Nazareth venit Angelus, myſterij admirabilis præco, aſſeuerans Virginem in vtero concepturam, verè parituram quæ virum non nouerat: & hîc Angelus nuntiat ignominioſiſſima morte affectum, in æternam vitam & gloriam ſurrexiſſe. Multitudo cæleſtis cantu prædicat Natiuitatis gaudia: Angeli niuali albedi-

Pſalm. 2. v. 7.

Ibid. v. 6.

ne

ne veſtium, gloriam Reſurrectionis oſtendunt: Ibi pax hominibus promittitur, hîc adimpletur: Ibi gaudium paſtoribus annuntiatur, hîc Apoſtolis. Vt verbo abſoluam, ibi Chriſtus ad patiendum & moriendum natus, hîc ad perpetuò triumphandum renatus: *Chriſtus iam non moritur*, &c. Ibi triſte apparet ac rude vitæ initium, hîc læta ac feſtiua coronis imponitur. Hæc verò dies lætitiæ & exultationis, *hæc dies quam fecit Dominus*, nobis & illi pariter glorioſa: *exultemus & lætemur in ea.*

Ad Rom. 6.

Pſal. 117. v. 24.

TRACTATVS

De Feria ſecunda Reſurrectionis.

Ibant duo ex diſcipulis IESV *ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emmaus.* Luc 24.

PROOEMIVM.

Impatientia diſcipulorum.

QVIS *creditor tanti rigoris, ſuum debitorem ipſo die, quo ſolutionis inſtat terminus, appellat, vrgetq́ ad ſatisfaciendum? Promiſerat Chriſtus* IESVS *in ſeruorum ſuorum ſolatium, & ſalutis noſtræ felix augurium, ſe die tertiâ reſurrecturum, cùm de paſſione ſua ſermonem cum diſcipulis miſceret. Tranſiuítne dies ille tertius? minimè. Quid igitur in ipſa eadem die tanta ſuboritur his creditoribus impatientia?* Ipſa die, *duo ex diſcipulis ſe à reliquis ſegregant, Hieroſolymam relinquunt, atque inter ſe mutuis ſermonibus referentes quæ multa indigna Chriſtus paſſus fuerat, de Reſurrectione, velut ſuo tempore non exhibita, queruntur, & veluti expoſtulant.* Ipſa die: *nondum ſole in occaſum prolapſo. Vnde Dominum ſub peregrini habitu ſe illis adiungentem, ad commune hoſpitium inſtanter inuitant*: Quoniam adueſperaſcit, *inquiunt*, & inclinata eſt iam dies. Luc. c. 24. v. 29. *Dixerat autem Dominus tres dies & tres noctes ſe manſurum in viſceribus terræ, & tum animam ſuam depoſiti corporis exuuias reſumpturam*: Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, Matth. 12. & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus

tribus noctibus. *Quibus verbis ſignificabat ſe poſt tres dies reſurrecturum. Idem de ſacratiſſimi corporis templo figuratâ locutione dixerat: ſe deſtructurum nempè illud, ac poſt triduum readificaturum. Quod ipſimet Iudæi de Reſurrectione accipiebant, dicentes:* Quia ſeductor ille dixit: Poſt tres dies reſurgam: *Quod ideò Pilato referunt, vt cuſtodiatur ſepulcrum ſaltem vſque in tertium diem, intereà omni ſe metu abſolutos ac ſecuros putant. At amicis eius, (ſeu pia illa fuerit impatientia, ſeu diffidentia, ſeu ſpes, ſeu aliqua ſingularis conturbatio; quòd ad obuium anhelarent, vel quia quò magis reſurrexiſſe ferebatur) viſendi creſcebat auiditas. Vt vt fuerit, expectare nequeunt dum decurrat præſtitutus terminus.*

Matth 27.

CAP. I.

Triſtes diſcipulos Dominus peregrinus interrogat, vt inſtruat, cuius ſermo ignitus mentes accendit. Oratione tenetur Deus, & multa bona hoſpes animæ largitur.

EGRESSI de Ieruſalem duo diſcipuli, dum per viam inter ſe confabulantur quæ in Paſſione Chriſti acciderunt, dum de ſanctitate, de iuſtitia occiſi loquuntur, de patientia in morte, de prodigiis, de nuntio denique mulierum illo manè adducto: dum occurrit animo ſuauiſſimæ conuerſationis, doctrinæ, vitæ innocenter actæ, miraculorum ingentium memoria; quaſi optimo Magiſtro deſtitui, & orphani ſine patre, oues ſine paſtore, ſubditi, ſine Rege, qui illis promiſſus erat Saluator futurus, & Redemptor Iſraëlis; paulatim ſubdubitare cœperunt, an ille Filius Dei, & verus,

Ratio ſubdubitandi Diſcipulorum.

verus fuiſſet Meſſias. Nam ſi ille Chriſtus: quomodo mortuus ignominioſè? Si alios ſaluaturus: quomodo ſeipſum non ſaluauit? Si aliorum vincula diſrupturus: quomodo iis ad crucem abreptus eſt? Aut; ſi non erat ille Meſſias Patribus promiſſus; quomodo mendacium tam proteruum caderet in iuſtum & ſanctũ, vitâ integrum, prodigiis magnum? His ſimilibuſque ſermonibus implicati, triſtes mœſtique viam conficiunt, cùm Dominus IESVS habitu peregrinus, celeri greſſu appropinquans, ait illis: *Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes?* Velut ignarus omnium interrogat, qui omnia nouerat: non doceri cupiens, ſed mira & inſolita ſuos docere volens. Doctrinæ huius præcipua capita ſunt hęc ſequentia: primò nihil nos non debere facere pro proximorum ſalute; etiam pro rudibus & illiteratis haberi, omnibus omnia fieri vt omnes Chriſto lucrifaciamus: captare omnes occaſiones inſinuandi ſe illorum ſermonibus, qui doctrinâ noſtrâ in rectam viam reduci poſſent. Deindè in effigie peregrinâ ſe monſtrat peregrinis, vt innuat perfectam in hac vita cognitionem eius haberi non poſſe. Videmus nunc in ænigmate, poſtmodum facie ad faciem viſuri. Secundò, peregrinationem eſſe vitam noſtram, ac meliorem ciuitatem inquirendam, à qua per primi parentis pręuaricationem eiecti peregrinamur à Domino, exules in hac lacrymarum valle. Et quamquam illi duo de ſeptuaginta, non tam minutim & curioſè debuiſſent inquiſiuiſſe de ſummis myſteriis, ſed captiuare intellectum, & aliquod oſtendere amoris pignus in obſequium defuncti, quem amauerant nuper: interrogat tamẽ eos Dominus habitu

Luca c. 24. v. 17.

Cur Chriſtus peregrini & ignorantis ſpeciem aſſumpſerit?

Digitized by Google

habitu peregrino, vt de collatis ſermonibus quaſi certior, non tamquàm Dominus & Magiſter imperioſè argueret, ſed vt comes ac ſocius ſuaui reprehenſione inſtrueret: nempè, quamuis in via ſumus, dubitare tamen de Chriſto non debere, nec ratiunculis humanis diuina & altiora nobis metiri.

Luca c.24. v.17. *Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem, & eſtis triſtes?* Triſtitia ex dubitatione orta erat: dixerant enim, *Expectabamus.* quaſi dicerent, fruſtrà ſe expectare quod nondum videbant compleri.

Infidelitatis fructus. Vacillante Fide, concidit ſpes.

Ad hanc Domini interrogationem, alia ipſi interrogatione reſpõdent, & non perfunctoriè inculpãt: *Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalẽ, & nõ cognouiſti quæ facta ſunt his diebus?* Sed occurrit ſolitâ ſuauitate IESVS: *Quæ?* Quærit, in ſeipſo expertus, quæ docere volebat: vt docẽdo, errorem eximat, dubiamque fidem confirmet. *Dixerunt illi: De* IESV *Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens* &c. *Nos autem ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſraël. Et nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt, ſed & mulieres* &c. Obſerua hîc incredulitatis damna. Sperabant nuper, iam ſine ſpe videntur: turbati ſunt mulierum nuntio, non lætificati verbis Chriſti admonentur ad fidem, & tamen vacillant: Prophetã dumtaxat appellant, in eloquentiæ perſuaſione potentem, in efficacia doctrinæ altum, publicâ de Domino exiſtimatione adducti; de diuinitate eius non meminerunt, vel quòd ipſi in eius fide fluctuarent, vel nedum peregrino huic temerè credunt, ab illo irrideantur. Hinc Pater meus Auguſtinus ſerm. 140. de Tempore, tum Præfatione in Pſal. 96. ſpe illos docet excidiſſe; adeoque arguiſſe quodammodò ſeipſos, quòd redemptionem ex illo ſperaſſent: ta-

Ibid. v.18. Verſ.19. Ibidem. Verſ.21. S. AVGVST.

men quia *triſtes* erant, doluiſſe quidem ſine culpa occiſum quem norant innocentem; ſed non potuiſſe adduci vt Meſſiam crederent. Vnde non ſpem tantùm abiecerant, ſed & fidem: nam ſpes illa redemptionis Iſraël ſine fidei iactura perdi non poterat. Traditum in crucem viderant, mortemque ſubiiſſe inuidiâ premente Sacerdotum: ſed quia tertiâ die eum reſurrexiſſe non viderant, turbantur; more puſillanimûm, qui non viſa, facta non credunt: ſubitaque ſuprà ſenſum nouitate territi per mulierum nuncium, neſciunt quid credere velint.

Narratione geſtorum Chriſti ab illis completâ, adhuc non agnitus ab eis Dominus, arguit tardam animi ſtultitiam: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ! Nónne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?* Tardos vocat ad credendum, non illâ tarditate quâ vult omnem hominem eſſe ad loquendum & iram Iacobus in Canonica; ſed *tardos* appellat, quòd monſtratam fidem celeriter non apprehendant; Prophetas veraces vel non in ſolidum admittant, vel huic non conuenire exiſtiment quæ illi de Chriſto protulerunt oracula. Tarditas in voluntate, ſtultitiam generat in intellectu. Pronos atque expeditos ad virtutem eſſe nos conuenit, cùm Mors ſua non tardet molimina, & vita noſtra ad finem ſuum volucri paſſu properet. Vt autem probaret Chriſtus vera prædixiſſe Vates, neque redemptioni Iſrael & Chriſti regno obſtare ignominiam crucis; incipit totam Scripturam & Prophetas percurrere, qui non allegoricis ſolùm, ſed claris etiam verbis prophetarunt de ignominia, paſſione, morte, reſurrectione eius. *O ſtulti & tardi*

Lucæ c. 24. v. 25.

Iacob. 1.

Teſtimonia veteris Legis, quibus Chriſti venturi paſſio & mors prænuntiata fuit.

Digitized by Google

di corde! Paſſio & mors quæ vos ſcandalizat, magis oſtendit Chriſtum eſſe Meſſiam. Quid enim ſibi vult formata de Adæ dormientis latere Eua, niſi de ſecundi dormientis Adæ in cruce formari debere Eccleſiam? Abel iuſtus inuidiâ fraternâ interfectus, quem figurauit niſi Chriſtum Iudæorum inuidia (quorum iuxta carnem frater erat) in agro mundi, id eſt Caluariæ loco, occiſum? Vt taceam de Noë vndis diluuij agitato in ligno arcæ, & inebriato ex plantatione vineæ, qui Chriſti patientis & in cruce nudati typũ geſſit. Et peregrinatio Abrahæ, nónne peregrinam Chriſti paſſionem mundo oſtendit? Ad luculenta magis voluamur. Abraham filium vnigenitum iuſſu Dei immolans, traditionem Filij ab æterno Patre in mortem expreſſit: aries inter vepres cornibus hærens, Chriſtum inter ſpinas crucis pendentem: aries immolatus, Iſaac liberatus, Deitatẽ illæſam, carnem in cruce paſſam, præfigurauit. Eſau perſequens Iacob, Ioſeph germanorum inuidiâ venditus, & dum ſollicitatus ad nefas pallium in manu Ægyptiacæ meretricis reliquit, quid aliud ſignant quàm Iudæorum odia, Chriſti venditionem, falſas denique in eum accuſationes, dum conſentire noluit concupiſcentiis adulteræ ſynagogæ, præualente ad tempus iniquitate? Ioſeph carcere eductus, Aegyptiâ linguâ ſalutatus *mundi Saluator*; figura fuit Chriſti, qui totum mundum diaboli ſeruitute oppreſſum liberauit; ſedauitque famem animarum, præbens cæleſte pabulum corporis & ſanguinis ſui. Agnus Paſchalis occiſus, aſſus, comeſtus, cuius ſanguine poſtes illiti & liminaria, ne à percutiente Angelo ferirentur; an non clarè Chriſtum deſignat? Nõ itidem

Digitized by Google

ſerpens à Moyſe erectus, ad cuius conſpectum ſicut morſi ſanabantur, ita intuentes in Chriſtum fideles læthaliter faucij reualeſcimus? Mors Aaron ſummi Sacerdotis in monte Hor, an non mortem Chriſti, Sacerdotis æterni, in monte Caluariæ præſignauit? Inueſtigent alij quid ſibi voluerit coccus in ſignum poſitus à Raab meretrice, quid Samplonis ærumnæ per Dalilam, mors quam ſpontè ſibi obtulit, plures moriens quàm viuens de inimicis interimens. Quærant alij quid perſecutio velit, quam paſſus Dauid à Saule & Abſalon, quid aliorum Prophetarum interfectio præſignauit. Moyſes prophetico Spiritu afflatus de Chriſti morte locutus eſt Iſraeli: *Et erit vita quaſi pendens antè oculos tuos; timebis nocte & die, & non credes vita tua.*

Deuter. 28.

Infinita aliarum Prophetarum oracula prætereo. Quàm multa ænigmaticis verbis in perſona Sponſæ loquitur de dilecto Salomone: Iſaias certè tam apertis de illo verbis ſingula perſequitur, vt non Vatem ſed Euangeliſtam agere videatur: videte caput 53. 50. 22. Simili modo Ieremias, 11. 14. 15. Thren. 3. 4. alijque. Longum eſſet ſingulorum loca euoluere, quibus Chriſti non ſolùm gloriam & Reſurrectionem, ſed & Paſſionem ac mortis ignominiam tot antè ſæculis prænuntiarunt. Quis ergo noſtrûm tardus in credendo erit? Quis tam ſtultus, vt Reſurrectionem cruce euacuari putet? vt futurum non credat, quod illicò non videt? Tali modo cùm Chriſtus duobus diſcipulis Scripturas, quæ de ſe erant, interpretaretur; non ſuſpendit tamen iter, non tardat inceſſum: vt progredi doceamur in via Domini, quotidie magis magiſque erudiendi, donec deueniamus in patriam, claritate certâ & inter-

interruptâ eum viſuri.

Quàm illa Chriſti verba inflammarint corda duorum, quis dubitet; atque oculis nunc in ſe mutuo, nunc in loquentem intentis, ita ſecum ſæpenumero locutos: O doctum, ô mirabilem peregrinum! quâ in ſchola iſta didicit? Numquam ſic locutus eſt homo: Hęc illa ipſiſſima olim viuentis noſtri Magiſtri doctrina, cuius hunc tamen diſcipulum nec vidimus, nec audiuimus. Ita ſermonis eius dulcedine adducti, non ſenſerunt itineris laborem: quod etiam protendi vellent, adeoque ſub idem tectum inuitant, vt totam quàm longa eſt noctem illius ſermonibus auſcultandis impendant.

Lucæ c. 24. v. 28.

Cur Chriſtus finxerit ſe longiùs ire, & quomodo?

At ille *finxit ſe longiùs ire.* Quod à mendacio excuſat P. Auguſtinus, Significauit enim per hoc factum Dominus, longiùs poſteà (per Aſcenſionem ſcilicet ſuper omnes cælos) ſe iturum, nec tamen deſerturum diſcipulos. ita Augu-

S. AVGVST.

ſtinus. Sed clariùs paulò hoc quidquid eſt explicemus. Cùm facta pleraque ex ſe adiaphora ſint, neque ex natura certam veritatem aſtruant; verba in multos poſſunt fines referri. Compoſuit ergo ſe ita Chriſtus quaſi vlteriùs perrecturus, vt prouocaret alios ad ſeſe retinendum, & hoſpitalitatem exercendum: deindè vt doceret reuerà ſe abiturum fuiſſe longiùs ab eis per fidem, niſi fuiſſet piâ eorum charitate detentus, quam præhabiti ſermones in corde eorũ accenderant. Vide nunc fructum charitatis, & tam luculenti ignis ſtructuras. Ab eo diuelli nõ poſſunt: Vt ſecum maneat, non inuitant ſolùm, ſed pænè cogunt: *Mane nobiſcum Domine, quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies.* Sed quomodo cogitur omnium Dominus? precibus detinetur, & humilium oratione. Hoc quippe modo Iacob detinebat Angelum

Ibid. v. 29.

Deus orationibus noſtris detinetur & quaſi cogitur.

 dicen-

Exod.32. dicentem: *Dimitte me: aurora eſt.* Cui Iacob: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Non in potentia brachij ſui detinebat Angelum, ſed funibus orationum; quibus & illigauit Dominum Moyſes, cùm ipſe Dominus ad Moyſem: *Ibid.v.10.* *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, faciamq́ te in gentem magnam.* Moyſes Dominum precibus pioque rogamine detinebat. Tali modo vult cogi tenerique Chriſtus. Dulcis eſt violentia, quam parturit genuinus amor, omnium his artibus vult ſibi violentiam fieri, in cuius conſpectu preces humillimè effundentes rogemus quotidie: *Mane nobiſcum Domine*, quoniam dies vitę noſtræ tendit ad veſperum, *Mane nobiſcum* Sol iuſtitiæ; quia tentationum tenebræ ingruunt: *Mane nobiſcum* Paſtor bone, quia aduerſarius noſter circuit oues tuas, quærens quem deuoret. Orandum vt ſemper maneat: nè, ſi manè fortaſſis per gratiam eius floreamus, veſperè decidamus in peccata, & induratâ conſuetudine penitùs areſcamus. Chriſti manſio ſummè neceſſaria, quæ nos tueatur. Lupi ad veſperam egrediũtur, vt offendant greges redeuntes ad caulam, & ſi quam ſeparatam inuenerint ouem, voraci rictu deglutiant: ita dæmones ſub figura Chaldęorum (de quibus Habacuc 1. *lupis veſpertinis velociores*) eos qui ſecernunt ſe à ſuo paſtore, ad veſperam incredulitatis & occaſionum peccandi inuadunt. Itaque ſedulò precibus inſtandum, vt nobiſcum maneat Sol ille qui neſcit occaſum: quia non ſolùm totius mũdi dies noſcitur iam inclinata, ſed vniuſcuiuſque etiam hominis dies pergit in veſperam. Dum orior, quidam ait, morior. Quod inprimis ſecum mente reuoluere decet illos, qui vitæ ſtadio propè decurſo ad metam appro-

Habacuc. c.1.v.8.

Orandum vt Chriſtus ſemper nobiſcum maneat.

appropinquant, de qua Poëta: *Mors vltima linea rerum.*

Intrauit ergò IESVS, ciuiliter iis acquieſcens, piâ eorum charitate coactus, perficiturque propter quod ſe ſocium dederat. Quam domum ingreſſi ſunt, domum Cleophæ fuiſſe putat Hieronymus lib. de locis Hebr. in Eccleſiam à Domino conſecratam ipsâ ſacræ Euchariſtiæ celebratione. Antè completur, quod in Apocalypſi poſtmodùm ſcribit Ioannes: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: Si quis aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Stetit IESVS ad oſtium cordis ipſorum, per altiſſimos verborum ictus Scripturam interpretando pulſauit. Audierunt vocem eius ardenti animo, aperientes fores cordis tam ſerenæ doctrinæ. Quod ſibi cœnaculum parari vbi vidit Saluator; recubuit cum illis cœnaturus. Adhuc detinebantur eorũ oculi, vſque dum recumbens cum illis accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis. Mox verò vt ab iis agnitus eſt, euanuit. Quod aliqui cognitum velint ex artificioſa ſine cultro fractione panis; ſomniare mihi videntur. *Aperti ſunt oculi amborum*, remoto ſcilicet impedimento quo tenebantur: vt primorum parentum oculos poſt peccatum apertos legimus, nõ quod antè nihil viderent, ſed aliquid tunc animaduertere cœperint, quod antè non aduerterant. *Cognouerunt Dominum in fractione panis.* hoc eſt, cùm panem de manibus ipſius porrigentis ſumerent & manducarent. Iſtud ſignificat panis fractio, iuxta illud Apoſtoli 1. Cor. 10. *Panis quem frangimus, nõnne participatio corporis Domini eſt?* Fractionis nomine Lucas reliqua intelligere ſolet, maximeque vſum ſacroſanctæ Euchariſtiæ, quæ iuncta eſt fractioni, vt patet

[Margin notes: S. HIERONYMVS. — Apocal. 3. — Chriſtum in cor admittentes, quot bonis cumulentur. — Lucæ c. 24. v. 31. — 1. Cor. 10.]

Actor. 2. tet Act. 2. Quod autem cognouerunt Dominum tunc potiùs quàm anteà, contigit quidem Domini voluntate, certi tamen myſterij cauſa: ad commendandum ſcilicet ſanctiſſimum illud Sacramentum, vt notauit Auguſtinus, quia *per illud nos Dominum in agnitionem ſui congregáre nullus debet ambigere,* inquit epiſt. 50. q. 8. *Et ipſe euánuit ex oculis eorũ,* non quòd vmbra eſſet aut phantaſma, ſed per poteſtatem animæ glorioſæ in corpus, non ampliùs apparuit: ſicut ex colloquio & factis vera fuit cognita Reſurrectio, ita ex diſparitione, rediuiui corporis aliç qualitates ſunt agnitæ; quod ſubſtantiâ erat verum corpus, ſubtilitate tamen & agilitate ſpiritale.

S. Auguſt.

Lucæ c. 24. v. 31.

CAP. II.

Luctus Deo veniente abigitur. Bonum ſui diffuſiuum, pijs omnibus commune. Varijs modis Deus animæ illabitur pro cuiuſque ſtatu.

EVANESCENTE Domino ſubitò, ſtupor ſactus irrepſerat diſcipulis, & mutato dolore dixerunt ad inuicem: *Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis?* Præ nimio gaudio in lacrymas profuſi, his Dominum verbis proſecuti videntur: O dulcis Domine, ô bone animarum paſtor: cur hoc modo nobiſcum egiſti? quare illuſiſti nobis? cur non permiſiſti agnoſcere te, manus oſculari, pedibus circumuolui, tecum gaudere? O nos verè tardos & ſtultos, qui non in via id aduertimus, qui ex verbis tuis & alloquij virtute atque ardore te non agnouimus? *Et ſurgentes eâdem horâ regreſſi ſunt in Ieruſalem.* Agnoſce allo-

Ibid. v. 32.

Ibid. v. 33.

allloquij diuini effectus. Perit omnis ambiguitas, ſpes in animo erigitur; moras omnes abiiciunt: non menſâ, non epulis delectantur: currunt, volant, vt quantocyùs diſcipulorum animos ſua teſtificatione confirment, bona videlicet nuntiare quæ viderant, vt conſolatio per viſionem illis propria, fieret cum cæteris ipſorum relatione communis. *Regreßi ſunt in Ieruſalem*, de qua fuerant egreſſi: cũ triſtitia & diffidentia egreſſi, cum lætitia fideique plenitudine regreſſi. De Chriſto diffidentes, per Chriſtum ineffabili charitate reducuntur: *eâdem horâ*, eodem momento: *Neſcit quippe* (vt ait Ambroſius) *tarda molimina, Spiritus ſancti gratia*. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant; ingreſſique domum vbi erant Apoſtoli, priuſquam ipſi loquerentur, præuenti ſunt à dicentibus: Gaudete fratres, *quia ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Habent hoc bona nuntia, vt per celerrimos velint curſores intimari: ſcelus deputatur, eorum narrationem vel tantillo temporis ſpatio aliis inuidere. Samaritanus, vnus ex decem leproſis, vt vidit ſe curatum, illicò cum gratiarum actione regreſſus eſt ad Saluatorem. Ita adoleſcens ille Amalecites accelerabat de caſtris Saul ferens diadema & armillam ad Dauid. Baana & Rechab caput Iſboſeth, quem dormientem occiderant, abeuntes per viam deſerti totâ nocte, attulerunt ad Dauid. *Eâdem horâ regreßi ſunt.* Dei magnalia nunquàm vel ad paruum tempus celanda ſunt. Quarto Reg. 6. & 7. in oppido Samaria, quàm obſederant Syri, facta eſt fames magna, vt venũdaretur caput aſini octoginta argẽteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarũ quinque argenteis; matres

Luc. 2. 24. v. 31.

S. Ambr.

Ibid. v. 34.

Bona celeriter nuntiari amant, præcipuè diuina.

2. Reg. 4.

4. Reg. 6. & 7.

Digitized by Google

ob inediam liberos ſuos comederent, vt ipſe Rex ad quamdam mulierem opem ab illo petentem diceret: *Vnde te poſſum ſaluare, de area vel de torculari?* Propter quod Eliſæus à Rege iubetur occidi, qui tamen frumenti abundantiā prædicit. Dux verbo incredulus à turba conculcatus, iuxta Prophetæ dictū. Eo tempore quatuor leproſi deſperati (vt apparet) trāsfugerunt ad caſtra Syria: qui venientes ad principium caſtrorum, nullumq; reperientes, ingreſſi ſunt vnum tabernaculū, comedentes & bibentes, tuleruntq; inde argentum & aurū & veſtes, & abſconderunt, & ſic ad alia progreſſi idē faciunt, ac deinde dicunt ad inuicem: *Non rectè facimus. Hæc enim dies boni nuntij eſt: ſi tacuerimus, & noluerimus nuntiare vſque manè, ſceleris arguemur. Venite, eamus, & nuntiemus in aula Regis.* Si leproſis iſtis iuſtiſſimum videbatur non poſſe differri tam gratum Samariæ nuntium, per quod famis acerbitatem erant euaſuri: quantò magis decebat illos, & nos, omneſque Dei miniſtros, annuntiare admirabile Reſurrectionis myſterium, nuntium, quo non vllum felicius, gratius, ſalubrius Orbi terrarū innotuit. Quando enim Redemptor noſter præſentis vitæ corruptionem exuit, omnes pariter in eandem corporis Reſurrectionem inuitat: illius Reſurrectio, noſtra eſt: eius gaudium, noſtrum; eius immortalitas, immortalitatis noſtræ pignus eſt. Ipſe Chriſtus (quia *opera Dei reuelare & confiteri honorificum eſt*) mandat mulieribus, vt Reſurrectionis gaudium diſcipulis annuntient: *Ite, nuntiate fratribus meis vt eant in Galilaam, ibi me videbunt.* Magna reſurgentis Regis noſtri benignitas, qui quamuis ſolus relictus in ſæuo Paſſionis bello; formidoloſos fugienteſq; ſocios, *fratres* tamen nominat; & ad commu-

Marginal notes: 4. Reg. c. 6. v. 27. — 4. Reg. c. 7. v. 9. — Tob. 12. — Matth. 28. — Chriſtus victor, erga milites ſuos quàm benignus.

munem triumphi lætitiam & participationem inuitat. Magna Ducis noſtri clementia: qui quos tamquam deſertores & emanſores iuſtis ſuppliciis afficere poterat, in prędæ partem vocat: prælium extimeſcentes, ſpoliis quæ ſolus ex hoſte retulerat, decorat: nullo ſudore aſperſos, nullo puluere nigrantes, nullo ſanguine tinctos, à belli ſacri præmiis non excludit. Agite Chriſtiani, & Principis veſtri tantâ benignitate excitati, admiſſam ignauiam fortiter cum infernali hoſte pugnãdo corrigite: & quæ non meruiſtis antè præmia, nobili generoſitate meruiſſe videri optate.

Quatuor modi quibus Chriſtus poſt Reſurrectionem apparuit, & animæ deuotæ ſe exhibet. Lucæ c. 24. v. 36.

Intereà dum diſcipuli congregati audiunt quæ duo hi peregrini de apparitione ſibi facta narrant; *Stetit* IESVS *in medio eorũ, & dixit: Videte manus & pedes meos* &c. Sub quatuor formis Dominum ſe poſt Reſurrectionem ſpectandum exhibuiſſe aduerto. Magdalenæ in forma hortulani: duobus diſcipulis in forma peregrini: Apoſtolis in forma humana: Virgini in forma propria glorioſa. Tot ſe modis Deus monſtrat electis, quos de morte in vitam reſuſcitare ſtatuit. Incipientibus nouiterque ſuſcitatis formâ hortulani apparet, eradicans vitiorũ ſtirpes altè fixas in animi agro, potentiaſque eius in multiplices plãtas diſpergens, quę varios deſideriorum flores, cæleſtium cogitationum amabiles fructus, & virtutum variarum viridantia germina producant: ex horrida & inculta, gratam Deo animam reddens, ſicut ſcriptum eſt: *Et eris quaſi hortus irriguus, cui non deficiunt aquæ.* Iſaia 58. Talis eſt omnis iuſti anima ad Deum conuerſa: felix tali hortulano, quem enixè inuitat Sponſa in Canticis: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructũ pomorum ſuorum.* Cant. 7. Iuſtum quippe eſt

Digitized by Google

frui bonorum fructibus eum, qui hortum hunc excoluit. Vnde dicebat illa: *Omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi dilecte mi.* Hoc dicere anima poteſt totis viribus in Dominum intenta, ſapiens quęcumque vera ſunt, quęcumque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque amabilia: nihil ſibi, omnia Deo tribuens, à quo omne datum optimum. Cant. c. 7. v. 13.

Poſt hortum animi ita malis herbis purgatum, contemptum mundi ſuadere incipit, ac feſtinare in via Dei: in qua proficiſcentibus *peregrinum* ſe oſtendit, vt doceat nos tamquam peregrinos & hoſpites verſari in hoc ſæculo. Hi ſunt primi gradus aſcenſionis in Deum. Vnde Salomon ſe exhibet priùs in Prouerbiis animarum hortulanum, quàm in Eccleſiaſte peregrinum induit, mundi vanitatem proponens. Quàm pauci ſunt bone IESV, qui tecum peregrinari expetant; in mundo radicati, euelli nolunt, aut vix poſſunt, vt in meliorem terram tranſplantentur. Pauci cum Apoſtolo cæleſtibus inſudant, in ea intenti quæ præſentia ſunt ſed fluxa, obliti eorum quę futura ſed ſtabilia. Felix, cui talis in via peregrinus obtingit, erit ei certo talis ſocius pro vehiculo, ait Bernardus. Sed valdè notandum eſt, docente Gregorio, quòd iſti diſcipuli quem non cognouerunt diſputantem de Scripturis, cognouerunt in fractione panis: quia ſæpè contingit, vt maior lux & cognitio Dei reperiatur in bonorum operum exercitio, quàm in ſacrarum Scripturarum ſcrutinio, iuxtà illud, *A mandatis tuis intellexi.* & iterùm: *Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui.* Bonis operibus perfectiùs inuenitur Deus quàm magnis ingenij ſubtilitatibus. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum tuam;* S. BERN. S. GREG. Pſalm. 118. Iſaia 58.

cùm

cùm videris nudum, &c. *Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum*, &c. Frange, ô prædicator, pauperibus panem tuum, non illum præciſè materialem, ſed ſcientiam partam in peccatores aſſiduè coneris profundere, non tam elaborato & artificioſo eloquio, quàm vitæ bonæ exemplo. Vides enim ipſum Saluatorem non in ſacræ Scripturę expoſitione, ſed in panis cognoſci fractione: *Quia bonus paſtor* (inquit Theophilus Alexand.) *plus cognoſcitur operando quàm prædicãdo: maioris efficaciæ ſunt exempla quàm verba; audiendo enim non ſunt ſanati, ſed faciendo.*

THEOPHILVS ALEXAND.

Tertiò, pôſt morum inſtitutionem (in quibus eſt quaſi hortulanus) poſt ſæculi contemptum (in quo videtur vt peregrinus) ſequuntur ij, quibus procul à turba, vitæ contemplatiuæ vacantibus, Chriſtus in propria ſe forma exhibet, non iam de Scripturis diſſerens, ſed interiùs docens, ſicut Ioannes ait: *Non opus eſt aliquis doceat vos, ſed vnctio vos docebit de omnibus.* Hi ſemper mentis oculis ſibi repræſentant Chriſtum Dominum in hoc mundo pro ſalute noſtra conuerſantem, tamquam hominem ſanctum, innocentem, mitem, dulcem, omnis gratiæ plenitudine delibutum, cuius vitam & totius redemptionis ſeriem iugi memoriâ percurrentes, abundant intimâ mentis dulcedine. Quæ enim ſuauitas non guſtatur in tot myſteriorum contemplatione, dum modò naſcentem, modò circumciſum, modò ſub parentum cura & imperio adoleſcentem; modò inter Doctores, modò inter Phariſæos diſputantem; modò miracula patrantẽ, ac mox patientem, & deinde reſurgentẽ piâ animi meditatione conſiderant?

1. Ioan. 2.

His ſupergreſſi altioris ordinis contemplatores (quos non tam delectat Chriſti humanitas, quàm rebus omnibus præſens diui-

diuinitas) lynceis oculis ſacrũ carnis velamen penetrantes, interiores diuitias quærunt, & figentes oculos in illud admirabile Verbum, per quod in principio apud Deum exiſtens facta ſunt omnia; dicere poſſunt cum Apoſtolo: 2. Cor. 3. *Nos autem reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tamquam à Domini ſpiritu.* Hiſce Dominus in propria gloriæ figura conſpicitur, quibus nihil deeſt, niſi vt ſciſſo carnis velo introeãt in ſancta ſanctorũ. In illorum corde cernitur Deus, quemadmodum ab Angelis & beatis; non iam per ſpeculum in ęnigmate, ſed veluti facie ad faciem: hi cum Deo tractant non quaſi hoſpites & aduenæ, ſed tamquam ciues & domeſtici; nõ iam foris ſtantes in veſtibulo, ſed in interiora admiſſi domus Dei penetralia. Quibus applicari poſſunt illa Apoſtoli: Ad Coloſſ. 3. *Nunc mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto: cùm autem apparuerit vita veſtra, tunc & vos ſimul apparebitis cum eo in gloria.*

CAP. III.

Cur Seruator noſter à duobus Diſcipulis non permiſerit ſe agnoſci: & in peregrini habitu poſt Reſurrectionem ſuam apparere voluerit?

DILIGENTER ac penè curiosè inquirunt quidam, quam ob cauſam Saluator noſter duobus illis diſcipulis per viam ſe non manifeſtauerit in forma ſolita, aut qua vidit eum Propheta: *Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?* Isaia 63. Non ſic eum vident diſcipuli, ſed habitu plebeio ac peregrè proficiſcentis figurâ circumdatum: vt rogare non dubitent, nè ſe delaſſet ampliori itinere: *Mane nobiſcum Domine, quoniam aduespe-* Luca c. 24. v. 29.

Quomodo & cur detenti diſcipulorum oculi, ne Chriſtum agnoſcerẽt!

neſperaſcit. Nec cæcos illos fuiſſe, nec clauſis iuiſſe oculis conſtat: ſi quos apertos legimus, interiores mentis oculos putemus, qui tenebãtur modo ecſtaſi ſimili, cuius quamdam ſpeciem, vt Caietanus loquitur, incurrerunt ex mala diſpoſitione in pœnam demeritorum. Simile apparuit in Petro (non ſimili ex cauſa) dum carcere eductus ab Angelo non diſcernebat quod reapſe vereque ambularet. Contingit quoque hominibus valdè ad aliquid intentis, non diſcernere multa occurrentia. Tali modo retentam in his diſcipulis partem cognoſcitiuam interiorem, rationi conſentaneum eſt, non impeditâ aliarum rerum cognitione, ſed solùm nè eum tunc cognoſcerent, quem familiari vſu cognouerãt. Siue verò hoc modo id contigerit, ſiue per immutationem aëris interiecti, ſiue quòd aliqua pars corporis Christi ſpeciem non emitteret; ideo id fecit, vt peregrinis peregrinus appareret. Sed cur tandem peregrinus apparere voluit? S. Gregorius, myſterium hic aliquod latere inſinuat: *Hæc* (inquit) *egit Dominus foris in oculis corporis, quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi namq́ apud ſemetipſos intus & amabant & dubitabant; eis autem Dominus foris & præſens aderat, & quis eſſet non oſtendebat.* Ideoque cùm nec ex voce eum cognoſcerent, admirans interrogat Cleophas: *Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti ea quæ facta ſunt in illa his diebus?* Quia intus, inquit, amabant; ideò foris præſens aderat: nè ſcilicet hũc eorum amorem reciproco amore cõpenſare tardaret, aut (vt Mercatorum Phraſi vtamur) paria cum iis facere. Sed quid dico, paria facere? cùm quidquid ille facit, amoris opus ſit redundãtis; quidquid donat, non donet ſolùm eâdem menſurâ

c. 111. *Actor. 2.* S. Greg. Lucæ c. 24. v. 18. Amor Dei quàm liberaliter amorem hominis compenſet.

ſurâ, verùm etiam bonâ & confertâ, & coagitatâ, & Luc. 6. ſupereffluente. Nihil à nobis expoſcens, quàm vt eius in nos beneficia gratâ mente ſæpè recolamus.

Chriſtus omnia omnibus factus, vt omnes lucrifaceret. Sed paulò clariùs hæc enucleemus. Duas ob cauſas peregrini habitum à Chriſto hodierna die aſſumptum puto. Primò ſcilicet, vt nobis oſtenderet amorem ſuum, quo ſe non tam Dominũ exhibet violenter trahendo, quàm amicum & fratrem ſuauiter & ad captum noſtrum accommodatè alliciendo. In horto verſanti Magdalenæ hortulanum ſe præbet: peregrinis ſub peregrini habitu ſocium ſe adiungit; qui vt hominem ſaluaret, homo factus erat; vt oues perditas reduceret, paſtori ſe aſſimilauerat; vt latronem Deo lucrifaceret, etiam inter latrones crucifigi non defugerat.

Redemptionis beneficium in peregrini habitu expreſſum. Secundò, ſub peregrini habitu (quamquam iam de morte victor, de diabolo triumphans) ſe poſt Reſurrectionem exhibet, vt redemptionis beneficium nobis ob oculos poneret, quod aſſiduè quamdiu in hac vita tamquam via peregrinamur à Domino, gratâ mente reuolueremus. Neque enim vllo meliùs quàm peregrini habitu oſtendere poterat, quid pro nobis factus & paſſus erat: qui cùm Deo æqualis eſſet, *exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui* (quaſi peregrini veſtem) *accipiens, & habitu inuentus vt homo.* Philip. c. 2. v. 7. In quo verbo totum redemptionis noſtræ myſterium includitur. Nam (vt pulcrè Pater noſter Auguſtinus) S. Avgvst. *ſi ille non eſſet homo, non liberaretur homo. Non enim teneretur niſi homo, aut caderetur niſi homo, aut crucifigeretur aut moreretur niſi homo.* Sub peregrini ergo habitu nos redemit: *obiiciens* ſcilicet *aſpectibus humanis hominem, ſeruans intus Deum: celans formam Dei, in qua æqualis eſt Patri; & offerens formam ſerui, in qua minor erat Patre.*

Huius

Cur poſt Reſurre-ctionem Chriſtus, Paſſionis inſignia, in corpore ſuo reti-nuerit?

Huius tanti beneficij memoriam vt animis noſtris ingereret, non triumphantis, ſed peregrini habitum aſſumpſit. Nihil enim illi gratius, nihil acceptabilius, quàm ſi redemptionis noſtræ opus piâ mente ac frequēti commemoratione reuoluamus. Ideò & in glorioſo iam & impaſſibili corpore, vulnerum tamen cicatrices retinuit; quæ veluti totidem linguæ, eius erga nos amorem aſſiduis præconijs inſonarent; eadem iterùm aperturus, vt oblitteratam in mente noſtra Paſſionis memoriam excitare & renouare poſſit. Vnde cùm

CHRYSOL.

S. Chryſologus his verbis Apoſtolos alloquentem inducit: *Aperite manuũ foramina, ſulcate latus, renouate vulnera: quia negare non poſſum diſcipulis ad fidem, quod inimicis in pœnam ſæuientibus non negaui.* Atque huc ſpectare puto viſionem illam, de qua Ioannes Apo-

Apocal. 5.

calypſis 5. cap. vbi ait: *Et ecce in medio throni Agnum ſtantem quaſi occiſum.* Non dicit, occiſum viuebat etenim. Subiungit enim, veniſſe eum & acceptum de dextra ſedentis in throno librum aperuiſſe, ac continuò auditas voces applaudentium Angelorum multorũ in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum: virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam ei exoptantium. Sed ſi iam in throno gloriæ ſuæ repoſitus eſt, inter tot acclamantium vota & adorationes; cur eum deſcribit Ioannes *tanquam occiſum*? ac non potiùs in habitu triumphantis & glorioſi? Non aliam certè ob cauſam, quàm vt oſtenderet ſibi gratiſſimas eſſe laudes & gratiarum actiones quæ beneficium Redemptionis noſtræ per ſanguinem eius & mortem, commemorarent: & licet in dextra iam Patris collocatus erat Iudex conſtitutus viuorum, & mortuorum; vulnerum tamen, quæ pro noſtra acceperat ſanitate, inſignia, ſe retinere velle, tam ab hominibus

Crucis ſignum in templis Chriſtianorum.

in hac vita quàm à cæleſtis illius gloriæ conſortibus laudanda & adoranda. Atque hinc ſponſa eius Eccleſia, in templis omnibus eius cultui & memoriæ erectis, inter feſtas lampadum luces, inter innumera & pretioſa altarium ornamenta, crucis ſignum collocari voluit, vt omnium ſemper oculis incurreret imago ſponſi ſui, non in figura triumphantis, & gloriâ amicti, ſed tamquàm occiſi. Hoc ſeriò expendite, hoc animo reuoluite, Chriſtiani, non in hunc finem erecta eſſe templa, vt in eis vana colloquia miſceretis, ſæcularia negotia tractaretis, fœdas rerum venerearum imagines animo reuolueretis: verùm vt in Agnum illum pro nobis immolatum, mentis oculos intenderetis, hunc feſtis vocibus, hunc gratâ mente ſpectaretis; cum cæleſtibus ſpiritibus & ſeniorum turba acclamãtes: *Sedenti in throno, & Agno, benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas, in ſæcula ſæculorum, Amen.* Apocal. 5.

Cap. IV.

Chriſti amor, quantum in hoc Euangelio eluceat. Verus animarum Paſtor, in exemplum propoſitus ad procurandam proximi ſalutem.

Quinam fuerint hi duo diſcipuli?

IPsâ die quâ reſurrexit Saluator egrediebantur de ciuitate in caſtellum ſiue villam (quam Cleophæ fuiſſe volunt) duo ex diſcipulis: quorũ vnus prædictus Cleophas, maritus Mariæ quæ dicitur Cleophæ Ioannis 19. alterum non nominatum S. Gregorius in Præfatione Libri Iob, S. Lucam fuiſſe credit, more Euangeliſtis vſitato locutum de ſe in tertia perſona. Sed veroſimilius eſt, quod habet Baſilius in cap. 6. Iſaiæ, hunc ſecundum, Simonem fuiſſe appellatum: quia Lucam non Domini, ſed Apoſtolorum diſcipulum fuiſſe multi teſtantur. S. Greg. S. Basil.

Hi ergo dum inter ſe colloquuntur de ijs quæ circà Ieſum acciderant; ipſe Dominus

Digitized by Google

Chriſti amor quàm promptus & obſequioſus, vt errantes in viam iuſtitiæ reducat.

minus ſub peregrini habitu, celeri paſſu eos aſſequitur, & comitem vix adiungit. Vide Saluatoris noſtri bonitatem. Feſtinat vt à ſe fugientibus celeriter occurrat, & de ſalute deſperátes in viam reducat perſeuerántis iuſtitiæ. Præuenit Saluator & ſeipſum ſuauiter ingerit duorum de nomine ſuo tractantium conſortio, vt ab ipſis ſenſim eliciat mœroris cauſam, quò ſuauiùs animis illorum opportunam adhibeat medicinam. Ipſe venit, ipſe ſolatur, qui olim per Angelos iſtud beneficij hominibus exhibere conſueuerat. Quapropter Sponſa ad cõſortes ſuas (ingenuo pudore deterrita, & quia per internũtios rectiùs fieri exiſtimabat) loquitur: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* (*Cant.1.*) Non auſa ſcilicet per ſe rogare Sponſum, vt ad ſe veniret: qui hodie duobus diſcipulis tantâ velocitate vltrò appropinquat, lateri eorum ſe iungit, omnes familiariter cum ijs tractandi occaſiones captat: *Qui ſunt hi ſermones, &c. & eſtis triſtes?* (*Luc.c.24. v.17.*) Vnde valdè errabat & deſipiebat impius ille apud Iob, curam rerum humanarum Deo eripere volens, *Circa cardines cæli perãbulat, nec noſtra conſiderat.* (*Iob 22.*) Cùm amor quem erga nos habuit ab omni æternitate, neq; vitiorum deformitate, neque humani ingenij cæcitate, neque peccatorum magnitudine, nec ipsâ tam probroſâ morte cõpeſcatur, aut retardetur. *Charitas, numquàm excidit,* non moritur amor Chriſti: *Charitas non cogitat malũ;* Chriſti amor pœnas & iniurias ſibi illatas nihili facit, & velut abſorbet, vt & memoriam illarum perdidiſſe videatur: vnde mirantibus diſcipulis quòd ea ignoraret quæ Chriſtus à Iudæis paſſus fuerat, atque in omnium ore verſabãtur, reſpondet: *Quæ?* O amorem inauditum! O nimiã (neq; enim aptiori epitheto vti poſſumus) quã nos dilexit charitatem! *Quæ?* inquit quaſi quæ fecerat per tot annos, quæ paſſus erat tam magna ac multa, pauca ſint, neq; à ſe memorari digna. *Quæ?* dicite

Chriſtus Paſſionis ſuæ velut oblitus, præ amoris magnitudine.

dicite mihi, ô boni comites, repetite illa quæ paſſus eſt Ieſus Nazarenus, atque in memoriã mihi reducite, ſingulatim atq; ordine narrate, omnia: libẽter vobis aurium operam collocabo. Ita Chriſtus ad peregrinos. Ego verò hæc ad te, ô Chriſtiane! Noli vmquàm Paſſionis memoriam ex animo tuo deponere, aut permittere, vt animis aliorum excidat. Quæ Chriſto, præ amoris magnitudine, parua vidẽtur; nobis ſumma & inæſtimabilia, ſicut ſunt, ita & videri debẽt. Hæc ſæpè tibi ipſe in mentem reuoca, hæc alijs deprædica. Id cùm tibi proficuũ, tum Chriſto gratiſſimum erit. Neque aliam fortaſſe ob cauſam Euangeliſta Cleophæ nomen ſacris ſcriptis inſeruit, & toto Orbe ad finem vſque ſæculi prædicandum immortalitati cõſecrauit, quàm quòd ille præ concollega ſuo (cuius nomen ſubticetur) reprehendendum putauit Peregrinum, quòd rem tantam, in Iſraël vulgatiſſimã, Chriſti nempè Paſſionem ſolus ipſe, & de Iudaica vt apparebat ſtirpe, ignoraret.

Cleophæ nomen cur Lucas Euãgelio ſuo inſeruerit?

Euangelium hodiernum ſcenæ inſtar, varia myſteria exhibet.

Si in Comœdijs varietas ſcenarum mirum in modum ſpectatorum oculos delectat; non poſſunt non pias mẽtes ſummâ voluptate afficere plurima in hodierno itinere concurrentia myſteria, gratiſſimâ varietate propoſitâ. Duo exhibentur diſcipuli, quos, velut agniculos de grege dilapſos Chriſtus in aduenæ formâ, verus animarũ Paſtor inſequitur celerrimè, nè in feras & famelicas beſtias incidant. Illi ſtabuli clauſurâ pertæſi, ſoli per ſyluas vagari amant: hîc ſe ijs adiungens ad caulã periculi ſecurã reducere ſtudet. Chriſtus eorum cuſtos, rationem trãſuerſim raptam in ſedem ſuam vult reuehere: ipſi capite viſuq; oculorum turbati, deſultoriè aufugiunt. Chriſtus ſub peregrini habitu apparet illi nigro & lugubri, vtpotè triſtes. Chriſtus non agnitus illos cognoſcit: illi agniti eum non percipiunt. Ipſi deſperantes: Chriſtus ſalus, auctorque ſanctæ ſpei.

Ipſi

Digitized by Google

Ipſi ſtulti & rudes ad credẽdum: Chriſtus ſapientia Patris & prima veritas. Ipſi tardi: Chriſtus agilis. Ipſi ſpe flaccidâ & tepidâ charitate mœſti: Chriſtus alacris & amore feruens. Vide nunc aliam rerum ſcenam. Illi in hoſpitium Chriſtum inuitãt: ipſe eos excipit. Illi ad cænam vocant: ipſi cœnæ pater conuiuium exhibet. Paſcere volunt: & paſcuntur. Docere volunt de ijs quæ Hieroſolymis acciderãt: & docentur. Priùs mœſti, recreantur; cæci, illuminantur; ignorantes, inſtruuntur; tepidi, accenduntur. O mira ſcenæ totius cataſtrophe, ſiue rerũ in finem inſperatum conuerſio! Triſtes initio erant & vultu inamœno querebantur: *Nos autem ſperabamus, quia redempturus eſſet Iſraël:* à iugo ſcilicet gentium. Verùm mox gaudio exultant; poſtquàm intellexerũt ſpes ſuas vanas non fuiſſe, ſed in alio & meliori ſenſu: nempè redẽptos ſe à ſeruitute diaboli, legis, & peccati. Deſperatione adacti Hieroſolymã relinquebant: in quam mox ſpei pleni & melioris fortunæ nuntij reuertuntur. Dominum ſe & Redemptorem perdidiſſe volebant: quem mox agnoſcunt electis ſuis præſentẽ fore in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis.* Quàm diuerſæ dulceſque figuræ!

Luc. c. 24. v. 21.

Ibid. v. 30.

Cur duo diſcipuli Hieroſolymâ exiuerunt.

O felix iter horum diſcipulorum! ô bonis auibus inceptum, melioribus finitum! Exeunt triſtes, redeunt læti: exeũt ſpe Reſurrectionis abiectâ, redeunt oculati eiuſdem teſtes. Cur verò exiuerint, varij varias rationes adferunt. Et quamuis imbecilles in fide Reſurrectionis exiiſſe conſtat, non tamen repugnat quin bonâ honeſtaque de cauſa ſe ab alijs ad tẽpus ſeiunxerint. Non enim abeunt, diſcipuli, à Collegio Apoſtolico ſequeſtrati; verùm, quemadmodum aluearijs euolant apes in communem laborem, vt rore cæli tumidæ & ſucco florum cauernulas repetant. Ita illos

honeſtâ ſanctâque cauſâ mo-
tos exijſſe, octo indicijs col-
ligo. Primùm, quod egreſsi
Luc.c.24. v.13. bini: *Ibant ipſâ die duo*, &c.
qui mos in Collegio Apo-
ſtolico ſeruatus à Chriſto de-
Luc.10. fluxit: *Miſit binos antè fa-
ciem ſuam.* Inſuper, non
aliena cætu ſuo verba prolo-
Luc.c.24. v.19. quuntur, ſed, *de Ieſu Naza-
reno,* cuius geſtis immerſi, de
iniqua morte triſtantur. De-
indè, communi luctu teruntur, illam infamem Chriſti
patientis lanienam aſsiduè
maſticantes: *Et eſtis triſtes.*
Ibid. v.17. Tertiò: Non indignum iu-
dicauit ijs ſe exhibere Domi-
Ibid. v.16. nus: *Appropinquans, ibat cum
illis.* Quartò: Lubenter au-
diunt comitem de lege Moy-
ſis differentem & Prophetis:
Ibid. v.32. *Nonne cor noſtrũ ardens erat,
dum loqueretur?* Quintò: In-
trare compellunt, & vnà cæ-
Ibid. v.29. nare: *Coëgerunt eum.* Sextò:
in fractione panis, id eſt, ſa-
croſancta communione, me-
rentur peregrinum agnoſce-
Ibid. v.31. re: *Et cognouerunt eum.* Sep-
timo: Nullâ morâ retardati
reuolant in Ieruſalem, à ne-
mine, ne ipſo quidem Chriſto
agitati, vt participes faciant
cõfratres percepti gaudij. *Et* Ibid. v.33.
eâdem horâ reuerſi ſunt. Vlti-
mò, teſtes erant Reſurrectio-
nis: *Narrabant quæ geſta erant* Ibid. v.35.
in via. Per octo hæc indicia
iudico non abijſſe duos vt ſe
à reliquo corpore ſecernerẽt,
ſed vt facerent in Emmaus
aliquod bonũ opus in puſilli
gregis emolumentum. Adeſt
verò illicò Chriſtus, infirmæ
ſed tamẽ piæ voluntatis mo-
tus præſenti gratiâ ſuâ pro-
moturus: vt omnibus auxilij
ſui certam & indubitatã in-
gereret fiduciam. Paulus ad
Roman. *Ne dixeris in corde* Ad Rom. 10.
*tuo: Quis aſcendit in cælum?
id eſt Chriſtum deducere. Aut:
Quis deſcendit in abyſſum? hoc
eſt Chriſtum à mortuis reuo-
care. Quid dicit ſcriptura? Pro-
pè eſt verbum in ore tuo, & in
corde tuo.* Nemo tribulatus in
eam deſperationem prouol-
uatur, vt longinquum à ſe
credat Chriſtum; dicatque in
animâ ſua: Fortaſſe non me-
minerit mei Deus, qui cælo-
rum atria poſsidet: aut, quid
mortuus Chriſtus mihi tri-
buat? Si enim Deus Moyſi cæ-
teriſque

Deus propriſſimè accurrit ad noſtras infirmitates ſubleuandas.

Digitized by Google

teriſque filijs Iſraël, quos ſeruos ſuos nuncupat, tam frequenter apparuit conſolator: quid non erit Chriſtianis, qui diffuſo Spiritu Sancto in cordibus noſtris clamamus, Abba, pater? Non igitur vnquàm tám nefaria cogitatio tibi in mentem veniat, vt dicas: Quis mihi illum de abyſſo extrahet mortuum & ſepultum? Aut, ſi cælorum altiſſima iam conſcendit, quis ex empyreo, loco infinitæ diſtantiæ, glorificatum mihi adducet? Caue, nè ob iſtam corporalem à nobis abſentiam proteruè loquaris, vt olim de Moyſe Dominum alloquente filij Iſraël: *Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit.* Caue, nè ob iſtam dico abſentiam vitulum in corde fabrices, & idola diffidentiæ, *Propè eſt, dicit ſcriptura, verbũ in ore tuo, & in corde tuo*. Aſpice binos hoſce diſcipulos: vix in ore Saluatorem circumferunt, &

xod. 32.

ad Rm. 10. v. 8.

ecce præſentem ſe illis exhibet. Ad primam ſui mentionem accurrit: *Et appropinquans ibat cum illis.* Ad primam imbecillitatis in fide & ſpe confeſſionem, dum inquiũt, *Et nos Sperabamus;* adeſt promptus animarum Medicus: *Et interpretabatur quæ de illo erant in omnibus ſcripturis*. Inuitatus ad hoſpitium cordis noſtri ſerioque rogatus, non difficilem ſe præbet aut moroſum: *Et intrauit cum illis.* Neceſſitates tuas ei detege; confitere inopiam, opem eius fidenter implora, qui ſemper vult & numquàm non poteſt rebus tuis etiam deſperatiſsimis ſuccurrere, nullâ locorum intercapedine ſeiunctus. *Non enim* (vt ait Apoſtolus) *longè eſt ab vnoquoque noſtrûm.* cùm rebus omnibus non ſolùm adſit, ſed etiam inſit per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

Luc. 24. v. 16.

Ibid. v. 21.

Ibid. v. 27.

Ibid. v. 30.

Actor. 17.

TRA-

TRACTATVS
De Feria III. Reſurrectionis.

Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis: Pax vobis, ego ſum, &c. Luc. 24.

Cap. I.

Summo miraculo fores clauſas penetrans Chriſtus, precatur ſuis pacem.

DVO Diſcipuli, quibus in fractione panis Dominus innotuerat, regreſſi ſub veſperum in Ieruſalem, Apoſtolis ibidem congregatis, cæteriſq; Diſcipulis vnà recumbentibus narrarunt ſumma cum lætitia & alacritate viſum à ſe Dominum, cæteraque quæ geſta erant in via. Cùm ecce priuſquàm narrationis ſuæ filum finiuiſſent, *Stetit Ieſus in medio eorum* adhuc recumbentium: mirantibus omnibus & ſtupore plenis, quomodo illuc intraſſet, cùm fores eſſent clauſæ & omnes aditus diligentiſſimè obſtructi, ob *metum Iudæorum*. Neque enim patefactis oſtijs aut conniuentibus aduenit Chriſtus; ſed accuratiſſimè clauſa nouo miraculo penetrauit: vt hîc contra nouatores noſtros agnoſcunt Patres, Hilarius lib. 8. de Trinit. Epiphanius hæreſ. 64. Ambroſ. lib. 10. in Lucam, & imprimis Auguſtinus, quem præ cæteris ſolet venerari Caluinus: *Moli*, inquit, *corporis vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt: ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo naſcente Matris virginitas inuiolata permanſit*. Vt enim epiſtola

Luc. c. 24. v. 36.

Ioan. c. 19. & 20.

S. AVGVS.

ſtola 148. ait: *Valet Deus de iſta viſibili atque tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus, auferre quas voluit qualitates.* In hoc autem facto Saluator noſter primùm virtutis & potentię ſuæ ſpecimen exhibuit, deindè miſericordiæ & benignitatis. Ac potentiæ quidem, cùm clauſis oſtiis ſubitò ad illos ingreſſus oſtendit non iam mirum videri debere, quod clauſo exiſſet ſepulcro: Benignitatis verò, cùm ad ſtabiliendos ſuorum in fide Reſurrectionis animos, poſt quatuor eâdem (id eſt primâ Reſurrectionis) die, apparitiones, quintam hanc adiecit: quaſi, cùm nimium nobis faceret, amori ſuo numquàm ſatisfaceret. Primò enim apparuerat Mariæ Magdalenæ ſoli: Ioan. 20. Deindè, eidem cum cæteris mulieribus, Matth. 28. v. 9. Tertiò, Simoni, Luc. 24. Quartò duobus diſcipulis euntibus in Emmaus. Cùm verò his tam luculentibus teſtibus nondum aliqui fidem firmam & indubitatam adhiberent, quintò tandem omnibus ſimul congregatis ac diſcumbentibus ſe non ſpectandum ſolùm, ſed & manibus contrectandum ac palpandum exhibuit: vt & illis carnis ſuæ veritatem euidentiſſimis argumentis oſtenderet, & noſtræ omnium (quibus fides Reſurrectionis annuntianda erat) incredulitati occurreret. Neque enim vllus iam dubitandi de auctoritate & fide Apoſtolorum relictus eſt locus, poſtquàm perſpicuis verbis enuntiat omnibus Ioannes epiſt. 1. *Quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt; annuntiamus vobis.*

Christus in hac apparitione ſpecimen dedit potentiæ ſuæ & benignitatis.

1. Ioan. 1.

Nunc apparitionis huius nouiſſimæ (id eſt, vltimæ huius diei) atque etiam nobiliſſimæ modum expendamus. *Stetit* IESVS *in medio eorũ*, ſtetit *in medio*: ad æqualem participationem ſine perſonarum ex-

Cur ſtantis habitu appareat.

Luc c. 24. v. 36.

Kkk ceptio-

ceptione & communem omnibus viſionem ſe condonans. Stetit *in medio*: lapis angularis qui fecerat vtraque vnum, mediator Dei & hominum, Chriſtus IESVS. Stetit *in medio*: tamquam paſtor in medio ouium diſſipatarum. *Stetit* Dominus: in gloriæ & immortalitatis teſtimonium, qui anteà ſub flagellorum imperio curuatus, mortem ipſam cernuo vultu exceperat. *Stetit*: qui paulò ante in cruce pependerat. *Stetit*: paulò antè ſoporatus. *Stetit*: in gloria ſtabilis, in æternitate firmus; Chriſtianorum baſis & fundamentum. *Stetit*: veluti pranſus ac paratus, ad neceſſitatibus noſtris ſubueniendum. *Stetit*: vt doceat nos ſuâ gratiâ ſtare: *Surgite poſtquàm ſederitis*, & eſtote parati, præcincti lumbos mentis veſtræ non in diem dumtaxat tertium, ſed in horam mortis, vt æternam in cælis ſtationem mereamini. *Stetit*: velut egregius belli Dux, vt omnibus conſpicuus animum ſuis adiiciat. *Stetit*: velut ex aggere commilitones alloquens, & ad benè rem gerendam inuitans.

Pſalm. 126 v. 2.

Stetit IESVS: quod nomen non temerè ab Euangeliſtâ adiectum; ſed velut boni ominis causâ, putandum eſt. Vt ſcilicet omnibus ſpem faceret ſub illo militaturis; nihil ei defuturum, cui Seruator adſtaret; certamque de victoria eſſe cauſam, pro qua ſtaret IESVS. Staret, inquam; non tamquàm pugnæ otioſus ſpectator, ſed fidus adiutor, & non nomine tantùm ſed re ipſa IESVS, id eſt Saluator.

IESV nomen, cur hic ſignatè expreſſum?

Stetit IESVS *in medio eorum*. Non ex alto maieſtatem incutiens, non in decliui infirmitatem ſuam arguens; non quibuſdã adhærens, velut perſonarum acceptor; non ſegregatus à quoquam, quaſi piſcatorum iam conſortium faſtidiens: ſed *in medio*, velut vnus ex illis; nec immortalitatis

Cur ſteterit in medio.

talitatis gloriâ ſuperbiẽs, nec corporis glorioſi dotibus inſoleſcens. *In medio:* tamquàm Magiſter inter diſcipulos, vt ab omnibus videatur & audiatur. *In medio:* tamquàm Sol inter Planetas: Dux in acie: cor inter viſcera: vt ex æquo in omnes partes intenderet, & quò neceſſitas vocaret præſtò adeſſet; iuxta illud Oſeæ: *Viuificabit nos poſt duos dies, & in tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius.* Oſea 6.

Chriſtus primus implet, quæ docuerat.

Stans ita in medio diſcipulorum, *dicit eis: Pax vobis.* Præceperat olim diſcipulis eius: *In quamcumq; domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui.* Luca 10. Vtitur formulâ, quam docuerat: vt oſtendat per ſuam Reſurrectionem, Euangelij non peruertẽdam doctrinam eſſe, ſed firmandam: quod docuit, primus obſeruat: neque honores hîc mutant mores: non negligit iam glorioſus & impaſſibilis, quæ paſſibilis corpuſculi miſerias ſuſtinens vitæ rectè inſtituendæ Apoſtolis præcepta tradiderat. *Pax vobis.* Salutandi formula, Hebræis perquàm vſitata eſt, inquit Hieronymus, *Pax tecum*: quæ ſubindè ſignificat aduentum eſſe pacificum, ſine animo bellandi aut nocendi ait Geneſ. 43. Diſpenſator domûs Ioſeph, videns fratres eius metu perterritos: *Pax*, inquit, *vobiſcum; nolite timere.* Et lib. Iudic. 6. Gedeonem ex Angeli aſpectu conſternatum in ſpem erigere volens: *Pax tecum* (inquit Dominus) *ne timeas, non morieris.* Eâdem formulâ vtitur Chriſtus ad demendum ſuis timorem, quem ex eius tam ſubita & inſperata apparitione conceperant, putantes ſe *ſpiritum* videre, nempè vel incorporeum dæmonium Chriſti corpore aſſumpto ſe diſſimulans, aut aliud aliquod phantaſma. Quare illicò Saluator: *Pax vobis: Ego ſum.* Nolite

S. Hieronymvs.

Gen. c. 43.

Iudic. 6.

Luc. c. 24. v. 36.

Digitized by Google

eum timere, qui pro vobis contra hoſtium inſultus excubat: qui Deo Patri mundum reconciliare aduenit. *Pax vobis.* O dulce & delicatum verbum, non niſi morte Chriſti ſtabilitum! Timeant perfidi & obſtinati Iudæi, timeant qui me non agnoſcunt: ſed *Pax vobis. Vobis*, inquit: vt cognoſcamus extrà domum Dei, nullam ſtabilem, nullam firmam, nullam veram ſolidamque pacem reperiri. *Vobis* pax, membris meis, quorum ego caput. *Vobis*, puſillo gregi, qui mecum in tentationibus fuiſtis. *Vobis* pax, vobis quies, vobis gaudium & omne bonum. Non vos, ſed inimici mei turbentur, in quorum cordibus adhuc dum ſepultus ſum, in quorum animis obliuioni ſum traditus: quorum ſpes vacua, fides nulla. *Pax vobis.* Pax cum Deo, pax cum proximo, pax cum animo veſtro. Triplicem hanc pacem vt hominibus conciliaret Chriſtus, velut Fecialis, è cælo in terram aduenerat, atque iterùm in cælum redit: verè *Angelus teſtamenti*, ac melioris fortunæ nuntius, *Princeps pacis.* Ideoque ſicut pacificus fuerat ingreſſus eius in hunc mundum, canentibus Angelis *Pax hominibus bonæ voluntatis*: ita pacificus eſt eius in cælum reditus: *Pax vobis.*

Pacis nuntius, Chriſtus, ac cæleſtis fecialis.

Malac. c. 3. v. 1.

Iſa. c. 9. v. 5.

Luc. c. 2. v. 14.

CAP. II.

Pax Chriſti, bonorum omnium penus, Domini morte parta.

DISCESSVRVS iam ex hoc mundo ad Patrem Seruator noſter, antè diem feſtum Paſchæ, imminente iam Paſſione & morte quam pro nobis tolerare venerat: vltimis verbis diſcipulos ſuos alloquens, velut iam cōdito teſtamento: *Pacem*, inquit, *relinquo vobis*, velut cæleſte fæudum, & diuiniſſimum legatum. Quod de diuitibus

Ioan. 13. & 14.

Digitized by Google

Pſalm.48. bus ait Dauid; *Et relinquet alienis diuitias ſuas*;in Chriſto completum eſt : per quem omnes theſauri ſapientiæ in eo reconditi ad genus humanum deuenere. Nobis *alienis* attributum eſt diuinitatis gazophylacium ; alienis à Deo per peccatum, alienis à nobis ipſis per indefeſſam quam intus experimur luctam , alienis à proximo, qui inuicem mordemus. Legatum verè pium,legatum optimum ! per quod non excitantur lites , ſed ſopiuntur : per quod ſocia ſtabilitur concordia : per quod vna fides diſiunctiſſimos copulat indiſſolubili veritatis nexu. Legatur autem ſub conditione,ſed benigna : vt in nouitate vitæ ambulemus. Neque enim in hæreditatis ſuæ partem venire ſinit Deus, qui pacis datorem aut non agnoſcunt,aut cùm agnouerunt non ſicut decet glorificauerunt.*Non eſt pax impiis* , inquit Dominus: Iſaiæ 48. Et Apoſtolus ad

Pax, Chriſti legatum, ad quos pertineat?

Iſaia 48.

Rom.2. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum ; gloria autem,& honor, & pax omni operanti bonum.* Oportet nos ambulare, ſicut Chriſtus ambulauit : oportet nomini Chriſtiano , in quod nos adoptauit, conuenienter viuere ; ſi tam opimam hęreditatem cernere volumus,de qua Bernardus : *O præclara hæreditas , non deceſſu patrum & ſucceſſu filiorum obtinenda : non inter fratres & ſorores diuidenda: non anguſtior multitudine hæredum,quia participatio eius in idipſum : non inſufficiens,ſed omnibus bonis repleta!*

Ad Rom. 2.

S.BERN.

Vt autem meliùs intelligamus , quàm inſigne donum nobis largitus ſit Chriſtus, dum pacem nobis alibi relinquit , & hîc apprecatur; obſeruatu dignum eſt, quod in temporibus nouiſſimis , quibus Verbum caro factum eſt, inter alia cognomina illud præcipuè amauerit quod à pace deductum eſt : nul-

Chriſtus à pace ductum nomen ſibi præ reliquis elegit.

Digitized by Google

dicite mihi, ô boni comites, repetite illa quæ paſſus eſt Ieſus Nazarenus, atque in memoriã mihi reducite, ſingulatim atq; ordine narrate, omnia: libẽter vobis aurium operam collocabo. Ita Chriſtus ad peregrinos. Ego verò hæc ad te, ô Chriſtiane! Noli vmquàm Paſſionis memoriam ex animo tuo deponere, aut permittere, vt animis aliorum excidat. Quæ Chriſto, præ amoris magnitudine, parua vidẽtur; nobis ſumma & inæſtimabilia, ſicut ſunt, ita & videri debẽt. Hæc ſæpè tibi ipſe in mentem reuoca, hæc alijs deprædica. Id cùm tibi proficuũ, tum Chriſto gratiſſimum erit. Neque aliam fortaſſe ob cauſam Euangeliſta Cleophæ nomen ſacris ſcriptis inſeruit, & toto Orbe ad finem vſque ſæculi prædicandum immortalitati cõſecrauit, quàm quòd ille præ concollega ſuo (cuius nomen ſubticetur) reprehendendum putauit Peregrinum, quòd rem tantam, in Iſraël vulgatiſſimã, Chriſti nempè Paſſionem ſolus

Cleophæ nomen cur Lucas Euãgelio ſuo inſeruerit?

ipſe, & de Iudaica vt apparebat ſtirpe, ignoraret.

Si in Comœdijs varietas ſcenarum mirum in modum ſpectatorum oculos delectat; non poſſunt non pias mẽtes ſummâ voluptate afficere plurima in hodierno itinere concurrentia myſteria, gratiſſimâ varietate propoſitâ. Duo exhibentur diſcipuli, quos, velut agniculos de grege dilapſos Chriſtus in aduenæ formâ, verus animarũ Paſtor inſequitur celerrimè, nè in feras & famelicas beſtias incidant. Illi ſtabuli clauſurâ pertæſi, ſoli per ſyluas vagari amant: hîc ſe ijs adiungens ad caulã periculi ſecurã reducere ſtudet. Chriſtus eorum cuſtos, rationem trãſuerſim raptam in ſedem ſuam vult reuehere: ipſi capite viſuq; oculorum turbati, deſultoriè aufugiunt. Chriſtus ſub peregrini habitu apparet illi nigro & lugubri, vtpotè triſtes. Chriſtus non agnitus illos cognoſcit: illi agniti eum non percipiunt. Ipſi deſperantes: Chriſtus ſalus, auctorque ſanctæ ſpei. Ipſi

Euangelium hodiernum ſcenæ inſtar, varia myſteria exhibet.

Digitized by Google

Ipſi ſtulti & rudes ad credē-dum: Chriſtus ſapientia Patris & prima veritas. Ipſi tardi: Chriſtus agilis. Ipſi ſpe flaccidâ & tepidâ charitate mœſti: Chriſtus alacris & amore feruens. Vide nunc aliam rerum ſcenam. Illi in hoſpitium Chriſtum inuitāt: ipſe eos excipit. Illi ad cænam vocant: ipſi cœnæ pater conuiuium exhibet. Paſcere volunt: & paſcuntur. Docere volunt de iis quæ Hieroſolymis acciderāt: & docentur. Priùs mœſti, recreantur; cæci, illuminantur; ignorantes, inſtruuntur; tepidi, accenduntur. O mira ſcenæ totius cataſtrophe, ſiue rerū in finem inſperatum conuerſio! Triſtes initio erant & vultu inamœno querebantur: *Nos autem ſperabamus, quia redempturus eſſet Iſraël:* (Luc. c. 24. v. 21.) à iugo ſcilicet gentium. Verùm mox gaudio exultant; poſtquàm intellexerūt ſpes ſuas vanas non fuiſſe, ſed in alio & meliori ſenſu: nempè redēptos ſe à ſeruitute diaboli, legis, & peccati. Deſperatione adacti Hieroſolymā relinquebant: in quam mox ſpei pleni & melioris fortunæ nuntij reuertuntur. Dominum ſe & Redemptorem perdidiſſe volebant: quem mox agnoſcunt electis ſuis præſentē fore in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento. *Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis.* (Ibid. v. 30.) Quàm diuerſæ dulceſque figuræ!

(Cur duo diſcipuli Hieroſolymâ exiuerunt.) O felix iter horum diſcipulorum! ô bonis auibus incœptum, melioribus finitum! Exeunt triſtes, redeunt læti: exeūt ſpe Reſurrectionis abiectâ, redeūt oculati eiuſdem teſtes. Cur verò exiuerint, varij varias rationes adferunt. Et quamuis imbecilles in fide Reſurrectionis exiiſſe conſtat, non tamen repugnat quin bonâ honeſtâque de cauſa ſe ab alijs ad tēpus ſeiunxerint. Non enim abeunt, diſcipuli, à Collegio Apoſtolico ſequeſtrati; verùm, quemadmodum aluearijs euolant apes in communem laborem, vt rôre cæli tumidæ & ſucco florum cauernulas repetant, Ita illos honeſtâ

honeſtá ſanctaque cauſâ motos exijſſe, octo indicijs colligo. Primùm, quod egreſsi
Luc.c. 24. v. 13. bini: *Ibant ipſâ die duo*, &c. qui mos in Collegio Apoſtolico ſeruatus à Chriſto de-
Luc. 10. fluxit: *Miſit binos antè faciem ſuam*. Inſuper, non aliena cætu ſuo verba proloquuntur, ſed,
Luc.c. 24. v. 19. *de Ieſu Nazareno*, cuius geſtis immerſi, de iniqua morte triſtantur. Deindè, communi luctu tenentur, illam infamem Chriſti patientis lanienam aſsiduè maſticantes: *Et eſtis triſtes*.
Ibid. v. 17. Tertiò: Non indignum judicauit ijs ſe exhibere Dominus:
Ibid. v. 16. *Appropinquans, ibat cum illis*. Quartò: Lubenter audiunt comitem de lege Moyſis diſſerentem & Prophetis:
Ibid. v. 32. *Nónne cor noſtrũ ardens erat, dum loqueretur*? Quintò: Intrare compellunt, & vnà cæ-
Ibid. v. 29. nare: *Coëgerunt eum*. Sextò: in fractione panis, id eſt, ſacroſancta communione, merentur peregrinum agnoſce-
Ibid. v. 31. re: *Et cognouerunt eum*. Septimo: Nullâ morâ retardati reuolant in Ieruſalem, à nemine, ne ipſo quidem Chriſto agitati, vt participes faciant cõfratres percepti gaudij. *Et eâdem horâ reuerſi ſunt*. *Ibid. v. 33.* Vltimò, teſtes erant Reſurrectionis: *Narrabant quæ geſta erant in via*. *Ibid. v. 35.* Per octo hæc indicia iudico non abijſſe duos vt ſe à reliquo corpore ſecernerẽt, ſed vt facerent in Emmaus aliquod bonũ opus in puſilli gregis emolumentum.

Deus prõptiſſimè accurrit ad noſtras infirmitates ſubleuandas.

Adeſt verò illicò Chriſtus, infirmæ ſed tamẽ piæ voluntatis motus præſenti gratiâ ſuâ promoturus: vt omnibus auxilij ſui certam & indubitatã ingereret fiduciam. Paulus ad Roman. *Ad Rom. 10.* *Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendit in cælum? id eſt Chriſtum deducere. Aut: Quis deſcendit in abyſſum? hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare. Quid dicit ſcriptura? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Nemo tribulatus in eam deſperationem prouoluatur, vt longinquum à ſe credat Chriſtum; dicatque in animà ſua: Fortaſſe non meminerit mei Deus, qui cælorum atria poſsidet: aut, quid mortuus Chriſtus mihi tribuat? Si enim Deus Moyſi cæteriſque

Digitized by Google

teriſque filijs Iſraël, quos ſeruos ſuos nuncupat, tam frequenter apparuit conſolator: quid non erit Christianis, qui diffuſo Spiritu Sancto in cordibus noſtris clamamus, Abba, pater? Non igitur vnquàm tam nefaria cogitatio tibi in mentem veniat, vt dicas: Quis mihi illum de abyſſo extrahet mortuum & ſepultum? Aut, ſi cælorum altiſſima iam conſcendit, quis ex empyreo, loco infinitæ diſtantiæ, glorificatum mihi adducet? Caue, nè ob iſtam corporalem à nobis abſentiam proteruè loquaris, vt olim de Moyſe Dominum alloquente filij Iſraël: Exod.32. *Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit.* Caue, nè ob iſtam dico abſentiam vitulum in corde fabrices, & idola diffidentiæ, Ad Rom.10.v.8. *Propè eſt, dicit ſcriptura, verbũ in ore tuo, & in corde tuo*. Aſpice binos hoſce diſcipulos: vix in ore Saluatorem circumferunt, & ecce præſentem ſe illis exhibet. Ad primam ſui mentionem accurrit: *Et appropinquans ibat cum illis.* Luc.c.24. v.16. Ad primam imbecillitatis in fide & ſpe confeſſionem, dum inquiũt, *Et nos Sperabamus*; adeſt promptus animarum Medicus: Ibid.v.21. *Et interpretabatur quæ de illo erant in omnibus ſcripturis*. Ibid.v.27. Inuitatus ad hoſpitium cordis noſtri ſerioque rogatus, non difficilem ſe præbet aut moroſum: *Et intrauit cum illis.* Ibid.v.30. Neceſſitates tuas ei detege; confitere inopiam, opem eius fidenter implora, qui ſemper vult & numquàm non poteſt rebus tuis etiam deſperatiſsimis ſuccurrere, nullâ locorum intercapedine ſeiunctus. *Non* Actor.17. enim (vt ait Apoſtolus) *longè eſt ab vnoquoque noſtrûm.* cùm rebus omnibus non ſolùm adſit, ſed etiam inſit per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS
De Feria III. Reſurrectionis.

Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis: Pax vobis, ego ſum, &c. Luc. 24.

Cap. I.

Summo miraculo fores clauſas penetrans Christus, precatur ſuis pacem.

DVO Diſcipuli, quibus in fractione panis Dominus innotuerat, regreſſi ſub veſperum in Ieruſalem, Apoſtolis ibidem congregatis, cæteriſq; Diſcipulis vnà recumbentibus narrarunt ſumma cum lætitia & alacritate viſum à ſe Dominum, cæteraque quæ geſta erant in via. Cùm ecce priuſquàm narrationis ſuæ filum finiuiſſent, *Stetit Ieſus in medio eorum* adhuc recumbentium: mirantibus omnibus & ſtupore plenis, quomodo illuc intraſſet, cùm fores eſſent clauſæ & omnes aditus diligentiſſimè obſtructi, ob *metum Iudæorum.* Neque enim patefactis oſtijs aut conniuentibus aduenit Chriſtus; ſed accuratiſſimè clauſa nouo miraculo penetrauit: vt hîc contra nouatores noſtros agnoſcunt Patres, Hilarius lib. 8. de Trinit. Epiphanius hæreſ. 64. Ambroſ. lib. 10. in Lucam, & imprimis Auguſtinus, quem præ cæteris ſolet venerari Caluinus: *Moli,* inquit, *corporis vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt: ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo naſcente Matris virginitas inuiolata permanſit.* Vt enim epiſtola

Luc. c. 24. v. 36.

Ioan. c. 19. & 20.

S. AVGVS.

ſtola 148. ait: *Valet Deus de iſta viſibili atque tractabili natura corporum, quibuſdam manentibus, auferre quas voluit qualitates.* In hoc autem facto Saluator noſter primùm virtutis & potentię ſuæ ſpecimen exhibuit, deindè miſericordiæ & benignitatis. Ac potentiæ quidem, cùm clauſis oſtiis ſubitò ad illos ingreſſus oſtendit non iam mirum videri debere, quod clauſo exiſſet ſepulcro: Benignitatis verò, cùm ad ſtabiliendos ſuorum in fide Reſurrectionis animos, poſt quatuor eâdem (id eſt primâ Reſurrectionis) die, apparitiones, quintam hanc adiecit: quaſi, cùm nimium nobis faceret, amori ſuo numquàm ſatisfaceret. Primò enim apparuerat Mariæ Magdalenæ ſoli: Ioan. 20. Deindè, eidem cum cæteris mulieribus, Matth. 28. v. 9. Tertiò, Simoni, Luc. 24. Quartò duobus diſcipulis euntibus in Emmaus. Cùm verò his tam luculentibus teſtibus nondum aliqui fidem firmam & indubitatam adhiberent, quintò tandem omnibus ſimul congregatis ac diſcumbentibus ſe non ſpectandum ſolùm, ſed & manibus contrectandum ac palpandum exhibuit: vt & illis carnis ſuæ veritatem euidentiſſimis argumentis oſtenderet, & noſtræ omnium (quibus fides Reſurrectionis annuntianda erat) incredulitati occurreret. Neque enim vllus iam dubitandi de auctoritate & fide Apoſtolorum relictus eſt locus, poſtquàm perſpicuis verbis enuntiat omnibus Ioannes epiſt. 1. *Quod vidimus oculis noſtris; & manus noſtræ contrectauerunt; annuntiamus vobis.* 1. Ioan. 1.

Chriſtus in hac apparitione ſpecimen dedit potentiæ ſuæ & benignitatis.

Nunc apparitionis huius nouiſſimæ (id eſt, vltimæ huius diei) atque etiam nobiliſſimæ modum expendamus. *Stetit* IESVS *in medio eorũ*, ſtetit *in medio*: ad æqualem participationem ſine perſonarum exceptio-

Cur ſtantis habitu appareat.

Luc. c. 24. v. 36.

ceptione & communem omnibus viſionem ſe condonans. Stetit *in medio*: lapis angularis qui fecerat vtraque vnum, mediator Dei & hominum, Chriſtus IESVS. Stetit *in medio*: tamquam paſtor in medio ouium diſſipatarum. *Stetit* Dominus: in gloriæ & immortalitatis teſtimonium, qui anteà ſub flagellorum imperio curuatus, mortem ipſam cernuo vultu exceperat. *Stetit*: qui paulò ante in cruce pependerat. *Stetit*: paulò antè ſoporatus. *Stetit*: in gloria ſtabibilis, in æternitate firmus; Chriſtianorum baſis & fundamentum. *Stetit*: veluti pranſus ac paratus, ad neceſſitatibus noſtris ſubueniendum. *Stetit*: vt doceat nos ſuâ gratiâ ſtare: *Surgite poſtquàm ſederitis*, & eſtote parati, præcincti lumbos mentis veſtræ non in diem dumtaxat tertium, ſed in horam mortis, vt æternam in cælis ſtationem mereamini. *Stetit*: velut egregius belli Dux, vt omnibus conſpicuus animum ſuis adiiciat. *Stetit*: velut ex aggere commilitones alloquens, & ad benè rem gerendam inuitans.

Pſalm. 126 v. 2.

Stetit IESVS: quod nomen non temerè ab Euangeliſtâ adiectum; ſed velut boni ominis causâ, putandum eſt. Vt ſcilicet omnibus ſpem faceret ſub illo militaturis; nihil ei defuturum, cui Seruator adſtaret; certamque de victoria eſſe cauſam, pro qua ſtaret IESVS. Staret, inquam; non tamquàm pugnæ otioſus ſpectator, ſed fidus adiutor, & non nomine tantùm ſed re ipſa IESVS, id eſt Saluator.

Iesv nomen, cur hîc ſignatè expreſſum?

Stetit IESVS *in medio eorum*. Non ex alto maieſtatem incutiens, non in decliui infirmitatem ſuam arguens; non quibuſdã adhærens, velut perſonarum acceptor; non ſegregatus à quoquam, quaſi piſcatorum iam conſortium faſtidiens: ſed *in medio*, velut vnus ex illis; nec immortalitatis

Cur ſteterit in medio.

talitatis gloriâ ſuperbiẽs, nec corporis glorioſi dotibus inſoleſcens. *In medio:* tamquàm Magiſter inter diſcipulos, vt ab omnibus videatur & audiatur. *In medio:* tamquàm Sol inter Planetas: Dux in acie: cor inter viſcera: vt ex æquo in omnes partes intenderet, & quò neceſſitas vocaret præſtò adeſſet; iuxta illud Oſeæ: *Viuificabit nos poſt duos dies, & in tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius.* Oſea 6.

Christus primus implet, quæ docuerat.

Stans ita in medio diſcipulorum, *dicit eis: Pax vobis.* Præceperat olim diſcipulis eius: *In quamcumq; domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui.* Luca 10. Vtitur formulâ, quam docuerat: vt oſtendat per ſuam Reſurrectionem, Euangelij non peruertẽdam doctrinam eſſe, ſed firmandam: quod docuit, primus obſeruat: neque honores hîc mutant mores: non negligit iam glorioſus & impaſſibilis, quæ paſſibilis corpuſculi miſerias ſuſtinens vitæ rectè inſtituendæ Apoſtolis præcepta tradiderat. *Pax vobis.* Salutandi formula, Hebræis perquàm vſitata eſt, inquit Hieronymus, *Pax tecum:* quæ ſubindè ſignificat aduentum eſſe pacificum; ſine animo bellandi aut nocendi ait Geneſ. 43. Diſpenſator domûs Ioſeph, videns fratres eius metu perterritos: *Pax*, inquit, *vobiſcum; nolite timere.* Et lib. Iudic. 6. Gedeonem ex Angeli aſpectu conſternatum in ſpem erigere volens: *Pax tecum* (inquit Dominus) *ne timeas, non morieris.* Eâdem formulâ vtitur Chriſtus ad demendum ſuis timorem, quem ex eius tam ſubita & inſperata apparitione conceperant, putantes ſe *ſpiritum* videre, nempè vel incorporeum dæmonium Chriſti corpore aſſumpto ſe diſſimulans, aut aliud aliquod phantaſma. Quare illicò Saluator: *Pax vobis: Ego ſum.* Nolite cum

S. Hieronymus. Gen. c. 43. Iudic. 6. Luc. c. 24. v. 36.

Digitized by Google

eum timere, qui pro vobis contra hoſtium inſultus excubat: qui Deo Patri mundum reconciliare aduenit. *Pax vobis.* O dulce & delicatum verbum, non niſi morte Chriſti ſtabilitum! Timeant perfidi & obſtinati Iudæi, timeant qui me non agnoſcunt: ſed *Pax vobis. Vobis*, inquit: vt cognoſcamus extrà domum Dei, nullam ſtabilem, nullam firmam, nullam veram ſolidamque pacem reperiri. *Vobis* pax, membris meis, quorum ego caput. *Vobis*, puſillo gregi, qui mecum in tentationibus fuiſtis. *Vobis* pax, vobis quies, vobis gaudium & omne bonum. Non vos, ſed inimici mei turbentur, in quorum cordibus adhuc dum ſepultus ſum, in quorum animis obliuioni ſum traditus: quorum ſpes vacua, fides nulla. *Pax vobis.* Pax cum Deo, pax cum proximo, pax cum animo veſtro. Triplicem hanc pacem vt hominibus conciliaret Chriſtus, velut Fecialis, è cælo in terram aduenerat, atque iterùm in cælum redit: verè *Angelus teſtamenti*, ac melioris fortunæ nuntius, *Princeps pacis.* Ideoque ſicut pacificus fuerat ingreſſus eius in hunc mundum, canentibus Angelis *Pax hominibus bonæ voluntatis*: ita pacificus eſt eius in cælum reditus: *Pax vobis.*

Pacis nuntius, Chriſtus, ac cæleſtis fecialis.

Malac. c. 3. v. 1.

Iſa. c. 9. v. 9.

Luc. c. 2. v. 14.

CAP. II.

Pax Chriſti, bonorum omnium penus, Domini morte parta.

DISCESSVRVS iam ex hoc mundo ad Patrem Seruator noſter, antè diem feſtum Paſchæ, imminente iam Paſſione & morte quam pro nobis tolerare venerat: vltimis verbis diſcipulos ſuos alloquens, velut iam cõdito teſtamento: *Pacem*, inquit, *relinquo vobis*, velut cæleſte fæudum, & diuiniſſimum legatum. Quod de diuitibus

Ioan. 13. & 14.

Pſalm.48. bus ait Dauid; *Et relinquẽt alienis diuitias ſuas*: in Chriſto completum eſt : per quem omnes theſauri ſapientiæ in eo reconditi ad genus humanum deuenere. Nobis *alienis* attributum eſt diuinitatis gazophylacium ; alienis à Deo per peccatum, alienis à nobis ipſis per indefeſſam quam intus experimur luctam, alienis à proximo, qui inuicem mordemus. Legatum verè pium, legatum optimum ! per quod non excitantur lites, ſed ſopiuntur : per quod ſocia ſtabilitur concordia : per quod vna fides diſiunctiſſimos copulat indiſſolubili veritatis nexu. Legatur autem ſub conditione, ſed benigna : vt in nouitate vitæ ambulemus. Neque enim in hæreditatis ſuæ partem venire ſinit Deus, qui pacis datorem aut non agnoſcunt, aut cùm agnouerunt non ſicut decet glorificauerunt. *Non eſt pax impiis*, inquit Dominus: Iſaiæ 48. Et Apoſtolus ad Rom. 2. *Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum ; gloria autem, & bonor, & pax omni operanti bonum.* Oportet nos ambulare, ſicut Chriſtus ambulauit : oportet nomini Chriſtiano, in quod nos adoptauit, conuenienter viuere ; ſi tam opimam hęreditatem cernere volumus, de qua Bernardus : *O præclara hæreditas, non deceſſu patrum & ſucceſſu filiorum obtinenda : non inter fratres & ſorores diuidenda : non anguſtior multitudine hæredum, quia participatio eius in idipſum : non inſufficiens, ſed omnibus bonis repleta!*

Pax, Chriſti legatum, ad quos pertineat?

Iſaiæ 48.

Ad Rom. 2.

S. Bern.

Vt autem meliùs intelligamus, quàm inſigne donum nobis largitus ſit Chriſtus, dum pacem nobis alibi relinquit, & hîc apprecatur; obſeruatu dignum eſt, quod in temporibus nouiſſimis, quibus Verbum caro factum eſt, inter alia cognomina illud præcipuè amauerit quod à pace deductum eſt : nullum

Chriſtus à pace ductum nomen ſibi præ reliquis elegit.

lum illo elogium illuſtrius æſtimans, quàm dici *Deus pacis*, & doctrinam ſuam vocari *Euangelium pacis*. Præclari olim belli Duces à deuictis gentibus cognomen ſibi ſumere glorioſum exiſtimabant: ita Metellus dictus *Creticus*, P. Corn. Scipio *Africanus*, Cæſar Domitianus, *Dacicus* & *Germanicus* dici affectauit, alij alia nomina ambiuerunt: Seruator verò noſter poſt pulcherrimam de diabolo, peccato, & Inferno victoriam, non bellicum tamen nomen aut formidoloſum, ſed pacis mite ac ſuaue elegit, omnibuſque titulis & elogiis prætulit. Hinc Iſaias cap. 9. enarratis aliquot Chriſti nominibus, pacis agnomen vltimò adiecit tamquam reliquorum faſtigium & coronidem: *Et vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, fortis, Pater futuri ſaculi, Princeps pacis.* Et Paulus non vno loco pro honorifico ducit, appellare eum *Deum pacis & dilectionis*. Hinc ipſe Chriſtus in natali ſuo pacem mundo per Angelos ſuos annuntiari voluit: & in fine vitæ (vt annotat Athanaſius orat. de Cruce) tunicam inconſutilem lacerari noluit, ſed integram ad vnum militem peruenire; in pacis ſymbolum. Addit S. Ephrem ſerm. 1. de paſſ. ſciſſo templi velo (quo vetus ſignabatur Teſtamentum) columbam è templo egredi viſam, ſymbolum pacis & innocentiæ: quæ à Iudæis propter incredulitatem ad nos gentes miſericorditer aduolauit, ramum oliuæ in ſignum pacis oſtentans. Adde quod ſimul ac de morte victor, tumulo prorumpit, pacem ſonat, pacem ingeminat: doctrinæ denique ſuæ nuntios Apoſtolos, præcones voluit eſſe pacis: *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem!* Quin & ipſam doctrinam ſuam *Euangelium* nuncupari mandauit, quod iuxta Euſebium lib. 1. præpar. Euang.

Iſaia. 9.

S. ATHANASIVS.

EPHREM.

Ad Rom. 10.

Chriſtus doctrinam ſuam, Euangelium vocari voluit, & cur?

EVSEBIVS.

Euang. c. 1. fauſtum nuntium deſignat, maximorumque bonorum, amicitiæ ſcilicet diuinæ, omniumque cæterorum inde dependentiũ præſentiam, per Chriſtum allatam humani generis vniuerſitati. vnde ſuauiſſimis paſſim epithetis illud decoratum legimus: *Euangelium regni*, Matthæi 4. *Euangelium gratia*, Act. 20. *Euangelium pacis*, ad Rom. 10. *Euangelium gloria beati Dei*, 1. Tim. 1. vnde & gentium Apoſtolus initium epiſtolarum ſuarum ſuauiſſimo hoc nomine inſignire ſolet: *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino* IESV *Chriſto*. Idem faciunt & alij, non ignari ſub *pacis* nomine bonorum omnium ſummam velut compendio contineri, eamque eſſe, quam diſceſſurus ex hoc mundo Seruator diſcipulis ſuis commendauerat tamquam teſtamentum ſuum, vltimamque voluntatem: *Pacem*, inquiens, *relinquo vobis*. pacem nempe ſpiritualem, internam, diuinam: quæ tria includit, primò pacem & amicitiam hominis cum Deo: ſecundò, pacem ſeu tranquillitatem hominis in ſeipſo: tertio, pacem ſeu concordiam hominis cum hominibus. Hanc pacem, hoc nobile pignus filiorum Dei, diſcipulos ſuos annuntiare voluit in quamcumque domum intraſſent, ipſo intus cooperante in animis hominum, vt pacem hanc nõ ſolùm auribus haurirent, ſed & intus in corde per infuſam illis gratiam ſentirent: *Et ſi quidem fuerit domus illa digna*, per prædeſtinationem ſcilicet, *veniet pax veſtra ſuprà eam*. Atque huc facit, quod ait Chryſoſtomus, ſalutationes Pauli nõ tantùm eſſe ſigna beneuolentiæ, ſed & cauſas benedictionis & gratiæ: *Sufficit*, inquit, *ſola Pauli ſalutatio gratia implere eum, qui ita ſalutatur*. Sanctorum ſalutationes non ſunt vanæ apprecationes, ſed efficaces,

Matth. 4.
Actor 20.
Ad Rom. 10.
1 Tim. 1.
Ad Rom. c. 1. n. 7.
Par Chriſti triplex.
Matth. 10.
Chriſoſ.

ces etiam gratiæ & internæ pacis donationes.

Euchariſtiæ Sacramentum, commemoratio pacis Chriſti ſanguine ſtabilitæ.

Non ſuffecêre hæc omnia Chriſto, ad pacis bonum nobis inculcandum: ſed quia ſe promiſerat nobiſcum futurum vſque ad conſummationem ſæculi, ſub ſymbolis pacis & amicitiæ nobis adeſſe voluit, in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento, quod in modum conuiuij inſtituit, atque ſub iis ſpeciebus quæ imicitiam & concordiam ſpirarent, & *ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis namq́; granis vnus panis efficitur: & ex multis racemis vinum confluit.* Vnde & mos in Eccleſiæ auſpiciis inoleuerat, vt in ſacrificio Miſſæ pax mutuò à fidelibus daretur & reciperetur: ad ſignandam ſcilicet pacem quam inter cælum & terram, Deum & homines, Chriſtus mediator ſanguine ſuo pepererat; in cuius commemorationem pacificum hoc ſacramentum & ſacrificium quotidie in Eccleſia (quam acquiſiuit ſanguine ſuo) celebrari voluit: *Quotieſcumq́; enim*, ait Apoſtolus, *manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*; ſiue pacem, morte eius ſtabilitam. Seneca quidem feliciorem arbitratur eſſe pacem numquàm laceſſitam, quàm multo reparatam ſanguine. Sed alia eſt noſtra, id eſt Chriſti, philoſophia: quæ feliciorem pacem, firmiuſque ſtabilitam reputat, quæ profuſo quàm largitur Chriſti ſanguine ſancita eſt. Hinc S. Auguſtinus comparans ſtatum innocentiæ cum noſtro, quem Chriſti gratiâ poſſidemus, iucundiorem dicit fuiſſe illum, quòd luctam ſenſualitatis ignoraret, ſubiiciens vires corporis imperio tranquillæ charitatis; ſed noſtrum efficaciorẽ, tum amplioris effectûs propter vtiliſſimam pacem, quam Chriſtus nobis conciliauit ſanguinis ſui merito. Vnde canit Eccleſia: *O felix:*

Avgvst. | 1. Cor. 11. | Seneca. | S. Avgvst.

felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere Redemptorem.

CAP. III.

Non terret, ſed mulcet, Dominus diſcipulos. Cur iis vulnerum plagas monſtret?

Lucæ c. 24. v. 36. Quantum includant duo verba: *Ego ſum.*

PAx *vobis: ego ſum.* O voces paucas quidem, ſed prægnantes! O geminos vniones, nullo pretio æſtimabiles! O verè Verbum abbreuiatũ! *Ego ſum*: ille ſcilicet, ſuper quem à Ioanne baptizatum Spiriritus ſanctus deſcendit. *Ego ſum*, de quo ille teſtimonium perhibuit: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* *Ioan. 1.* *Ego ſum*, qui vobiſcum benignè conuerſatus, de mundo vos vocaui, vos elegi in meos: quem prædicantem, benefacientem omnibus vidiſtis, & tot mira patrantem: qui in medio veſtri fui, ſicut qui miniſtrat: qui cælesti vos pane paui: ad pedes veſtros Dominus & Magiſter humiliter me ſubmiſi. *Ego ſum*, tutor veſter, paſtor, pater, quem pro vobis traditum Iudæis, captum, irriſum, flagellatum vidiſtis; quem malefidi in peccatorum manibus dereliquiſtis. *Ego ſum*, qui acerbæ mortis poculum ſolus cum fæce exhauſi: ego, ſi memineritis, qui me reſurrecturum ſæpe antè ſpoponderam. *Ego ſum*, via, veritas, & vita, ſalus ac redemptio veſtra. *Nolite timere*, ex hoc *Ibidem.* repentino & inuſitato aſpectu mei, de mea Reſurrectione nutantes, à me nihil vobis timendum, qui in electorum omnia ſalutem operor. *Nolite timere*, vel Iudæorum, vel gentium quarumcúmque crudelem manum: non eſt abbreuiata manus Domini, neque morte virtus exaruit, ſed maiori fœnore granum in terra mortuum reſurrexit. *Nolite timere* puſillus grex: timeant veſani Iudæi, timeant omnes operantes

perimentes iniquitatem. *Nolite timere*, ſi vobis ſenſum mors adimat, eſt qui reddere poſſit & velit: quod in capite factũ conſpicitis, in corpore futurũ credite.

Conabatur Dominus pro ſua benignitate metum omnem animis illorum eximere, ſed infirmitate præualente, & obrei inſolentiam conturbati & conterriti, *exiſtimabant ſe ſpiritum videre*, corporale ſcilicet dæmonium, inquit Hieronymus præfat. 18. in Iſaiam, idque ex Euangelio Nazaræorum. In quam opinionem lapſi videntur fuiſſe Apoſtoli, quòd ſe intra clauſa parietum improuiſus infunderet, neſcientes adhuc corporis glorioſi qualitates. Ipſe verò ſolitâ dulcedine turbatos permulcere ſtudet, vt mente ſedatâ, & compoſitâ velut tempeſtate à vero hoc Neptuno qui ventis & mari imperat, poſſent quæ ab eo dicerentur percipere, & ad fidem animum adferre paratum. *Quid, inquit, turbati eſtis?* velut ex apparitione ſpiritus improuiſè ſe ingerentis: *& cogitationes* dubiæ, anxiæ, formidoloſæ, veritatis inimicæ, *aſcendunt in corda veſtra* à Non æquum, neque dignum diſcipulis meis, terrena tantùm ſapere; in quæ altitudinem nobilium pectorum illabi tam dubia & corruptibilia. An ignoratis corpus meum Deitati vnitũ: Non iam contemptim adeò de illo eſt ſentiendũ. Si priùs paſſibile vidiſtis, immortale nunc ſcitote. *Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate & videte: quia ſpiritus carnẽ & oſſa non habent, ſicut me videtis habere.* Ad fidem aſtruendã, ſenſuum experimenta adhibet. Obiectum viſus corpus eſt ſuper adiecto colore, aut color exiſtens in corpore. Tactûs obiectum eſt corporis ſoliditas. Vtrumque ſenſum Dominus aduocat: *Palpate*, inquit, *& videte*: vt ſi Viſum falli poſſe exiſtiment,

Luca 24. v 37.

S. Hieronymus.

Ibid v.38.

Ibid. v.39.

Digitized by Google

ſtiment, dum credit ſolidum quod eſt diaphanum; Tactui ſaltem credant, qui videtur ſenſuum omnium certiſſimus, vt qui non indigeat medio, cuius vitio ſæpè in errorem inducitur ſenſus. *Et oſtendit eis manus & pedes*: (Addit Ioannes, oſtendiſſe etiam *latus*) vt intuerentur ſcilicet plagas, quas in pugna pro nobis inita acceperat; atque ita (vt ait Auguſtinus epiſt. 43.) non aliud pro alio, ſed hoc ipſum, quod crucifixum viderāt, reſurrexiſſe monſtraret.

Ioan. 10.

S. Avgvst.

Cur Chriſtus vulnerum cicatrices cælo inferre voluerit.

Voluit autem iſtas vulnerum cicatrices in rediuiuo corpore ſeruare non ſolùm ad corporis ſui veritatem aſtruendam; ſed etiam cælo inferre, *vt Deo Patri* (iuxtà Ambroſium) *pretium noſtræ libertatis oſtenderet, æternumq; ſuæ victoriæ trophæum circumferret.* Non fuiſſe verò propriè dictas cicatrices, quæ cum reliqua carne coaluerant; ſed veras vulnerum aperturas ſiue foramina (quamuis non vlceroſa aut ſanguinolenta, ſed ſana, vt videre eſt apud Auguſtinum Tract. 121. in Ioannem) patet Ioannis 20. vbi Thomas iis digitos, & lateri manum inſtar lanceę immiſit. Et cur nōn Paſſionis ſuæ has notas ſeruaret Chriſtus? Nam (vt pulchrè S. Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 20.) *non ſunt deputanda vel appellanda vitia, virtutis indicia:* non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit; & quædam quamuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit. Vnde & idem exiſtimat non temerè credi poſſe, Martyres reſuſcitatos emiſſuros de plagis beatis, quas pro Chriſti nomine acceperunt, clariſſimi fulgoris radios, tam in corporale illorum ſolatium, quàm ad impiorum qui illa inflixerunt ſempiternum opprobrium. Veroſimile eſt in Martyrum corporibus effecturum, quod in ſuo fecerat

S. Ambr.

S. Avgvst.

S. Avgvst.

Veroſimile, eſt Martyres in corporibus glorioſis vulnerum cicatrices in cælo ſeruaturos.

cerat caput Martyrum: atque illos veluti ſtellas minores, quarum alia aliam in claritate ſuperat, apparituras circa Chriſtum Solis inſtar è vulnerum cauernis fulgentiſſimos radios euibrantem. Suadet certè id Apoſtolus, vbi ait inter varios labores hâc ſe ſpe confirmari, quod expectet Seruatorem Dominum IESVM, *qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Et alibi clamat: *Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus & conſolationum.* Ad Philip. 3. 2. Cor. 1.

CAP. IV.

Chriſtus glorioſi corporis dote non inſoleſcens, videri ac palpari à diſcipulis voluit, in veritatis & amicitiæ conſeruatæ teſtimonium.

EGo *ſum*. Ipſiſſimus ſcilicet, qui nuper paſſus, mortuus, & ſepultus. Eò tendit tota Chriſti demonſtratio, vt eum verum corpus habere intelligerent, nec ratio foret poſteris dubitandi de vera Reſurrectionis fide, de carne vera & ſolida Chriſti, & noſtra poſt reſurrectionem in eandem gratiam Chriſti beneficio transferenda. *Palpate*, addit, ſi vidiſſe non ſufficiat, vt probent manus veſtræ, ſi mentiantur oculi veſtri. *Videte* quoque oculis diligentibus, vt veritas corporis ſit viſu tactuque benè explorata: vobis enim in poſterū velut teſtibus credere debebunt cæteri: *Quare euidentiſſimâ veritate carnis ſuæ veritatem demonſtrari voluit*, inquit Auguſtinus epiſt. 120. Vnde Ioannes epiſt. 1. c. 1. *Quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt*. Et Thomas volūtate incredulus à Domino ſuauiter inuitatus inferre digitum ſuum & manus in cicatrices, fractus rei euidentiâ, ac pudefactus Domini humanitate, præ affectûs vehementia exclamauit: *Dominus meus, & Deus meus*; humanitatem eius S. Avgvst. 1. Ioan. 1. Ioan 20.

Cur Chriſtus à diſcipulis ſe palpari voluit, à Magdalena ne attingi quidem?

eius & diuinitatem in vnam coiiſſe perſonam profitendo. Mirum eſt, Dominum tam beneuolè diſcipulos inuitaſſe ad palpationem etiam incredulos, & Magdalenam repulſam eſſe, quam fortior ſepulcro affigebat affectus: quæ ceteris recedentibus non recedebat. Atque hæc tamen cùm amplecti vellet veſtigia ſeu pedes eius agnitos: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi*, ait Chriſtus. Auguſtinus putat vetari contactum, quia nondum in corde Magdalenæ aſcendiſſet Patri æqualem eſſe credentis; hoc myſticum ſimili modo figuram illam geſſiſſe peccatorum, aut Eccleſiæ gentium per fidem colligendæ. Neoterici nonnulli non prohibitum contactum volunt, ſed feſtinationem, cùm per quadraginta totos dies amplexibus eius poſſet ſatiari. Rectiùs fortaſſe cum Chryſoſtomo hunc ſenſũ exſculpemus; prohibitum eſſe contactum ſolitâ corporalis amplexus familiaritate. Quaſi diceret: Nondum quidem aſcendi ad Patrem meum, ſed iam iam aſcenſurus ſum, immortalis & glorioſus: adeoque non iam ampliùs tactu corporis, vel mortali terrenoque modo colendus ſum, ſed modo ſpirituali ac cæleſti, animo videlicet in incorporea & ſpiritualia intento. Maria iam credebat eum ſurrexiſſe, vnde corporali attactu opus non habebat. Sed vacillabant adhuc animo diſcipuli, & præ reliquis Thomas: vnde palpandas *oſtendit eis manus & latus*: Thomam verò etiam digitos manumque *in fixuras clauorum* & lateris vulnus inſerere voluit. In quo mira eius apparet benignitas, omnium neceſſitatibus ſe accommodantis, atque eos præcipuè ſubleuantis qui maximè auxilio diuino indigent.

Ioan. 20. v. 17.

S. Avgvst.

S. Chryſoſtom.

Ibid. v. 20.

Dominus etſi, tam ſublimi

blimi gloriâ conſpicuus, ſegregatus à peccatorum ſtatu, ſupra hominum conditionẽ euectus per Reſurrectionis myſterium; minimè tamen extollitur, nec deſpicatui habet viles peccatores, æquè pacificus, æquè comis & benignus, quinimò, flexili magis collo inclinatur in obſequium ſeruorum ſuorum. Homines nihili, quorum ſæpè maiores Nili ortu obſcuriores, ſi in ampliorem fortunam aſſurgunt, ita ſunt inflati, vt neminem agnoſcant; neque id mirum, vt qui ſibiipſis incogniti ſint, obliti vnde aſcenderint, nec videntes quò recidere aliquando poſſint. Alij ſunt Chriſti mores, ac Chriſtianis omnibus imitandi: qui tantâ coronatus gloriâ non erigitur, ſed faſces maieſtatis vltrò ſubmittit; quò cæteris in faſtigio excelſior, tantò humilior. Debebatur ei tamquam Filio Dei viui, gloria corporis: quam in anima compreſſit, ne exorta, corporis incommoda (quæ noſtri amore tolerare venerat) propulſaret. Iam verò in Reſurrectione lucido ſplendore gloriæ fulgurans, animaque ſuum in corpus vibrante iubar; idem tamen permanet: & diſcipulos ſuos cognoſcit, & ab iiſdem agnoſci amat. Ita & olim in Transfiguratione ſua egerat; de qua eleganter Tertullianus; *Dominus in receſſu montis etiam veſtimenta luce mutauerat, ſed lineamenta Petro agnoſcibilia ſeruauerat.* Gloria quæ à Deo venit, comitatem, benignitatem, humilitatem non tollit, ſed etiam auget: contrà, gloria & proſperitas huius mundi non ſuperbiam ſolùm generat, ſed ipſam pænè naturam immutat. Quod Caridemus inſolenti Dario, teſte Curtio lib. 3. ingeſſit: *Tu quidem, licentiâ regni ſubitò mutatus, documentum eris poſteris, homines cùm ſe permiſère fortunæ, etiam naturam dediſcere.* Proſperitas

Gloria & honores mundani homines immutant: Chriſtus glorioſus idem permanet.

Tertvll.

ſperitas mundana prioris vitæ velut epoto Lethæo poculo oblita, etiam amiciſſimis æmula euadit, atque etiam non rarò infe-

ARNVLPHVS LVXOVIENS.

cta. Quia (vt rectè Arnulphus Luxouienſ.) creat cor nouum & nouos affectus. Noua mente agitat, tentat inſolita, omnia prioris vitæ acta immutat, nullo loco conſiſtit. *Inquieta res*

SENECA.

eſt felicitas (dicit Seneca epiſt. 6.) *ipſa ſe exagitat, mouet cerebrum, non vno genere alios in aliud irritat, hos in potentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit,*

ABVLENS.

totos reſoluit. Hinc Abulenſis quæſt. 23. in Reg. quærens cur Ionathas firmiſſimo amicitiæ vinculo Dauidi coniunctus, quem plurimis etiam beneficiis emeruerat, cur, inquam, tam valido iuramento aſtrinxerit filium Iſai, & ſemen eius ſibi ſeminique ſuo in ſempiternum? Ait hoc fœdus, tam diligenter à Ionatha procuratum, proficiſci ex timore, quia ſcilicet Ionathas iam cognouerat Dauid exaltandum ad regiam dignitatem, verebatur ne aliquando proſperioris fortunæ bonis inflatus in alium hominem mutaretur, ac Ionathæ eiuſque beneficiorum, & amicitiæ priſtinę obliuiſceretur. Ita mores ſunt hominum: hic genius eſt mundanæ proſperitatis. Verùm ſupergreſſus humanam conditionem Chriſtus, amicorum memoriam non excutit: quò altior, hoc magis in ſuos pronus ac ſollicitus. Patuit id hodiernâ die, cùm non vnum alterúmve quærat, ſed omnes; improuiſus & inexpectatus accurrat; in medio eorum ſe collocet; vulnera monſtret, perſeuerantiſſimi amoris æterna ſigna, vt meritò poſſit dicere: *In manibus meis ſcripſi vos*: in latere ſculpſi, characteribus aureis nō emoriture charitatis. Quot vulnera conſpicis, tot linguas te videre puta, quibus pacem & amorem enunciet, atque omne bonum

Digitized by Google

num de Patre ſuo pro dilectis exoret. Et ille ſpatioſi lateris hiatus, caminus eſt accēſus in amore ſuorum, nec obſtructus, nec per rimulas flammæ incēdia ebulliens, ſed apertè palpabilis, oculorum aciei obiectus: *Palpate, & videte.*

Luca 6. 24. v. 39.

Geneſ. 22.

Cur Chriſtus per ſe Reſurrectionem annuntiare voluerit.

Geneſeos 22. legimus Deum Abrahamo apparuiſſe, ac per ſe mandaſſe filij vnici immolationem: cuius obedientiam videns Angelum mittit iubentem ne extendat manum in puerum. Cur hoc? Quod primò mandabatur, res erat ardua, grandis, naturæ repugnans, quā ipſe Deus ſuo dignam imperio iudicauit: alterum non opus erat prohibere Deum per ſeſe, quia res erat optata, & cui facilè crederetur atque obediretur. Ita hodie Chriſtus in propria venit perſona, vt felix quidem ſed creditu difficile Reſurrectionis nuntium perferat, tum ſuæ, tum noſtræ: ad maiorem ſcilicet tanti ſacramenti firmitatem. Erat quidem Reſurrectio Diſcipulis olim intimata ſummè expectabilis, vt nihil optatius poſſet euenire; ſed propter rei tamen magnitudinem, & myſterij ſublimitatem, ſeipſum Chriſtus ſiſtere voluit. Non hoc, id eſt, Reſurrectionis magnitudinem ignorabat Apoſtolus, de eo ſic loquens: *Qui prædeſtinatus eſt in virtute.* *Ad Rom. 1.*

Idem Corinthiis: *Ecce myſterium vobis dico. Vobis*, qui capaces eſtis, dicere conuenit; cæteris ob incapacitatem præteritis, quia foret margaritas antè porcos proiicere. Tantum dogma eſt Reſurrectio, veritatis Catholicæ fundamentum principale, cui tota ædificij ſtructura incumbat, ſine qua euanidam aſſerit eſſe fidem Apoſtolus; quam *magnum* vocat *ſecretum* Baſilius; *obſcurum* S. Bernardus; Auguſtinus *immenſum*. *1. Cor. 15.*

Atque ob hanc cauſam & vulnera in corpore ſuo ſeruare maluit, quàm abolere

olere : quòd per ea corporis eiuſdem, quod in cruce pependerat, veritas clariſſimè aſtrueretur. *Nimirùm* (inquit Hilarius homil.8.) *Reſurrectio, vnde erat credenda, non abſtulit.* Sed & alia cauſa eſſe potuit conſeruationis vulnerum: nempè, quam ſuprà inſinuauimus, vt oſtenderet ſe vnà cum Reſurrectionis gloriâ non ſuperbiam, aut veteris Collegij faſtidium & contemptum induiſſe: hominem ſe adhuc eſſe, aliis ſimilem, &, licèt iam impaſſibilem, Paſſionis tamen ſigna præferentem. Vnde factum credo, vt eum Thomas palpatis vulneribus illicò cognouerit: non ſolùm ob exploratam corporis veritatem; verùm etiam ob antiquos mores & profuſam in ſuos benignitatem. Vnde, velut iam agnito de quo dubitauerat, velut reperto cuius præſentiam ſe perdidiſſe putauerat, exclamat: *Dominus meus, & Deus meus.* Ipſe eſt, ipſiſſimus, qui Deitatem ſuam & æqualem Patri potentiam tot miraculis in conſpectu omnium noſtrûm toties olim probauit, & nunc iterùm admirandâ corporis Reſurrectione probat. Ipſe eſt, *Dominus* & Magiſter noſter, æquè nunc atque olim in ſuos benignus: *Dominus meus, & Deus meus.* Imitare Thomam, ô Chriſtiane; non diu dubitando, ſed fideliter, quem tot experimentis nouiſti, ei inhærendo. Adeſt promptiſſimè ſe quærentibus: inueniri deſiderat: palpandum ſe vltrò exhibet. *Hoc ama* (inquit Pater Auguſtinus) *hoc poſſide: hoc cùm vis habebis, hoc gratis habebis.*

HILAR.

S.AVGVST.

Digitized by Google

bebis. Vis ſcire, quantum habebis, cùm eum poſſidebis? Vno verbo: Beatus eris. Accipe fideiuſſorem Regium Vatem: *Beata*, inquit, *gens*, *Pſalm. 32.* *cuius eſt Dominus Deus eorum.*

FINIS.

INDEX

INDEX
LOCORVM S. SCRIPTVRÆ,
QVI
IN HOC OPERE VT PLVRIMVM
EXPLICANTVR, AVT ELVCIDANTVR.

GENESIS.

C.I. IN *principio creauit Deus cælum & terram &c. factumq́; eſt veſpere & mane dies vnus.* 386. 387.388

II. *Fons aſcendebat à terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* 346

In quacumque hora comederis ex eo, morte morieris. 40

III. *Sed & ſerpens callidior erat cunctis animantibus terræ.* 160

De fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus &c. ne fortè moriamur. 172

Nequaquam morte moriemini. ibid.

Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. 234

Terra ſpinas & tribulos germinabit tibi. In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo. 221. 214

IV. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 326

Ejicis me à facie tua. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. 157

Quicumq́; occiderit Cain, ſeptuplum punietur. 171

Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties. 171. 172

VI. *Delebo hominem quem creaui.* 119

Noë inuenit gratiam coram Domino. ibid.

Finis vniuerſæ carnis venit. ibid.

VII. *Clauſitq́; oſtium Dominus de foris.* 342

VIII. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* 378

IX. *Nudatus iacuit in tabernaculo ſuo.* 229.231

Dilatet Deus Iaphet, & habitet in

Digitized by Google

in tabernaculis Sem. 230

XV. *Vocauit nomen filij ſui Bennoni. id eſt, filius doloris mei. Pater verò appellauit eum Beniamin, id eſt, filius dextræ.* 181

XXII. *Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac.* 74

XXVI. *Venerunt in ipſo die ſerui Iſaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant.* 406.407

XXVII. *Surge pater mi, & comede, vt benedicat mihi anima tua.* 93

Odor filij mei ſicut odor agri pleni. 369

Frumento & vino ſtabiliui eum: & tibi poſt hæc fili mi quid vltrà faciam? 94

In pinguedine terræ, & de rore cœli deſuper erit benedictio tua, Fratri tuo ſeruies. ibid.

XXVIII. *Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; erit mihi Dominus in Deum.* 371

XXIX. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis.* 70

Videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine. 23.37. 70

XXXII. *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* 418

XXXVII. *Adhuc eo perſeuerante in fletu, Madianitæ in Ægypto vendiderunt Ioſeph.* 114

XXXIX. *In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum.* 309

His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valdè. 310

Quomodo poſſum hoc facere, & peccare in Deum meum? 144

EXODVS.

CAP. III. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* 200

Ne appropies, huc; ſolue calceamentum de pedibus tuis. ibid.

Ego ſum qui ſum. 100

V. *Quis eſt Dominus? Neſcio Dominum.* 128

XIV. *Extende manum tuam ſuper mare &c.* 265

Viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris. 215

XV. *Deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* ibid.

XXXIII. *Oſtende mihi gloriam tuam.* 242

Non videbit me homo, & viuet. 242.334

Ponam te in foramine petræ, & manu mea protegam te. 354

XXXIV. *Cùm deſcendiſſet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua.* 61

LEVITICVS.

CAP. XVII. *Anima carnis in ſanguine eſt.* 338

NVMERI.

CAP. XI. *Cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me?* 132

XII. *Et ecce Maria apparuit candens leprâ ſicut nix.* 191

Si pater eius ſpuiſſet in faciem eius &c. ibid.

XXIV. *De ſummis ſiljcibus videbo eum: Intuebor eum, ſed non propè.* 331

DEVTERONOMIVM.

CAP. VI. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* 127

XXV. *Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui.* 192

XXVIII. *Et erit vita quaſi pendens antè oculos tuos, timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.* 416

XXXII. *Nónne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt. vltio &c.* 248

I. REGVM.

CAP. IX. *Erat electus & bonus. Ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* 260

X. *Miſit Saul lanceam, putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete.* 339

XV. *Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem Domini.* 146

Porrò triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur. ibid. & 148

Peccaui: Sed nunc honora me coram ſenioribus populi. 148

XVI. *Vſquequò tu luges Saul, cùm ego proiecerim eum?* 146

XVIII. *Non rectis oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa & deinceps.* 198

XXV. *Emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis.* 293

XXXI. *Ne fortè veniant incircumciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi* 287

II. REGVM.

CAP. X. *Erant viri confuſi turpiter valdè.* 242

XII. *Peccaui Domino.* 147

Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. ibid.

Quis ſcit, ſi fortè donet eum mihi Dominus, & viuat infans? 120

Numquid potero reuocare eum ampliùs? 52

XIV. *Reuertatur in domum ſuam, & faciem Regis non videat.* 196

Obſecro igitur, vt videam faciem Regis

Regis. ibid.242

XV. *Porrò Dauid aſcendebat cliuum oliuarum, nudis pedibus incedens, & operto capite.* 179

XIX. *Iuro tibi per Dominum, quod ſi non exieris, &c.* 243

XXII. *Dominus petra mea, & robur meum.* 359

III. REGVM.

CAP. XXII. *Porrò Rex Iſraël mutauit habitum ſuum & ingreſſus eſt bellum.* 88

IV. REGVM.

CAP. II. *Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 334

Si videris me quando tollar à te; erit tibi quod petiſti. ibid.

VII. *Hæc enim dies boni nuntij eſt: ſi tacuerimus, & noluerimus nuntiare vſque mane, ſceleris arguemur.* 422

TOBIAS.

CAP. XII. *Opera Dei reuelare & confiteri honorificum eſt.* ibid.

Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum &c.

ESTHER.

CAP. VI. *Feſtinauit in domum ſuam lugens & operto capite.* 290

XV. *Regina corruit, & in pallorem colore mutato &c.* 243

IOB.

CAP. I. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* 216

Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua. 235

II. *Verumtamen animam illius ſerua.* 340

V. *Qui apprehendit ſapientes in ſtultitia illorum, & conſilium prauorum diſſipat.* 306.309

VI. *Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas mea, quam patior, &c.* 111

VII. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Procem.

IX. *Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat.* 293

X. *Numquid oculi carnei tibi ſunt? aut ſicut videt homo, & tu videbis?* 179.198.333.403

XI. *Forſitan veſtigia Dei comprehendes?* 80.82

Excelſior cælo eſt, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? 79.80.82

XV. *Tetendit aduersùs Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt.* 181

XVI. *Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam &c. Ego ille quondam opulentus &c. Et poſuit me ſibi quaſi in ſignum.* 167.186

XIX. De-

Digitized by Google

XIX. *Deſtruxit me vndique, & quaſi euulſa arbori abſtulit ſpem meam.* 332.333
Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Scio quòd Redemptor meus viuit &c. 383
Repoſita eſt hac ſpes mea in ſinu meo. 192
XXII. *Circà cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat.* 431
XXX. *Clamo, & non exaudis me.* 295
Mutatus es mihi in crudelem, & duritiâ manus tuæ aduerſaris mihi. Scio quod morti trades me. 296
XLI. *Per gyrum dentium eius formido.* 259
Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia. Sternutatio eius ſicut ſplendor ignis. Factus eſt vt nullum timeret, &c. ibid.
Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbia. 260
Lucebit poſt eum ſemita &c. 301

LIBER PSALMORVM.

PSAL. II. *Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum &c.* 303
Filius meus es tu, ego hodie genui te. 97.407.408
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. 408
VII. *Exurge Domine in ira tua &c. Exurge Domine in præcepto quod mandaſti, & Synagoga populorum circumdabit te.* 402.404
XIII. *Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* 56
XV. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* 100
Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. 273.376
XVIII. *Cæli enarrant gloriam Dei.* Procem. 59
Tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. 377
Exultauit vt gigas ad currendam viam. 86.282
XXI. *Cor meum tanquàm cera liqueſcens.* 349
Quoniam circumdederunt me canes multi. 163.164
Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. 223.226. 225.230.
XXII. *Si ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* 157
XXVII. *Refloruit caro mea.* 371
XXIX. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem?* 380
XXXI. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* 215
XXXIV. *Euge euge, viderunt oculi noſtri.* 380

XXXVII.

XXXVII. *Et ſicut onus graue grauata ſunt ſuper me.* 216
XXXIX. *Aures autem perforaſti mihi.* 108
In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. 277
XL. *Etenim homo pacis meæ, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* 159.160
In hoc cognoui quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. 380
XLIII. *Tota die verecundia mea contra me eſt.* 241
Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. 21
XLIV. *Speciosus formâ præ filiis hominum &c.* 5.190.289.
Vnxit te Deus oleo lætitiæ. 375
Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis. ibid.
XLVIII. *Et relinquent alienis diuitias ſuas.* 441
Sepulchra illorum, domus illorum in æternum. 377
L. *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuã.* 148
LIV. *Non defecit de plateis eius vſura & dolus.* 184
LXII. *In vanum quæſierunt animam meam &c.* 338
LXIII. *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum.* 293
LXVII. *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* 342
LXVIII. *Non erubeſcant in me qui expectant te Domine.* 380
Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium. Operuit confuſio faciem meam. ibid.& 241
Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus. 393
Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam. 341.345
Et in ſiti mea potauerunt me aceto. 181
Et ſupra dolorem vulnerum meorum addiderunt. 340
LXXIII. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.* 257
LXXVII. *Non ſunt recordati manus eius diè quâ redemit eos de manu tribulantis.* 183
LXXIX. *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* 190
LXXXII. *Non memoretur nomen Iſraël vltrà.* 339
LXXXIV. *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi.* 247
LXXXV. *Inclina aurem tuam.* 354
LXXXVII. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* 287
LXXXVIII. *Lætificaſti omnes inimicos eius.* 297
XCII. *Indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* 5
XCIII. *Qui finxit oculum, non conſiderat.* 197
C. *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* 247

CII. *Secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit &c.* 64
CIII. *Petra refugium herinaciis.* 355
Mare magnum & ſpatioſum manibus. 185
CVIII. *Perſecuti ſunt hominem inopem, & compunctum corde* 353
Dilexit maledictionem, & venit ei. 153
CIX. *Ex vtero antè luciferum genui te.* 407
De torrente in via bibet. 289
CX. *Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.* 370
CXV. *Ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* 96
CXVII. *Circumdederunt me ſicut apes.* 321
Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. 206
Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. 390.405.409
CXVIII. *A mandatis tuis intellexi.* 424
Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. ibid.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. 148
CXXXI. *Iurauit Dominus Dauid &c. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* 369
CXXXVI. *Exinanite, exinanite vſq; ad fundamentum in ea.* 339

PROVERBIA.

CAP. VI. *Pretium ſcorti vix eſt vnius panis; mulier autem viri pretioſam animam rapit.* 95
XVIII. *Peccator, cùm venerit in profundum malorum, contemnit.* 162
XXVI. *Spina naſcitur in manu temulenti.* 214
XXVII. *Tolle veſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo.* 238
XXX. *Lepuſculus collocat in petra cubile ſuum.* 355

CANTICVM CANTICORVM.

CAP. I. *Oleũ effuſum nomen tuum.* 105
Trahe me poſt te; curremus in odorem vnguentorum tuorum. 369
Faſciculus myrrhæ &c. Prooem.
Lectulus noſter floridus. 319
II. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* 369.319
Sicut lilium inter ſpinas. 204
Fulcite me floribus, ſtipate me malis. 16
Flores apparuerunt in terra noſtra. 377
In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. 354
III. *Egredimini filiæ Sion, & videte re-*

te regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui. 14.315

IV. Vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. 397.271. v. Præfat. ad Lect.

Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa. 353

Surge Aquilo, & veni Auſter, & perſla hortum meum, & fluent aromata illius. 369. 378

VI. Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. 378.423

Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. 220.296

Aperi mihi ſoror mea, amica mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. 221

Candidus & rubicundus. 35. 260

Electus ex millibus. 260

Caput eius aurum optimum: manus eius tornatiles, plenæ Hyacinthis. 156.374

VII. Coma capitis tui ſicut purpura regis, vincta canalibus. 205.206.398

Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. 265

Omnia poma noua & antiqua ſeruaui tibi dilecte mi. 424

VIII. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum; quia fortis eſt vt mors dilectio. 135

Lampades eius lampades ignis atque flammarum. 206

SAPIENTIA.

CAP. II. Coronemus nos roſis. 212

Circumueniamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. 284

v. Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij &c. 201

XII. Cum ſis iuſtus, iuſtè omnia diſponis: eum quoque qui non debet puniri condemnas, & exterum æſtimas à virtute tua. 248

XIV. Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia. 250

ECCLESIASTICVS.

CAP. III. Quantò maior es, humilia te in omnibus. Filij ſapientia &c. natio illorum obedientia & dilectio. 8

XV. Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. 352

XLI. O mors, quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis &c. 291

Digitized by Google

ISAIAS.

CAP. III. *Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit, vt prouocaret oculos maieſtatis eius.* 197
IV. *Sempiternus Dominus qui creauit terminos terræ.* 80
VI. *Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus exercituum.* 82
VIII. *Nomen eius, Accelera, ſpolia, detrahe, feſtina prædari.* 260
IX. *Et principatus eius ſuper humerum eius.* 293
Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. 440.442
XI. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* 360
Et replebit eum ſpiritus timoris Domini. 376
Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. 256.263
Et erit ſepulcrum eius glorioſum. 366
Leuabit ſignum in nationes, & diſperſos Iudæ colliget à quatuor plagis terræ. 254.256.262.266
XXVIII. *Væ coronæ ſuperbiæ mercenarij Ephraim.* 163
XXXIII. *Et nos reputauimus eum quaſi leproſum.* 189
XXXV. *Aperientur oculi cæcorum &c. Quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ &c.* 357
XLV. *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* 347
Verè tu es Deus abſconditus. 344
XLVIII. *Non eſt pax impijs.* 441
XLIX. *Ad fontes aquarum potabo eos.* 350
LI. *Non eſt qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit.* 260
LII. *Quemadmodum ſtupebunt ſuper te multi; ſic inglorius erit inter viros aſpectus tuus.* 289
LIII. *Verè dolores noſtros ipſe portauit.* 217
Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. 273
Oblatus eſt quia ipſe voluit. 107.108.183.282
Generationem eius quis enarrabit, quando abſciſſus eſt de terra viuentium? 346
Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. 270
Dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua. 366.367
Cum iniquis reputatus eſt. 106
LVIII. *Frange eſurienti panem tuum &c. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum.* 424
LXIII. *Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de*

Digitized by Google

Boſra? 267
Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. 261.267
Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. 267.298
Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis venit. ibid. & 257
LXVI. *Ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes &c.* 266

IEREMIAS.

CAP. III. *Operiet nos ignominia noſtra, quoniam Domino Deo noſtro peccauimus.* 197
Dixiſti: *Non ſeruiam.* 8
XVII. *Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* 159
XLVI. *Dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſoris Regis Babylonis.* 183

THRENI.

CAP. II. *Attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.* 279.291.298
III. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.* 184.283

EZECHIEL.

CAP. VIII. *Leua oculos tuos vt ea videas, & fode parietem templi.* 279
XIII. *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis; poſtquam autem reſurrexero &c.* 394
XXIX. *Ego feci memetipſum.* 126. 128
XXXIV. *Gregem autem meum non paſcebatis.* 19
Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas, ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio diſſipatarum. 395
XLVII. *Conuertit me ad viam foras portam exteriorem &c. Aqua illa intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aqua, &c.* 344

DANIEL.

CAP. IV. *Succidite arborem, &c. verumtamen germen radicum eius in terra ſinite.* 340
V. *Et rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.* 182
VI. *Allatuſque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci, quem obſignauit rex annulo ſuo.* ibid.

OSEAS.

OSEAS.

CAP. IV. *Sanguis ſanguinem tetigit.* 204
VI. *Viuificabit nos poſt duos dies, & in tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius.* 439
IX. *Væ eis, cùm receſſero ab eis.* 145
XI. *In funiculis Adam traham eos, & in vinculis charitatis.* 65

IONAS.

CAP. II. *Pelagus operuit caput meum.* 217

MICHÆAS.

CAP. V. *Tunc vaſtaberis filia latronis. In virga percutient maxillam iudicis Iſraël.* 185. 200
VII. *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cùm ſedero in tenebris.* 380

NAHVM.

CAP. I. *Viri exercitûs in coccineis.* 266.

HABACVC.

CAP. III. *Domine audiui auditum tuum, & timui.* 237
Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. ibid.
Ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius. ibid.

ZACHARIAS.

CAP. III. *Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt: ecce ego calabo ſculpturam eius, &c.* 245. 343
VI. *Ecce vir Oriens.* 86
XI. *Decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.* 160

MALACHIAS.

CAP. III. *Angelus teſtamenti.* 440

I. MACHABÆORVM.

CAP. II. *Princeps & clariſſimus & magnus es in hac ciuitate &c. ergo accede prior, & fac iuſſum regis.* 129
IV. *Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobrium gentium.* 406
XIII. *Ædificauit Simon ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu lapide polito, & ſtatuit ſeptem pyramidas, & ſuper columnas arma, & iuxtà arma naues ſculptas.* 371

Digitized by Google

II. MACHABÆORVM.

CAP. IX. *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* 127

MATTHÆVS.

CAP. II. *Gauiſi ſunt gaudio magno.* 406
IV. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* 165
V. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* 175.177.238
Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 43
VIII. *Homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites.* 135
Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. 217
X. *Et ſiquidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam.* 443
Nihil opertum quod non reueletur. 309
XI. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* 3.126
XIV. *Videns verò ventum validum, timuit; & cùm cœpiſſet mergi &c.* 216
XVII. *Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* 243.450
Hic eſt Filius meus dilectus &c. 2
Nubes lucida obumbrabit eos. 244
XVIII. *Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo &c.* 397
XX. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* 334
Filius hominis non venit miniſtrari. 95
XXI. *Non naſcatur ex te fructus in ſempiternum.* 46
XXVI. *Acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi.* 149
Vt quid perditio hæc? ibid.
Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt. 151
Tunc abijt vnus ex duodecim ad principes Sacerdotum. 153.161.162.163
Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? 162
Quia vnus veſtrûm me traditurus eſt. 140.144
Numquid ego ſum Domine? 141
Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. ibid.
Væ illi, bonum erat ſi natus non fuiſſet homo ille. 142
Numquid ego ſum Rabbi? ibid.
Procidit in faciem ſuam. 294
Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. 295

Et orauit tertiò, eundem ſermonem dicens. ibid.
Tamquam ad latronem. 296
Et exſpuerunt in faciem eius. 189
Alij palmas in faciem eius dederunt. 187
Prophetiza nobis Chriſte, quis te percuſſit. 186.201
XXVII. *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* 305.327
Crucifigatur, crucifigatur. 339
Sanguis eius ſuper nos &c. ſuper filios noſtros, 285.327.351
Dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum. 325
Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. 317
Vah qui deſtruis templum Dei, &c. 328
Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei. 21.105.107
Sine videamus an veniat Elias liberans eum. 29
Vt quid dereliquiſti me? Prooem. 282.283
Monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. 353.383.400.
Verè Filius Dei erat iſte. 307.348
XXVIII. *Ite, nuntiate fratribus meis.* 422
Ecce quidam de cuſtodibus venerunt in ciuitatem. 400
Data eſt mihi omnis poteſtas. 102

MARCVS.

CAP. I. *Vidit Simonem & Andream fratrem eius.* 195
XI. *Non enim erat tempus ficorum.* 46
XIV. *Vnus ex duodecim qui intingit.* 141
Cœperunt quidam conſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere. 179.189.195
XV. *Verè hic homo filius Dei erat.* 22.110
Et audacter introiuit ad Pilatum. 357
Et poſuit eum in monumento quod erat exciſum de petra. 358
XVI. *Nolite timere,* IESVM *quæritis, non eſt hîc, ſurrexit.* 399

LVCAS.

CAP. I. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* 97
Benedictus fructus ventris tui. 369
II. *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit.* 206.337
III. *Et ipſe* IESVS *erat incipiens quaſi annorum triginta.* 24
V. *Vidit publicanum, nomine Leui.* 196

VII. *Quem*

VII. *Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordiâ motus &c.* 196
IX. *Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* 231
X. *In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui.* 439
XII. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* 98
Ignem veni mittere in terram. 3.377
XV. *Citò proferte ſtolam primam: quia hic filius meus &c.* 224. 406
XVII. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* 331
XXII. *Intrauit autem Sathanas in Iudam.* 161
Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur. 142
Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequàm patiar. 108
Auulſus eſt ab eis. 292
Factus in agonia, prolixiùs orabat. 294
Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. 221.238.294
Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. 42
Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, dicentes &c. 195.199
XXIII. *Spreuit autem illum Herodes, & illuſit indutum veſte albâ.* 308
Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. 318
IESVM *autem flagellatum tradidit voluntati eorum.* 285
Montes cadite ſuper nos, & colles operite nos. 240
Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. 389
Hodie mecum eris in paradiſo. 252.349
XXIV. *Ibant ipſa die duo &c.* 434
Appropinquans ibat cum illis. 434.435
Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? 412.413
Tu ſolus peregrinus es &c. 413. 427
Quibus ille dixit: Quæ? 413.431
Potens in opere & ſermone. 2
Nos autem ſperabamus &c. 413. 433
O ſtulti & tardi corde ad credendum. &c. 414
Nónne oportuit Chriſtum pati? 30
Et interpretabatur quæ de illo erant in omnibus Scripturis. 435
Finxit ſe longiùs ire. 417
Mane nobiſcum Domine quoniã adueſperaſcit 410.417.426
Aperti ſunt oculi eorum. 419. 433

Et quo-

Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. ibid.434
Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem. ibid. 434
Stetit IESVS *in medio eorum, & dixit: Videte manus & pedes meos &c.* 423.436
Pax vobis: Ego ſum. 439
Palpate & videte. ibid.

IOANNES.

CAP. I. *Et ſui eum non receperunt.* 45
II. *Nondum venit hora mea.* 108
Soluite templum hoc. 344
III. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* 67.84.278
Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. 2
Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. 84
IV. *Probatica Piſcina, quinq; porticus habens.* 356
VI. *Cùm ſubleuaſſet oculos IESVS.* 195
Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. 65
Caro mea eſt pro mundi vita. 375
Caro mea verè eſt cibus. 347
Sanguis meus verè eſt potus. 352
VII. *Nunquam ſic locutus eſt homo.* 5
IX. *Me oportet operari donec dies eſt.* 241
X. *Ego ſum paſtor bonus.* 19
XI. *Eleuatis ſurſum oculis.* 195
Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 45
Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. 163
XII. *Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis?* 153
Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. 372
Cùm exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum. 263
XIII. *Antè diem feſtum Paſchæ &c.* 15
Sciens IESVS *quia venit hora eius.* 39.41.49.108.109. 291
Vt tranſeat ex hoc mundo. 23. 50.55.
Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 3.45.53.63.67.84.85. 126
Cùm diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas. 83.113. 114.153.161
Sciens quia à Deo exiuit. 23. 81.82
Surgit à cœnâ, ponit veſtimenta ſua. 87.116
Et cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe. 4.89.98
Mittit aquam in peluim. 90. 91

Cœpit lauare pedes diſcipulorum. 82.91
Venit ergo ad Simonem Petrum. 121
Domine, tu mihi lauas pedes? ibid.
Quod ego facio, tu neſcis modò. 123
Si non lauero te, non habebis partem mecum. 116.124
Domine, non ſolùm pedes meos, ſed & manus & caput. 125
Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. 4.125
Scitis quid fecerim vobis? 6.7.11.12
Vos vocatis me Magiſter & Domine, & benè dicitis. 18.97
Si ego Dominus & Magiſter veſter laui pedes veſtros; ita & vos &c. 129
Exemplum dedi vobis. 125
Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum. 159
Aſpiciebant ad inuicem hæſitantes. 140
Diſcipulus ille quem diligebat IESVS. 10
XIV. Pacem relinquo vobis. 440.443
Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem. 77
Ego ſum via, veritas, & vita. 2
XV. Ego ſum vitis vera. 352
Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. 66
Maiorem hâc dilectionẽ nemo habet &c. 53
Non relinquam vos orphanos. 16
XVII. Verba quæ dediſti mihi, dedi eis. 19
XVIII. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum. 176
Ego palam locutus ſum mundo, Et in occulto locutus ſum nihil. 181
Vnus autem miniſtrorum dedit alapam IESV. 173.175
Sic reſpondes Pontifici? 162
Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem benè, quid me cædis? 183.184
Non licet nobis interficere quemquam. 327
XIX. Exiuit ergò IESVS portans ſpineam coronam. 204.208.209.214.217
Legem habemus, & ſecundùm legem debet mori. 315
Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. 305
Tolle, tolle, crucifige eum. 286.288
Regem veſtrum crucifigam? 312
Tradidit illum vt crucifigeretur. 248
IESVS Nazarenus Rex Iudæorum. 305.317.320.323
Milites ergò cum cruci fixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius &c. Et milites quidem hæc fecerunt. 226
Conſummatum eſt. 336.337

Ad

Ad IESVM *autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.* 227
Vnus militum lanceâ latus eius aperuit. 335. 341. 344. 346. 347. 348. 357
Et continuò exiuit ſanguis & aqua. 326. 347. 349
Qui vidit, teſtimonium perhibuit. 330. 331. 332
Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus; & in horto monumentum nouum. 371. 365. 366. 373. 377
XX. *Noli me tangere, nondum enim aſcendi.* 449
Dominus meus, & Deus meus. 448. 453

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I. *Præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam, per dies quadraginta apparēs eis.* 394
Viri Galilæi, quid aſpicitis in cælum? Hic IESVS, *qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet &c.* 101
IX. *Saule, Saule quid me perſequeris?* 37
X. *Pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes.* 3. 12
XVII. *Non longè eſt ab vnoquoque noſtrûm.* 435

AD ROMANOS.

CAP. I. *Qui prædeſtinatus eſt in virtute.* 452
Gratia vobis & pax à Deo noſtro & Domino IESV *Chriſto.* 443
Iuſtus ex fide viuit. 105
II. *An diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis contemnis?* 248
Theſaurizas tibi iram. ibid.
Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum; gloria autem, & honor, & pax omni credenti bonum. 441
III. *Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Abſit.* 106
Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ. 250
IV. *Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* 403
V. *Cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* 47. 48
VI. *Conſepulti ſumus cum illo &c. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudinem mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus.* 368
Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Ita & vos &c. 38. 391. 393
VIII. *Si ſpiritus Dei habitat in nobis; qui ſuſcitauit* IESVM *Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum*

ſpiritum in vobis. 382
Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. 248
Sicut ſcriptum: Quia propter te mortificamur totâ die. 36
IX. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. 124
X. Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendit in cælum? id eſt, Chriſtum deducere &c. Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. 434.435
Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! 442
XI. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! 57
XV. Deus repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute Spiritûs ſancti. 368

I. AD CORINTHIOS.

CAP. I. Videte vocationem veſtram, fratres. 67
IX. Omnis qui agone contendit. 235
X. Petra autem erat Chriſtus. 244
Panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt? 419
XI. Caput Chriſti eſt Deus. 200
In qua nocte tradebatur. 114
Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. 20.444
XII. Audiui arcana verba, quæ non licèt homini loqui. 332
XIII. Charitas non eſt ambitioſa. 128
Non quærit quæ ſua ſunt. 3.126
Charitas numquam excidit. 431
Charitas non cogitat malũ. ibid.
XV. Si Chriſtus prædicatur quod ſurrexit à mortuis quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? 382
Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt fides noſtra. 381
Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. 373
Ecce myſterium vobis dico. 452
Abſorpta eſt mors in victoria. 269
Mors, vbi eſt victoria tua? 401

II. AD CORINTHIOS.

CAP. II. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. 378
III. Nos autem reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur. 426
V. Charitas Chriſti vrget nos. 30
VII. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. 221
XI. Quis infirmatur, & ego non infirmor &c. 36

Digitized by Google

AD GALATAS.

Cap. VI. *Deus non irridetur.* 156

AD EPHESIOS.

Cap. I. *Sicut elegit nos in ipſo antè mundi conſtitutionem.* 67

In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius quæ ſuperabundauit in nobis. 368

Vt notum faceret vobis Sacramentum voluntatis ſuæ, propoſuit in eo inſtaurare omnia in Chriſto. 81

II. *Deus qui diues eſt in miſericordia.* 248

Propter nimiam charitatẽ ſuam, quâ dilexit nos. 275. 276

Qui conreſuſcitauit nos, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto. 383

III. *Vt poſſitis comprehendere quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum. Scire etiam ſupereminentem charitatem Chriſti.* 278. V. Procem.

IV. *Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit.* 101

V. *Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam.* V. Præfat.

AD PHILIPPENSES.

Cap. II. *Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit &c.* 95. 428

Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. 66. 106

Propter quod & Deus exaltauit illum &c. 103

III. *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* 448

AD COLOSSENSES.

Cap. II. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.* 16

Delens quod aduersùs nos erat chirographum decreti &c.

Et expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo. 257. 258. 323

III. *Nunc mortui eſtis. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra &c.* 382. 426

AD HEBRÆOS.

Cap. IV. *Adeamus ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus.* 253

V. *Et exauditus eſt pro ſua reuerentia.* 245

IX. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* 276

XI. *Fide Abraham obtulit primogenitum ſuum Iſaac cùm tentaretur.* 75

XII. *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* 109

Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit &c. Procem.

Digitized by Google

EPISTOLA I. PETRI.
CAP.I. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* 243
II. *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.* 270
Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. 217. 224. V. Præfat.
IV. *Chriſto paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini.* Prooem.

EPISTOLA I. IOANNIS.
CAP.I. *Quod vidimus oculis noſtris, & manus noſtræ contrectauerunt, annuntiamus vobis.* 437. 448
II. *Non opus eſt aliquis doceat vos, ſed vnctio vos docebit de omnibus.* 425
IV. *Deus charitas; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* 8. 125

APOCALYPSIS.
CAP.I. *Et à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt.* 343
Princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. 272. 276
Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. 219. 348
Fui in ſpiritu in Dominica die. 309
Scribe ergo quæ vidiſti. 9
Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. 38
VII. *Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni.* 103
XIII. *Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi.* 357
XIV. *Vidi ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream.* 211
XXI. *Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia.* 359
Murus habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorum Agni. ibid.
XXII. *Folia ligni ad ſanitatem gentium.* 318.

INDEX RERVM.

Numerus,paginam; *a*, priorem, *b*, poſteriorem paginæ columnam denotat.

A.

ABRAHAM.

ABRAHAMI amor erga filium 74.*b* quomodo tentatus? 75. amore ſuadente filium ſuum immolauit.76.77

ADAM.

Adam ſuperbiâ nos perdidit. 99,ad eius nuditatem tegendam, Chriſtus in cruce nudatus.235,236.Deum mendacem reddere voluit. 172, comparatus horologio. 39.*b*, 40.41

Adam figura Chriſti. 221.267, 341

ALAPA CHRISTO INFLICTA.

Satisfecit Deo Patri pro mendacio ei à Protoplaſtis improperato.172.Petri culpam in percuſſione Malchi correxit,& expiauit.176,liberauit nos à ſeruitute diaboli. 273, maxima iniuriarũ quas Chriſtus accepit,181. cauſa euerſionis Hieruſalem, 185.

Chriſti manſuetudo nobis in exemplum propoſita, 174. per omnem Paſſionem taciturnus,hîc ſilentium rumpit, 183. cur vnam maxillam percutienti non præbuerit alteram? 178.quinque rationes,cur ad alapæ ictum, non tacendum duxerit, 185.*& ſeq.*

AMICVS.

Amicus ſanguini comparatus, 239. ægre ab amico diſiungitur,12.292

Amicorum infidelitas, quàm amanti dura, 296.

Amicitiæ mundanæ non fidendum,451.

AMOR.

Amor,cur nudus pingatur, 3.*a*, tempore arctatus, vires ſuas intendit,14.*b*,labores pro nihilo reputat; nunquam ſibi ſatis-

Digitized by Google

ſatisfacit,35.19.70,71.431.
non ſibi, ſed alteri ſtudet,77.
78. amare & pati, conjuncta
ſunt,36.37.ideoque Chriſtus
vt ſe amantem exhibeat, pa-
tientis perſonam induit,
32,37.*b*.38
Amor facit Martyrem. 33.34.
gladius ab vtraque parte a-
cutus, 38.*b*. martyrio potior,
35. morte fortior,281
Conditiones veri amoris ex-
penſæ,ac Chriſto applicatæ,
52.53.54
Amor inquietus, noua ſemper
& inſueta meditatur,17.cum
ſapientiâ conſpirans, mira
patrat,17.18.*& ſeq.*
Amoris de Chriſto triumphus.
277
Duo amorum genera, 73.*b*, a-
mor beneuolentiæ declara-
tus in Abrahamo filium im-
molante,74. *& ſeq.* item in
verbis Chriſti ad diſcipulos,
77.*b*.78
Diſcrimen inter amorem diui-
num & humanum,44.46.
Amor ſui, charitati contrarius,
126. eius effectus, *ibid.* 127.
V.*Charitas.*

AMOR DEI, ET CHRISTI.

Amor Dei Patris erga genus
humanum, 67.*b*.
Amoris diuini ſigna in veteri
teſtamento, comparata cum
iis quæ in Chriſti Paſſione
nobis exhibuit, 274. Dei in
nos amor, quomodo *nimius*
ab Apoſtolo dicatur, 275.
quomodo nos magis dilexiſ-
ſe dicatur quàm ſeipſum,84.
V.*Deus.*
Amor Chriſti erga genus hu-
manum, ſub finem vitæ ma-
ximè ſe oſtendit, 3.4.14.64.
65. Sapientiam in auxilium
vocat,ac ſtupenda patrat, 17.
18. *& ſeq.* purus ab omni
vitio, 66. coronatur, vt vi-
ctor,211. magis magiſque pa-
tiendo ſe nobis demonſtrare
exoptat,282.283.336.337.*a*
alacris & intrepidus ad paſ-
ſioné excipiendá, 208.211.
212.278.eâ lætatur,ſicut qui
lætantur in meſſe, 220, vul-
nera ſua puncturas appellat,
219. diem Paſſionis pro fe-
ſtiuo ac nuptiali habet, 13.
14. horam ſuam reputat, 23.
24. 31. ex honore & gloria
ſua, patiendi materiam ex-
ſculpit, 27. 288. in pœnas
ſuas ingenioſus,288.295
Amor Chriſti comparatus cum
amore Iacob,23.70.71. O-
leum effuſum, 105. clariùs
elucet in lotione pedum,
quàm in ipſa Paſſione, 106.
& ſeq. Amoris Chriſti perfe-
ctio, 11.
Amor Chriſti anxius quomodo
moriatur, nec à diſcipulis
diſce-

Digitized by Google

diſcedat, 50. 51. quàm ægrè ab hominum conſortio diuellatur, 12. 13. 292. ad altiorem ſtatum euectus veteres amicos non contemnit, 450. 451. 453. V. *Chriſtus*.

ANIMA.

Anima iuſti quomodo interdum Deo reſiſtat per humilitatem, 122. ab eo recedendo, fit Deo vicinior, 124. quatuor modi, quibus Chriſtus animæ deuotæ apparet, 433. *& ſeq.*

Anima ſe à Deo ſeparans per peccatum, quot periculis obijciatur, V. ad illa verba: *Abiit ergo Iudas*, 154. 157. quàm difficulter ad Deum reducatur, 393. 394. Deus quando ab anima recedat, 148. Orandus vt nobiſcum permaneat, 418. quot bona ab eius manſione obueniant. 419. 421. ad vulnera Chriſti inuitatur, 354. V. *Cor. Peccatum.*

APPARITIONES Chriſti poſt Reſurrectionem.

Apparet Chriſtus quinquies vnâ die, 473. in ſex eius apparitionibus, ſeptem dona Spiritûs ſancti, 399. Cur tam multis ac variis modis apparuerit, 400

Quatuor modi quibus Chriſtus animæ deuotæ ſe exhibet, ex quatuor eiuſdem apparitionibus, 423. *& ſeq.*

Chriſtus ſub formâ Hortulani, 103. 104. 423. ſub forma Peregrini, 412. 428. V. *Diſcipuli*.

Chriſtus apparens diſcipulis ſimul congregatis, exhibuit ſpecimen potentię ſuę & benignitatis, 437. Non videndum tantùm, ſed & palpandum ſe prębet, 446. 453. Cur ſteterit? 437. 438. 439. cur in medio diſcipulorum ſteterit? *ibid.*

AVARITIA.

Vitium vile & abiectum, 372. Ægyptij cur aurum & argentum in Deos non retulerint? 371

Auaritia Iudam ad Chriſtum prodendum impulit, 149. ſæpe pietatis laruam aſſumit, 150. 152. ſepulchra violat. 374

Auari, Chriſtum pugnis percutiunt, 202. *b*.

AVLA ET AVLICI.

Aula mare magnum & ſpatioſum manibus, 183. in ea eminere, periculoſum, 134. 135

Aulicus fuit Pilatus, 305. Aulicorum vſura in vindicandis iniuriis, 184. ad honores euecti, prioris fortunæ & amicorum obliuiſcuntur, 450. 451

Non quærenda gratia Principum cum damno aut iniuria proximi, 185. V. *Humana Conſilia.*

B.

BENEFICIVM.

DEo Soli competit benefacere, cùm vult, 170, diſcrimen inter beneficentiam Dei & hominum, 371

Benefaciendo homines proximè ad Dei naturam accedunt, *ibid.* 372

Beneficentia & liberalitas Chriſti in ſuos, 3.6.*b*, 64.65

C.

CENTVRIO.

CEnturio, ſtuduerat in libro Crucis, 348. vnde Chriſtum Dei filium eſſe cognouerit? 23.362

CHARITAS.

Charitas, plenitudo Legis, 11. 37.127.*a*, Charitas, humilitatis ſoror, 125. 126. Charitas proximi commendata exemplo Chriſti, 212. dilectio inimicorum, fructus hyemalis. 46. V. *Amor.*

CHRISTVS.

Chriſtus Dei filius ab æterno genitus, natus in tempore, in Reſurrectione renatus, 407.408

Chriſtus, Vir oriens, gigas, 86. 282, Angelus teſtamenti, ac Princeps pacis, 440. 441. *b*, 442

Chriſtus via, veritas, & vita 2.*a*, Magiſter verax & bonus, *ibid.* doctrinæ eius compendiũ Amor & Humilitas, *ibid.* *b*, Orator perfectus, 5.*b*, Sermonum eius epilogus, 5.6. Leges & præcepta ſua primus implet, 330.439. omnibus omnia factus. 428

Chriſtus verè Nazaręnus, id eſt, floridus, 319. 321. 360. 362. Flos Campi quare dictus? 319. eius fragrãtia, 361. 322. Faſciculus myrrhæ, *Proœm.* Virgilij ænigma in Chriſto ſolutum, 362.*b*.

Chriſtus, petra, 559. lapis angularis à Deo ſculptus, 245. *a*, 343.*b*, Candidus & rubicundus, 360. 367. electus ex millibus, 360

Chriſtus, fons patens, 319. à Iudæis intoxicatus, 362.*a*.

Chriſtus, arbor vitæ, in Paſſione decorticata, 232. cuius folia ad ſanitatem gentium, 318. granum frumenti, 372. ignis Veſtalis, 377

Chriſtus, Paſtor bonus, 19. 20. quot modis oues ſuas pauerit? *ibid.* 350. quomodo diſperſas congregauit, 395

Chriſtus, Rex, 106.207.312

Chriſtus fideiuſſor noſter, 237. 338. debitum noſtrum, deleto quod aduersùm nos erat chirographo, exſoluit, 308.*a*, 323. *b*, quomodo naturam humanam reparauit. 41. V. *Redemptio.*

Chri-

Chriſtus, vir dolorum, 293. hoſtia, *Præfat. ad Lect.* Theſaurus, 374. 375. quã vili pretio æſtimatus, 160. *b*, 165. 166

Chriſtus, bellator fortis, 257. nudus cum hoſte infernali luctatus eſt, 235. 237. comparatus cum Dauide, 404.

Manna & Virga, in arca recon-ditæ, figura Chriſti, 244. cur petra in arca non fuerit repoſita? *ibid.*

Chriſtus, Magiſter & Dominus, 18. *b*, à Iuda Magiſter, ab aliis diſcipulis Dominus dictus, 143. *a*, comparatus cum Patrefamilias, 14

Chriſti vita tranſitus, 23. Hora, 23. 24. eius pro nobis humiliatio per omnem vitam breuiter expenſa, 24. 25. *& ſeq.* eius altitudo & demiſſio æquè incomprehenſibilis, 81. 82. *& ſeq.* menſura Chriſti à Ioanne deſignata, *ibid.* V. *Amor. Apparitio. Crucifixus. Humilitas. Lotio pedum. Paſſio. Sepulchrum. Reſurrectio. Transfiguratio.*

CHRISTI CORPVS.

Chriſti corpus, theſaurus pretioſus, 374. *b*, quinta eſſentia, 375. eius dignitas, *ibid.* ſanctitatis odorem vnde traxerit, 376. eius incorruptio. *ibid.* V. *Facies. Oculi.*

CHRISTI SANGVIS.

Fons paradiſi, 346. character ouium Chriſti, 350. mare rubrum *ibid.* potus & alimentum, 351. balneũ, 276. Piſcina Probatica, 356. pharmacum contra omnes animæ morbos, 352. 353. mundum ſanctificat, 345. illuminat intellectum, 352. in pugnam contra diabolũ excitat, 268. Reges facit, 207. clamat contra peccatores, 326. Iudæos parricidij conuincit, 127

CONTRITIO. V. PECCATVM.

COR.

Cor humanum, liber eſt mandatorum Dei, 350. Iudas illud in Kalendarium rationum mutauit, 122, hortus Chriſti quomodo fiat, 378

Cor peccatoris, infernus, 83. nidus diaboli, 155.

Cor humanum, tectum: Chriſti, apertum, 348. 356. ex corde Chriſti aperto nata eſt Eccleſia, 333. 346. tria corda vnâ lanceâ trãsfixa, 333. 343. pullus aquilæ cordi proximus, præ cæteris dilectus, 330. V. *Latus Chriſti.*

CORONA SPINEA.

Nullus antè Chriſtum ſpinis coronatus, 209. 210. coronarum varia olim genera, *ibid.*

Corona ſpinea ex iuncis marinis, 218. Chriſto quàm doloroſa, *ibid.* 214. illam aureæ coronæ præpoſuit, 211

Chriſtus exit coronatus tam-

ad epulas, 212. cum ſpinis, tamquam ad nuptias, 213. verè ignis in ſpinis, 208

Arundo pro ſceptro per ludibrium Chriſto donata, 210. in calamum ſcriptorium mutata, 308. cur illâ percuti Chriſtus voluit, 200

CRVCIFIXIO.

Crucifixionis ſuccincta narratio, 251.. 252. ſuppliciorum omnium ignominioſiſſimum, 249

Chriſtus crucifixus in medio terræ, 257. facie in Occidentem verſus, 262. omnes ad ſe à quatuor mundi plagis vocauit, *ibid.* de diabolo in cruce triumphauit, 228. cur expanſis brachiis mortuus, 263. *b*, 265. comparatus gallinæ. 253. figuratus in funiculo coccineo Rahab, 270, Liber Iudæis clauſus, fidelibus apertus, 348. Flos manibus Iudęorum compreſſus, 362

Crucifixo improperantiũ blaſphemiæ quàm Chriſto graues, 328. cur de cruce deſcẽdere noluit, 21. 22 106. 107. 108. cur capite inclinato mortuus, 354. 356. *Conſummatum eſt*, cur affectu doloroſo protulerit, 336. *b*.

Chriſti ſitis in cruce, 337. Velum templi ſciſſum in morte Chriſti, 244. 444. Sol obſcuratus, *Procem.* V. *Lancea*, *Nuditas. Latus Chriſti.*

CRVX.

Crux thronus Chriſti, 106. 254. Chriſti vexillum, 256. 266. *a*, arcus triumphalis, 261. 322. palma. 265. altare, 322. 402. Liber. *ib.* miſericordiæ ſymbolum, 253. *b*, cur in Chriſtianorum templis vbique expoſita, 430

In cruce maximè ſe oſtendit diuina iuſtitia & miſericordia, 250. in ea Chriſtus pro filio Dei agnitus, 22. 110

CRVCIS TITVLVS.

Quæ cauſa mouerit Pilatum vt talem titulum cruci Chriſti imponeret, 305. An & latrones cum eo crucifixi ſuum titulum habuerint, 304

Titulus Chriſti eius innocentiã declarat contra Pilati ac Iudæorum mentem, 306. Pilatum ſtultitiæ arguit, 311. *a*, Iudæis ingratitudinem ſuam exprobrat, *ib. b*, 312. 314. 315. 316

Singula Tituli verba clamant Chriſtum à Iudæis non debuiſſe occidi, 317. *& ſeq.* eadẽ rationẽ continent cur pro hominis redemptione mori eum cõueniebat, 321. *& ſeq.*

Titulus Cruci Chriſti cõuenit, quia ipſa ſepulchrum erat: quia altare: quia arcus triumphalis: quia Liber, 322. 323. benè ſuprà coronam ſpineam loca-

Digitized by Google

locatus, 324. cur triplici linguâ exaratus? *ibid.*

D.

DAMNATI.

Damnati in die iudicij cur optabunt montibus operiri? 240. *b*, A facie Chriſti eiici quàm illis durum! V. *Facies.*

DEVS.

Deus maximè omnium, notus, & ignotus, 58. 59. 60. Dei propriũ eſt, ſe occultare poſſe, 60. 61. Deus ſe in veteri teſtamento abſcondit, in nouo denudauit, 242. 244

Dei ſapientia inſcrutabilis, 57. Dei magnitudo & immenſitas: excelſior cælis, profundior inferno: vtrobique incomprehenſibilis, 79. 80. 81. & *ſeq.*

Deus maximè ſe Deum monſtrat, nullius rei indigentiâ, 100. & beneficentiâ, 371, 372. eius in hominem beneficia expenſa in his verbis: *Scitis quid fecerim vobis?* 6. 7. V. *Amor.*

Deus duos theſauros habet: vnum iuſtitiæ, alterum miſericordiæ, 247. 248. vtrumque in redemptionem mundi effudit, 403. quomodo Chriſtum innocentem iuſtè tradiderit, 249

Deus prauorum conſilia diſſipat, & in ipſos vertit, 306. & *ſeq.* Diſcrimen inter actiones Dei & creaturarum, 390. *b.*

Dei benignitas in differenda peccati pœna, 49. *a*, 326. in diuertendis peccadi occaſionibus, 151. *b*, in diſſimulandis hominum peccatis, 199. promptiſſimè accurrit ad infirmitates noſtras ſubleuãdas, 431. 434. quàm liberaliter amorem amori rependat, 427

Deus oratione cogitur, 417. 418. à nobis teneri deſiderat, *ibid.* pijs colloquijs attrahitur, 397. V. *Anima.*

DIABOLVS.

Eius deſcriptio formidabilis 259. à Chriſto in cruce debellatus & ſpoliatus, 260. comparatus vulturi, 153. 154. quomodo eum ſuperare poſſimus, 263. 264

Diabolus in cruce Chriſtum cognouit; in lotione pedum ab eo illuſus, 110. dum Chriſtum irridet, victorem agnoſcit, 307. 308. lupo comparatus, 418. *b.*

DIES DOMINICA.

Fuit prima mundi dies: per Octauam circulariter recurrens, 388. *b*, 389. eius dignitas ex Chriſti reſurrectione, quam repræſentat, 389. 390

DISCIPVLI IN EMMAVS.

Qui fuerint hi diſcipuli, 430. cur alterius nomen ab Euangeliſta expreſſum: 432. cur

Digitized by Google

Hieroſolymā profecti fuerint? 433.434. eorum impatientia in expectanda Chriſti reſurrectione, 410. cur de Chriſti diuinitate & mundi redemptione dubitauerint? 411. in fide vacillantes perdunt & ſpem, 413.414
Chriſtus quàm promptè illis adſit, ac benignè comiterque inſtruat, 431. cur finxerit ſe longiùs ire. 417. cur peregrini habitū aſſūpſerit? 412.428

DOLOR.

Dolor non poteſt idem eſſe magnus & diuturnus, 280. aſſuetudine leuior fit. 281
Dolor præſentis calamitatis creſcit ex prioris vitæ felicitate, 287
Dolor de peccatis qualis eſſe debeat, 146. 147

DOLORES CHRISTI.

Magnitudo dolorum Chriſti ex eius ſenſibilitate, 280. ex ira Dei Patris contra hominum peccata, 281. ex Chriſti ſummo pro nobis patiendi deſiderio: ex Iudæorum in illum odio, 284. ex præcedenti gloria & felicitate, 29. 288. ex malorū diuturna ac fortiſſima apprehēſione, 293. *b*, ex ſublata ſpe auxilij aut ſolatij, 294. ex amicorum infidelitate, 296.298. ex inimicorum gaudio, 297. V. *Nuditas, Paſſio.*

E.

EVCHARISTIA.

Vchariſtiæ inſtitutio, ſpecimen amoris Chriſti, 3.4. epulum feſtiuū ac nuptiale, 14. de ſua contriſtatis abſentia ſolatium, 16. Amoris & Sapientiæ Chriſti effectus, 19.20.51.52. *& ſeq.* commemoratio pacis, Chriſti ſanguine ſtabilitæ. 444
Euchariſtia Dei cognitionem auget, intellectum illuminat, 419. *b*, 420. V. *Chriſti corpus & ſanguis.*

F.

FACIES CHRISTI.

Facies Chriſti quàm pulchra ac ſerena, 179. 190
Facie Regis carere durū Abſaloni, populo Reginæ Eſther. 196.242. Hinc inferre potes, quanta damnatis pœna ſit, illà priuari.
Faciem ſuam cur Chriſtus velari permiſerit? 198. *b*, cur conſpui? 194. quinam eam percutiant, 201.202

FELICITAS.

Felicitatis præteritæ memoria miſeriam præſentem auget, 29. 30. nihil infeliciùs quàm ex beato miſer, 288.289

FIDES.

Fide vacillante concidit ſpes, 413. *b*, Petrus in fide titubans, inci-

incipit mergi.216
Fidei noſtræ baſis eſt Chriſti Reſurrectio.380.*b*.381.

G.

GAVDIVM.

Gaudiũ à præmiſſis doloribus intenditur.405.406
Læta nuntia, cum alijs communicari & celeriter annuntiari amant.421
Gaudendum in tribulationibus.212.292.

H.

HOMO, eiuſq́, actiones.

Homo, paruus mundus. 385. eius vita, militia. *Proœm*.i.itẽ peregrinatio.412
Homo comparatus horologio. 39.*b*.hoc horologium in Adamo corruptum à Chriſto reparatum eſt.40.41
Humanæ naturæ pronitas ad peccandum. 140. *b*
Humanæ imperfectionis indicium eſt, ſe celare non poſſe.61
Humanæ manus quàm metuendæ, 182.183.184
Humana odia quàm ſollicita & inſaturabilia.338.339
Humana conſilia quàm vana, quando ijs diuina intercedunt.306.307.308. quàm ſtulta in regendis peccatis ſuis.309. V. *Anima, Peccatum, Mundus.*

HONOR.

Honores mundani, mores ſubitò immutant. 450. Chriſtus à Patre exaltatus, idem tamen permanet. 453.454
Honores non ambiendi, 234. *& ſeq.* Verus honor eſt, honoris cõtemptus. 103. Chriſtus mauult videri in opprobrijs, quàm in gloriâ. 243

HORA.

Hora Chriſti, cur dicatur eius Paſſio.32.44.108.tota eius vita, *Hora* dici poteſt.23.24
Hora infelix, quæ Adamo in paradiſo inſonuit. 40. felicior quæ in cruce per Chriſtum inſonuit. 41

HVMILITAS.

Humilitas, virtus planè diuina, ac ſummos viros decens. 8.9. eam Chriſtus per omnem vitam excoluit.27. ſub finem vitæ diſcipulis ſuis verbo & exemplo commendauit.5.6
Humiliauit ſe Chriſtus vt maior eſſe poſſet.8.96.97.103. mauult videri in opprobriis quàm in gloria. 243
S.Ioannes ad altiſſimas viſiones admiſſus, ſeruum ſe vocat. 9. D. Virgo electa vt mater eſſet Dei, ancillam ſe appellat. 97. V. *Seruire.*
Humilitas humanum genus reparauit. 99. ab Angelis adoratur. 103. 104. à Deo receden-

recedendo, propiùs ad eum accedit. 124. 125
Humilitas & charitas indiſſolubili nodo inter ſe iunctæ. 125. 126. nota ſiue character filiorum Dei. 9. *b.*
Humilitate Chriſtus diabolũ fefellit. 110. V. *Lotio pedum.*

I.

IESVS.

NOmen Iesv, non minùs ſono vocis, quàm ſignificato ſuo dulciſſimum. 317. 318. ſanguine acquiſitum. 321. victoriæ omen. 264. *b.* 438

INCARNATIO.

Expenſa in his verbis: *Verbum caro factum eſt.* 8. *b.* 9. *a.* expreſſa per aſſumptionem habitûs ſeruilis, & peregrini. 95. 428
Incarnatio Chriſti collata cum eius ſepultura. 358. itẽ cũ Reſurrectione. 408. 409
Incarnationis duæ potiſſimùm cauſæ. 368

INGRATITVDO.

Ingratitudo Iudæorum, ex titulo crucis arguitur. 311. & *ſeq.*
Ingratitudo Malchi, Chriſtum alapâ percutientis. 182

INIVRIÆ.

Iniuriæ patienter ferendæ. 177. 194. non vlciſcendæ. 176. in iis quomodo vſura committatur. 184. non in animo recondendæ. 183
Vnam maxillam percutienti quomodo altera præbenda. 178
Iniuriarum ſpecies oculis obiecta quantum moueat animum humanum. 269

S. IOANNES EVANG.

Aquilæ comparatus. 8. 330. 331. Deum propè vidit. *ibid.* Lateris Chriſti in cruce aperti aſſiduus contemplator. 332. martyrium nobiliſſimum viuus ſuſtinuit. 333. 334. calicem paſſionis ſub cruce bibit. *ibid.*
Cur ſolus inter Euangeliſtas *Lanceæ* meminerit. 330. itẽm Lotionis pedum & vltimi ſermonis. 8. 9. eius humilitas & amor. 9. 10. Chriſti frater, & alter quaſi Chriſtus. 10.

IVDAS.

Iudas, arbor ſterilis. 137. 138. mercator peſſimus ac ſtultiſſimus. 158. 159. 160. minoris Chriſtum æſtimauit, quàm diabolus. 164
Iudæ anima, infernus. 83. nidus diaboli. 155
Iudæ auaritia & hypocriſis. 122. 149. 153. impudentia. 144. 142. de Chriſto tradendo cum Phariſæis conſilium. 162. 165. triginta argentei. 11. eius obduratio. 114. *b.* 115. Chriſtum in cœnâ

Digitized by Google

nà cur *Magiſtrum* appellet, 143
Chriſti humilitas in lotione pedum Iudæ. 83. 112. 113. 120. Chriſti erga eum benignitas. 140. 142. cur eius nomini Chriſtus pepercerit. 141. cur ei loculos tradiderit, quem ſciebat infidelem diſpenſatorem? 151.

IVDÆI.

Iudæi operti ignominiâ ob velatos Chriſti oculos. 197. eorũ impietas & ingratitudo ex titulo Crucis arguitur. 311. *& ſeq.* eorũ contra Chriſtum conſilia in ipſos verſa. *ibid.*
Sanguine è Chriſti latere profluente parricidij cõuincuntur. 314 327. eorũ in Chriſtum odium, quàm inſatiabile. 336. 338. 340. 341.
Iudæorum Pontifices canibus comparati. 163 odium illorũ in Chriſtum, eiuſq; cauſæ. 284. 285. Chriſti innocentiam opprimere nituntur, ſed fruſtrà. 303. 306. item Reſurrectionem; ſed & fruſtrà. 383. 384.
Iudæorum ſtultitia, Barrabam Chriſto præferentium. 318

L.

LANCEA.

Lancea, quæ Chriſti latus aperuit, cur ab Eccleſiâ *dira* appelletur. 335. 336
Chriſto quomodo dira fuerit, vtpotè iam mortuo? 336. *b.* Mariæ animam transfixit. 337. vno ictu tria corda tetigit. 333. clauis cordis Chriſti. 348. *a. b.* Theſauros cæleſtes nobis aperuit. 347. *a.* reconciliationis ſymbolum. *ibid. b.* amoris Chriſti exploratrix. *ibid.* figurata in lanceâ Ioab. 343. per eam Iudæi Chriſti animam rimantur. 338

LATVS Chriſti apertum.

Oſtium vitæ. 341. *b.* porta Arcæ. *ibid.* feneſtra in eadem Arca. 342
Oſtiũ in latere tẽpli Salomonis. *ibid.* Balneum æneũ. 343. tutũ animæ perfugium. 354. 355. Os Chriſti poſt mortẽ loquentis. 325. mandibula Sampſonis. 350. pharmacopolium. 352. 353. *b.* feneſtra cordis Chriſti. 348. 356. Vulnus lateris ſibi præ reliquis elegit Ioannes Euang. 332
Quodnam Chriſti latus apertum, dextrum an ſiniſtrum? 336. ex eo nata eſt Eccleſia. 333. 341. 346
Apertio lateris Chriſti, totius vitæ, atque vtriuſque teſtamenti epilogus. 356. 357
Sanguis & aqua miraculosè è Chriſti latere profluxerunt. 329. 349. clamant cõtra Pilatum ac Iudæos. 314. 327. Quid ſignificent? 350. 351

LATRO.

Latro in cruce baptizatus. 329. prophetat Christi reſurrectionem. 389.*b.*

LOTIO PEDVM.

Christi humilitas in lotione pedum variè expenſa: 4. 5. 91. 113. 115. cur à ſolo Ioanne deſcripta? 7. 8

Lotio pedum ſchola virtutum. 86. *& ſeq.* humanum intellectum ſuperat. 123

Christus cur veſtimenta ſua exuerit? 87. 88. 89

Christus cur ſe linteo præcinxerit? 4.*b.* 5.*a.*

Christus peluim aquâ implendo quid nobis ſignificet? 90. 91

Christus in lotione pedum, quomodo profundior inferno dicatur? 82. 83 99.*a.*

In eâ magis apparet eius humilitas, quàm in Paſſione. 106 *& ſeq.*

Christus in cruce pro filio Dei agnitus, in lotione pedum diabolum feſellit. 110

Lotio pedum Iudæ. 112. 113. 117. 120. 122

Cur lotionem pedum Iudæ Euangeliſta clarè non exprimat? 116. V. *Petrus.*

M.

MALCHVS.

A Petro in horto vulneratur. 176. idem qui Christũ alapâ percuſſit. *ibid.* ob id Christo filius doloris & filius dextræ. 181. eius ingratitudo. 182

MARIA VIRGO.

Eius humilitas & obedientia: 97. manus ſuas læſit ſpinis Christi. 204

Christo cõpatiebatur. 205. 206. eâdem quâ Christus lanceâ transfixa. 337. 333. 343

MARIA MAGDAL.

Christi pedes vngens, à Iudâ reprehenditur. 149. 150

Vnde Christum ſub habitu Hortulani agnouerit? 103.*b.*

Cur Christum ablatum credens, ad monumentum tamen recurrerit? 120.*b.*

Cur Christus poſt reſurrectionem à diſcipulis palpari ſe permiſerit, à Magdalena ne quidem attingi? 449

MARTYR.

Martyrẽ facit amor. 33. 34 35.

Martyrium amoris repræſentatum in Ioanne Euangeliſta. 333.*b.* 334

Veroſimile Martyres vulnerũ cicatrices in glorioſis corporibus ſeruaturos. 447. 448

MVNDVS & Mundana.

Mundanæ curæ atque opes abijciendæ Christi diſcipulo. 89. 98.*b.* 233

Mundana impedimenta abijcienda contendenti in agone Christiano. 235

Mundus Mare Mortuum, per Christi paſſionem viuificum. 345

Mundi imperium ſanguine ſuo acquiſitum, ſtatim Christus depoſuit. 101. 102.

N.

NAZARENVS.

Cur Christus hoc agnomine appellari voluit. 319. Cauſa mortis Christi, quomodo hoc nomine cótineatur. 321. 322. Virgilij ænigma ſolutum. 362

NOE.

Iuſtitia Noë ſolatur Deum, mœſtum ob hominum inſtantem interitum. 119

Noë fuit Propheta: optat in ſpiritu ne Christi crucifixi nuditas à Iudæis derideatur. 229. 330

NVDITAS Christi in cruce.

Nudari, quàm Christo graue, in cruce potiſſimùm. 223. 224. & ſeq. 241. grauiùs id Christo fuit, quàm Noëmo. 228. eius rei apprehenſio, Christo ſudorem ſanguineum expreſſit. 238. 239. ob nuditatem in cruce à Patre exauditus eſt. 245

Cur nudari in cruce voluerit. 243. 245. Nudatus, vt Adæ nuditaté veſtiret. 233. 236. Nuditas illi pro crurifragio fit. 227. 228.

O.

OCVLI.

Oculi Christi quàm ſalutares, 195. à Iudæis velati. *ibid. & ſeq.* peccatores velant oculos Christi, fingentes Deum ad peccata non attendere. 197

Oculi Dei, diuerſi ab oculis hominũ. 179. 189. 198. *b*. 403. *b*

Oculi amoris celeres ac perſpicaces. 330. 331

ODIVM.

Humana odia quàm ſollicita, inquieta, inſaturabilia. 338. 339. etiam in mortuos ſæuiunt. 335. 336. V. *Iudæi.*

ODOR.

Odor humanitatis Christi. 361. corruptionis index. 362. vnde natus? 363

Odor virtutum. 378

ORATIO.

Oratione cogitur Deus ab homine, ac tenetur. 417. aſſiduè orandum. 418

Oratio Christi in Horto blanda, diſcreta, inſtans: nec tamen exaudita. 295. cur orare voluerit, qui ſciebat ſe non exaudiendum? *ibid.*

P.

PASSIO CHRISTI.

Paſſio Christi nos armat contra inuiſibiles hoſtes:

aſſiduè animo voluenda. *Proœm.* duplex modus expendendi Chriſti Paſſionem. *ibid.* de eâ tractare difficiliùs, quàm de Chriſti gloriâ aut diuinitate. *ibid.*

Paſſio Chriſti, purpura regia. 207. rubrum vexillum excitans ad pugnâ ſpiritualem. 268. 269. 270. 271. ſeruat à peccatis. 273. Vitta coccinea cur dicatur. *Præfat. ad Lect.* meſſis myrrhæ. 220. exceſſus. 231. in Euchariſtia recolitur. 20. 444

Chriſtus cur poſt mortem Paſſionis inſignia in corpore ſuo ſeruauerit. 429. 447. eius virtus ſtatim à Chriſti morte ſe oſtendit. 357. *b.*

Sermonibus de Chriſti Paſſione delectantur Angeli. 396. iis ad nos Deus attrahitur. 397. 398.

Chriſtus diem Paſſionis pro feſtiuo habet ac nuptiali. 13. 14

Chriſtus opportuniſſimo tempore pro nobis paſſus. 47. 48. Figuræ veteris legis, quibus Chriſti Paſſio præſignata fuit. 414. 415

PASSIONIS ORDO.

Chriſtus intrat Hieroſolymam, ac triumphum ſupplicio præmittit. 288. 289

Lotio pedum. V. *in litera L.*

Inſtitutio Euchariſtiæ, atque ad ſuos adhortatio. 3. 4. 15. 51. 55. 291. 292

Chriſtus in horto quæ paſſus ſit, 283. *& ſeq.* Oratio eius ad Patrem. 13. 295. ſudor eius ſanguineus, & agonia. 238. *a.* 239. 283. 293. 294. tamquam latro capitur, ligatur, ducitur, 296. 297

Alapâ à milite percutitur. V. *Alapa.*

Conſpuitur, velatur, colaphis cæditur. 185. 189. 195. 199. leproſo ſimilis, 191

Ab Herode irridetur. 308. nullâ iudicij formâ damnatur à Pilato. 297. *b.* V. *Pilatus.*

Nudatur ac flagellatur. 223. 224. V. *Nuditas.*

Coronâ ſpineâ coronatur. V. *Corona.*

Traditur voluntati Iudæorum. 285. 286

In crucem agitur. 251. V. *Crucifixio. Dolores Chriſti. Lancea. Vulnera.*

PASTOR.

Paſtoris officium eſt, oues paſcere. 19. 20

Chriſtus Paſtor *bonus*: quot modis oues ſuas pauerit. 19. 20. quomodo diſperſas congregauerit. 395. V. *Prædicator.*

PATIENTIA.

Patiendum amanti. 30. 37. & triumphare volenti. 324. *b.*

Patien-

Patientia tribulationes reddit dulces.212.292
Patienter iniurias ferre, honorificum.177
Chriſti patientia & modeſtia. 107.*b*.183. per eam pro filio Dei agnitus. 22.110. Diem Paſſionis profeſtiuo habet ac nuptiali.13. V.*Amor, Paſſio. Iniuria.*

S. PAVLVS.

Conuerſus voce Chriſti conquerentis, & nomẽ eius geminantis. 37. 38. Raptus eius in tertium cælum.9

PAVPERTAS VOLVNTARIA.

Paupertas homines Deo ſimiles reddit.100.101.expedita ad pugnandũ cum hoſte infernali. 87.235.236. Chriſti diſcipulis cõmendata. 88.*b*.
Chriſtus in alieno natus, in alieno ſepultus.359.V.*Seruire.*

PAX.

Pax Chriſti triplex.443. Chriſti legatũ. 440.*b*.441.Chriſti ſanguine ſtabilita. 444.à Chriſto quantum dilecta, & æſtimata.441.*b*.442
Chriſtus in mundum veniens, & inde exiens, pacem annuntiat.440.*b*
Pax Chriſti quibus conueniat. 440.*a*. non eſt pax animæ peccatrici.157.441.

PECCATOR & PECCATVM.

Peccatoris anima, infernus.83. nidus, in quo diabolus oua ſua excludit. 153. eius erga Chriſtum ingratitudo. 220
Peccator Iudæ ſimilis, quoties animam ſuam diabolo vendit.165.166
Peccatoris ſtatus expreſſus in Caino.157
Peccatores Chriſtum alapà percutiunt.201.202. Chriſti oculos obuelant.197
Peccati onus quàm graue.215. 216. 217. eius grauitas ex Chriſto crucifixo optimè diſcitur.279
Peccata, ſpinæ ſunt.214.215
Chriſti Paſſio remedium contra peccata. V. *Paſſio Chriſti, ſanguis & Proœm.*
Varia motiua hominẽ à peccato reuocantia.155.156.158
Dolor de peccato, eiuſque deteſtatio, qualis eſſe debeat. 145.146.147. V.*Anima.*

S. PETRVS.

Obſtupeſcit ad Chriſti humilitatem in lotione pedum. 90. 115. 121. 122. pedem in peluim mittere exhorret.90. à Deo per humilitatẽ recedens fit ei vicinior.124.125
Petri culpa in percuſſione Malchi, à Chriſto corrigitur & expiatur.176. cur in mare inſiliens cœperit mergi?216

PILATVS.

Chriſti innocentiam faſſus, eum tamen damnat, Cæſaris metu perterritus. 305. expendi-

penditur illud: *Ieſum autem tradidit eis.* 285.286
Sententiæ ſuę iniquitatẽ palliare nititur, titulo cruci impoſito, 306. ſed hoc facto magis eam denudauit, 307 311.317
Aqua è Christi latere profluens Pilato iniuſtitiam ſuam exprobrat, 314. 327

PRÆDICATORES ſiue DOCTORES.

Charitate ac vitæ exemplo ſuis prælucere debẽt, 131.132.425
Chriſtus Magiſter verax & bonus: docens non ſolùm verbo, ſed etiam exemplo, 2. eum Prædicatores imitari debent, 330.439
Patientiâ in docendo rudiores, & ijs ſe attẽperando à Chriſto diſcãt, 412.413.428.449

PRÆLATI ſiue RECTORES.

Maior eorum obligatio ad virtutem excolẽdam, quàm ſubditorum, 128. 129. iis virtutes mediocres nõn ſufficiunt, *ibid.* Leges ſuas ſeruare primi debent, Chriſti exemplo, 329.439
Prælaturæ ſtatus periculoſus, 132. atque arduus, 133
Vita priuata tutior ac magis expetenda, 134.135
Melius eſt miniſtrare, quã miniſtrari, 95.96. V. *Seruire.*
Faciem Chriſti cædunt, qui Prælatis reſiſtunt. 188

PVDOR ſiue VERECVNDIA.

Maximum hominis ingenui ſupplicium, 240. valdè torquebit impios in die iudicij, *ibid.* Sæuiſſimus Chriſti carnifex, *ibid.* V. *Nuditas.*

R.

REDEMPTIO HVMANA.

Explicata per horologij reparationem, 39.40.41. item Chirographi, quod contra nos erat, cãcellationem, 308. 303. balneum ſanguineum Conſtantini, 276
In eâ ſummâ iuſtitia cum ſummâ miſericordiâ coniuncta, 248.250.403
A ſolo Deo-homine peragi potuit, 258. ideo is Cant. dicitur: *Electus ex millibus.* 260.
Redemptionis beneficium per peregrini habitum Chriſtus optimè expreſſit, 420. V. *Incarnatio, Amor Dei. Crux &c.*

RESVRRECTIO.

Reſurrectio Chriſti, fidei noſtræ baſis, 381. ſpei noſtræ fundamentum, 382
Cur eam Chriſtus tot apparitionibus ac teſtimoniis probare voluerit? 400. cur ipſemet annuntiare? 452. cur nõ diutiùs diſtulerit? 379. 380.
Eius veritatẽ fruſtrà opprimere nituntur Iudæi, mendacio contra ſe pugnãte. 383
Dies Reſurrectionis, dies gaudij

dij & exultationis,401.402. 404.*& ſeq.*

Die Natiuitatis potior, & alter Chriſti Natalis,407.408.cõparatus cum primo die creationis mundi,386. 387.quomodo dies *vnus*, & Dominicus & Octauus dicatur?388. 389

Chriſti de morte ac diabolo triumphus, in Dauide expreſſus.404

Reſurrectione Chriſtus nón inſoleſcit, aut mores ſuos mutat.450.453

Reſurgendi à mortuis tres ſpecies, 392. cum Chriſto quomodo reſurgendum? 391. 392.393

S.

SACERDOS.

Chriſtus Sacerdos in altari crucis. 323. quanti fecerit dignitatem ſacerdotalem.182

SCIENTIA.

Scire velle Dei arcana homo non debet.412

Sapientiã Dei humanus intellectus penetrare non valet, 57. 58. 79. 80. 82.123.124. V. *Homo.*

SCRIPTVRA SACRA.

Sæpe læta triſtibus miſcet, aut præmittit,117.*& ſeq.*in ea ne apices quidem aut litteræ myſterio vacant,12

SEPVLCHRVM.

Sepulchra magnifica & ſumptuoſa cur adinuenta? 369. inter ea Pyramides Ægypti, 364. naues in ſepulchro Simonis Machabæi quid ſignent? *ibid.* Theſauri olim in ſepulchris. 374

Chriſto mundi Redemptori quàm magnificũ monumentũ debeatur. 365. 366. 368. nõ vno loco erigi debet,369.

SEPVLCHRVM CHRISTI.

Chriſtus cur ſepultus in monumento lapideo? 356. cur in alieno?*ib.*cur in nouo?*ib.* cur in horto? 362.*b*, 363.*a*,377

Sepulchrum Chriſti quot modis *nouũ* dici poſſit? 373.377 Sepulturæ Chriſti & incarnationis ſimilitudo. 358

SERVITVS & SERVIRE.

Seruire meliùs eſſe quã regnare;probatur benedictione Eſau, & Chriſti exemplo, 93. 94. 95. 96. item ex verbis Centurionis. 135

Chriſtus ſerui perſonam & in mundo geſſit & in cælo retinuit, 97. mundi imperium ſanguine acquiſitum, ſtatim deponit,101.102. V.*Humilitas.*

SPES.

Spes vitæ æternæ.in Chriſti reſurrectione ſolidatur, 382. vacillante fide, perit & ſpes, 413

Peccatori numquam deſperandum de Dei bonitate, V. *Dei benignitas*.

Chriſtum conſpuunt, qui de eius bonitate diffidunt, 192.

SPIRITVS SANCTVS.

Repræſentatus in Apocalypſi per gladium ab vtraque parte acutũ, 38. 39. Conſolator. 15.

Septem dona Spiritus ſancti in ſex Chriſti apparitionibus poſt Reſurrectionem, 399.

T.

TIMOR.

Timor pœnæ ſiue ſeruilis, in Iuda expreſſus: timor culpæ ſiue filialis, in aliis diſcipulis, 144 145. *& ſeq.* item in Saüle & Dauide, 146.

Timor mali grauiſſimus, qui nullâ ſpe lactatur. 294

Timor mortis, morte durior. 288. 293

S. THOMAS.

Vnde & quomodo Chriſtum agnouerit? 452.

Eius vox, *Dominus meus & Deus meus*, quid indicet? *ibid.*

TRANSFIGVRATIO.

Cur permiſerit Chriſtus gloriam ſuam nube obumbrari? 242. 244

Ex Transfiguratione patiendi materiam exſculpſit. 2. 9.

Moyſes & Elias loquuntur de Chriſti exceſſu, ſiue Paſſione. 231. 398

In hoc honore & clarificatione ſua, Chriſtus tamen non ſuperbiam induit, aut mores ſuos mutauit, 450. *b*.

V.

VIRTVS.

Virtutes alacriter exercendæ, 86. *b*.

Virtus in medio conſiſtit, 275.

De virtute optimè iudicat qui illâ præditus eſt. 9.

Odor virtutum, quàm potens ad attrahendum, 361. Deum delectat, 378.

VERITAS.

Veritas tandem de mendacio triumphat, 299. 301. 303. eam etiam inanimata defendunt. 300. Temporis filia. *ibid.*

VVLNERA CHRISTI.

Cur ea poſt reſurrectionem retinuit? 453.

Cur cælo inferre voluit? 447. 451

Vulnera ſua Chriſtus cur puncturas appellet? 218

Vulnera Chriſti, tutum animæ perfugium. 354. 355. V. *Latus Chriſti*.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

1-G-3

Digitized by Google